TRACTATUS DOGMATICI

AD MODUM COMMENTARII IN PRÆCIPUAS QLÆSTIONES DOGMATICAS

SUMMÆ THEOLOGICÆ DIVI THOMÆ AQUINATIS

VOLUMEN PRIMUM

DE DEO UNO ET TRINO CREATORE ET GURERNATORE DE ANGELIS ET DE HOMINE

auctore **R. P. Eduardo HUGON**

O. P.. S. TH. MAG.

PROFESSORE IN FACULTATE THEOLOGICA « ANGELICI » DE URBE
ET SODALI ACADEMIE ROMANAS S. THOME AQUINATIS

EDITIO QUINTA

PARISIIS (VIe)

SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITOBIS

10, VIA DICTA CASSETTE, 10

1927

APPROBATIONES

Novam editionem operis A. R. P. Fr. Edcardi HUGON : *" TRACTATUS DOGMATICI "* approbandam censemus dignamque existimamus quae typis mandetur et in publicam utilitatem diffundatur.

Datum Romæ, e Collegio Angelico, die 20 Aprilis 1926.

Fr. Ceslaus PABAN-SEGÛNO.
Ord. Piwd..
S. Theol. Magister.

Fr. Beginaldos GARRIGOÜ-LAGRANGE
Ord. Præd.
S. Theol. Magister,

Imprimatur :

Fr. Serapius TAMAYO, O. P.,
Vicarius Generalis Ord. Præd.

Parisiis, die 28 Augusti 1926.
V. DUPIN',
v. g-

DEO VERO ET VIVO,
QUEM UNUM IN SUBSTANTIA
TRINUMQUE IN PERSONIS,
OMNIUM CONDITOREM,
SANCTA COLIT ECCLESIA,
HOS TRACTATUS DOGMATICOS,
PER MANUS B. V. MARIÆ,
DEDICAT AUCTOR.

Dilecto Filio Eduardo HUGON

EX ORDINE PRÆDICATORUM

PIUS PAPA XI.

Dilecte Fili,

Salutem et Apostolicam Benedictionem,

Praeclarum sane ingenii tui fructum, oblata nuper a te volumina accepimus, quæ *TRACTATUS DOGMATICI* inscribuntur, eaque cum sensim, quantum per occupationes licuit, evolveremus, vidimus, scripta quidem tua, ut Superiorum Pontificum insigni commendata sunt praeconio, sic peculiare a Nobis laudis testimonium postulare. Etenim Pius X s. m., cum CURSUM PHILOSOPHISE THOMISTICÆ edidisses, tibi gratulatus vehementer est « et sinceram sancti Thomae doctrinam et copiam compositionemque rerum et scribendi perspicuitatem «neque ignoramus proximum decessorem Nostrum id tibi honori tribuisse, quod religionis mysteria faciliore expositione ad captum fidelium aptasses sacrasque disciplinas ad pietatem fovendam percommode adhibuisses. Nobis autem tractatus istos, Dilecte Fili, tuos, quibus, ad modum commentarii in praecipuas quaestiones dogmaticas Summæ S. Thomæ, rem theologicam in studiosorum utilitatem explanas, scito admodum probari, eo vel magis quod ea préoccupasse videris, quæ, data ad Cardinalem Præfectum Sacri Consilii Seminariis et Studiorum Universitatibus curandis Epistola Apostolica, haud ita pridem Nosmet ipsi præcipimus. Secutus enim es, ut ibi tunc monebamus, non solum rationem seu methodum, verum etiam doctrinam et principia S. Thomæ; et theologiam positivam quam vocant, etsi totius tractationis nullam non partem attingit, ita tamen scholasticæ servire iussisti, ut principem hæc locum, quemadmodum æquum erat, obtineret, lam non igitur opus tuum sterili quadam dogmatum recensione constat, immo etiam præ se fert verum atque solidum disciplinæ corpus, ex principiis et conclusionibus compactum : in eoque placet præterea, cum rerum orationisque perspicuitate, tum studium commendare, quo soles occasione data, pietatis

igniculos, opportunis commentationibus lectoris animo injicere. Itaque pergito alacer ad mentem Aquinatis sacras verbo scripl.isque disciplinas juvenibus sacerdotio initiandis tradere : quod ut tibi diu feliciterque contingat, coelestis sapientiæ munerum auspicem, paternaeque caritatis Nostra? testem, tibi, Dilecte Fili, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die XXV mensis Februarii anno MCMXXIII, Pontificatus Nostri secundo.

PIÜS PP. XI.

Lettre de S. Em. le Cardinal BISLETI

au R. P. Edouard Hugon,

pour recommander son Cours de théologie[1]

Sacrée Congrégation des Séminaires
et Universités.

Rome, le 5 juillet 1922.

Très Révérend Père,

Le gracieux hommage que vous m'avez fait de vos traités dogmatiques me fournit une nouvelle et agréable occasion de vous exprimer ma vive gratitude et de vous présenter mes plus sincères félicitations.

Fils dévoué et fidèle du grand Patriarche qui, selon l'heureuse expression du Dante, fut une *splendeur de la lumière dés chérubins,* vous employez toutes vos forces et tous les dons que le Seigneur vous a largement départis à la diffusion de la vérité, de cette vérité dont Jésus a dit : « *La vérité vous rendra libres* » (Jean, vin, 32).

Après nous avoir donné un magnifique Cours de philosophie scolastique si hautement loué par le Souverain Pontife Pie X et si fort apprécié des savants, vous nous présentez maintenant quatre volumes de *traités théologiques,* qui sont un commentaire des principales questions dogmatiques contenues dans la *Somme* de l'Ange de l'École.

C'est un *Commentaire* clair, profond, précis, et c'est aussi un *complément,* parce que vous avez uni harmonieusement la partie *scolastique* des questions avec la partie *positive,* que supposait saint Thomas mais que ne supposent pas nos étudiants, et vous avez réalisé cet accord d'après le critère indiqué par Pie X, lorsqu'il a dit : « Il faut donner à la théologie *positive* plus d'im-

I. *Tractatus dogmatici cd modum commentarii in praecipuas quaestiones dogmaticas Summæ Theologicae Divi Thomæ Aquinatis.* Paris, Lethielleux.

portance que par le passé, mais de telle manière que la *scolastique* n'en souffre aucun détriment » (Encycl. *Pascendi).* On a de la sorte un tout parfait et les esprits de tous les temps trouvent pleine satisfaction à leurs légitimes exigences.

En même temps que je prie le Seigneur de vous ajouter de nouvelles grâces et de nouvelles forces, pour que vous les employiez au bien des âmes, je forme le vœu que vos livres concourent efficacement à la diffusion de la doctrine de l'Angélique Maître, doctrine que l'Église a faite *sienne* et qui a servi et servira toujours à la défense de la vérité et à la destruction de l'erreur.

C'est avec une particulière estime, mon très Révérend Père, que je me dis une fois de plus votre dévoué serviteur.

Gaétan, Card. BISLETI, *Préfet.*

Au T. R. P. Edouard HUGON, O. P.
Vice-Régent du Collège Angélique, Rome.

PRÆFATIO

Summus Pontifex Pius X fel. ree. Motu Proprio *Doctoris Angelici,* edito die xxix junii MCMIV, praescripsit ut in Universitatibus magnis, Lycaeis, Collegiis, Seminariis, Institutis, quæ habent ex Apostolico Induito potestatem gradus academicos et lauream in Sacra Theologia conferendi, Summa Theologica Sancti Thomæ tanquam textus habeatur.

Exorto autem dubio de vi hujus decreti, Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus respondit : « Summa Theologica S. Thomae habenda est uti textus praelectionum quoad partem scholasticam quaestionum : ita scilicet ut, una cum aliquo textu, qui ordinem logicum quaestionum et partem positivam contineat, habeatur prae manibus et explicetur Summa Theologica quoad partem scholasticam. Die vu mariii MCMXVP ».

Quo uberiori fructu obtineatur S. Congregationis intentum, tractatus dogmaticos edimus, ad studentes,, tum quoad partem positivam tum quod partem scholasticam, efficaciter adjuvandos.

Quoad partem quidem positivam, statum quaestionis etiam *hislsrice* exponendo : errores vel opiniones, non tantum veterum sed et praesentis aevi, recolendo; deinde.

(1) *Act. Apost. Sedis,* vm, 157.

argumenta *scripturistica* et *patristico* proponendo : simulque documenta *ecclesiastica* et *definitiones* ; ita ut doctrina *Summae Theologicae* in suis veris fontibus atque historicis adjunctis appareat et consistat.

Quoad partem vero scholasticam,, *rationes theologicas,* quæ sunt ipsamet argumenta S. Thomæ, evolvendo, declarando, vindicando, objectisque satisfaciendo. Quæstiones et articulos majoris momenti fuse prosequimur : cetera autem quæ minoris videntur necessitatis, sic compendio resumimus ut integra tamen retineatur doctrina Angelici Praeceptoris et tractatus dogmaticus plene absolvatur.

Intenti nostri non fuit litteralem commentarium instituere, nam id muneris jam alii praestiterunt; sed utramque methodum, positivam scilicet ac scholasticam, amice consociare lentavimus, ut inde vera, completa et simpliciter dicta Theologia haberetur.

Ut etiam innotesceret amplitudo doctrinarum Sancti Thoinæ illarumque momentum et evolutio in posteriori ætate, oportuit controversias scholasticas versai e; quod quidem ita aggredimur, ui sententiam thomislicam animose propugnemus et vindicemus, quin tamen ullam ceteris scholis catholicis censura· notam inuramus.

Nec tantum theorias post Aquinatem agitatas attendimus, sed insuper, prout se præbet occasio, sententias quas sustinuerunt auctores coaevi, vel priores S.Thômæ, ut Richardus el Hugo a S. Victore, $. Anselmus, Rupertus Abbas, S. Petrus Damanius, etc. ; imo etiam -præcipuas phases, seu stadia, quæ nonnunquam subiit doctrina apud Patres et Doctores Ecclesiæ Latinæ vel Orientalis ; non fusiori quidem calamo, ut historiæ dogmatum congruit, sed succincte, ne præfixos limites excederemus.

Tractatus quippe nostros ea ratione compegimus ut tota dogmatica Theologia in quatuor voluminibus, pro quatuor annis, tradi possit.

Volumen pro primo anno, de Theologia Fundamentali, edunt P. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* et P. Schultes, O. P. *De Ecclesia Catholica,* ambo professores in Facultate Theologica « Angelici » de Urbe.

Nostra autem volumina Theologiam dogmaticam specialem hoc ordine complectuntur, ut primum disserat de *Deo Uno et Trino, Creatore et Gubernatore,* atque idcirco de praestantioribus ejus operibus, quae sunt *Angeli et Homines* ; alterum vero de Hominis lapsu ac de *Peccato originali,* quod reparatur per Gratiam Redemptoris et hinc de *Gratia* et de *Verbo Incarnato;* tertium de beneficiis seu reliquiis Incarnationis, nempe de *Sacramentis, tum in communi tum in speciali,* aie demum de *Novissimis,* quia sacramenta sunt gloriae pignus et praeparatio.

Sicque tota dogmatica Theologia in quatuor annis tradetur juxta D. Thomae Aquinatis rationem, doctrinam et principio.

I. *De Revelatione et de Ecclesia Catholica.*
II. *De Deo Uno et Trino, Creatore et Gubernatore, ac de Angelis et de Homine.*
III. *De Peccato Originali, de Gratia, de Verbo incarnato.*
IV. *De Sacramentis in Communi et in speciali aide Novissimis.*

Perspicuitati praesertim et utilitati studentium consulimus, memores verborum quae dignatus est ad nos scribere Benedictus XV, die v maii mdccccxvi :

« Sanctum et salutare est, a paene necessarium in scholis catholicis, ubi ad philosophiae et theologiae scientiam instituitur sacra juventus, summum haberi Magistrum Thomam Aquinatem ».

Utinam semper illum attingamus scopum quem dignatus est Pius XI in nostris libris laudare, die XXV mensis Februarii MCMXIII, nempe cum rerum ordinisque perspicuitate, etiam, occasione data, pietatis igniculos, opportunis commentationibus, lectoris animo injicere.

DE DEO UNO ET TRINO

QUÆSTIO PROŒMIALIS

De sacra doctrina atque de ratione Theologi œ

AD β. I S. THOMJE

Angelicus Doctor in decem articulis quæstionis læ omnia complectitur quæ recentiores in suis *prolegomenis* de Theologia versare consueverunt. Inquirit imprimis de necessitate sacræ doctrinæ atque idcirco de existentia Theologiæ (a. 1) ; deinde vero de essentia ipsius, an scilicet vera sit scientia eaque una (a. a. 2-3) ; postea autem de ejus proprietatibus, an sit practice (a. 4) digniorque cæteris scientiis (a. 5) ; an sit sapientia (a. 6) ; quodnam sit ejus objectum (a. 7) ; an sit argumentative (e. 8).

Duo posteriores articuli sunt proprie de Sacre Scripture, de bisque disserendi in genereli introductione ad Sacram Scripturam proprius habetur locus.

ARTICULUS PRIMUS

DE NECESSITATE SACRÆ DOCTRINÆ

AD ART. 1 S. THOM2E

I. Quotuplici sensu accipi possit sacra doctrina. — Nomine doctrinæ *sacræ* sensu generalissimo intelligitur cognitio *supernaturalis,* seu *revelala,* prout a ftde et theologia abstrahit[1]. Qua acceptione et fidem et prophetiam et Theologiam complectitur reapse. Sacrum quippe audit

1. Ita communiter interpretes. D. Thomîe, v. g., Cajetan, Bannez, Sylvius, in. h. l. — Cf. etiam, P. Pègues, *Commentaire français littéral,* t. I, p. 10.

quod divinum est. Porro divinum proprie censetur vel quod ipsum Deum spectat, ut ejus perfectiones, vtl quod a Deo auctore supernatural! procedit. Philosophia porro, scientiæ physicæ et mathematic», a Deo quidem ut primo principio et universali motore dependent, qui facultatem intelligendi nobis indidit et ad singulos actus ciet atque applicat ; at dici nequaquam possunt doctrinæ sacræ, cura intra naturalem ordinem coarctentur et propria intellectus industria pariantur. Eo ipso autem quod aliqua doctrina sit supernaturalis, vires et ordinem et exigentias totius naturæ creatæ superando, est utique juris divini et sacra proprie reputatur.

Importat igitur doctrina sacra cognitionem aliquatenus supernaturalem et revelatam. Cujusmodi sunt : primo, fides, quæ simpliciter est revelata et infusa ; secundo, prophetia quæ etiam proprie revelata est, cum solius Dei sit futura cognoscere et præfari ; tertio, Theologia, quæ quantum ad sua principia est revelata.

Iterum sumi potest doctrina sacra prout est scientifica cognitio, seu corpus quoddam disciplinæ principiis, illalionibusque, seu conclusionibus compactum ; et jam proprie dicitur Theologia. Si vis fiat in vocabulo « *sacra* », fides et prophetia sunt magis cognitiones *sacræ* ; si autem vis fiat in vocabulo « *doctrina* », Theologia est magis sacra *doctrina,* seu disciplina scientiflce extructa. Quid sit ergo Theologia ?

II. De ipso Theologiae vocabulo. — Fuit ab ethnicis invectum : Plato [1], Aristoteles [2], Cicero [3], illud usurpant pro disquisitione circa Deos eorumque naturam vel relationes cum hominibus mundoque isto adspectabili.

Apud Patres designat sacram scientiam et illam præsertim quæ de ipsa *deitate,* nempe de tribus personis et de Incarnatione, disserit. Hinc S. Petrus vocatur a Dionysio suprema et antiquissima *theologorum* summitas [4]. Joannes

1. Plato, *Republic.,* II, 379.
2. Aristot., X, *Metaphgs.,* 6.
3. Cicero, *De natura deorum,* III, 21.
4. *De divinis nominibus,* cap. in, ubi etiam *de conscriptione theologica, P. G.,* III, 680 ss.

præ cæteris Apostolis *theologus* a Patribus nuncupatur, eo quod de divinitate Christi sublimiora enarraverit.

Usque ad Abælardi tempora, Theologia ad scientiam de Trinitate et Christi mysterio praecipue restringitur. A sæculo autem XIII, latius usurpatur pro complexu cognitionum de Deo et de rebus quæ ad Deum referuntur ; et hoc sensu jam hic in *Summa* accipitur.

At iterum invecta fuit postea distinctio. Nam duplex est modus Deum cognoscendi : alter quo per rationem ex creaturis ad Deum ascendimus, alter quo ipse Deus per revelationem ad nos descendit. Hinc duplex veritatum genus : naturalium nempe, quæ proprio rationis lumine comparantur, et supcrnaturalium, quæ nonnisi Deo revelante nobis innotescunt. Duo isti veritatum ordines et principio et objecto discriminantur, ut animadvertit concilium Vaticanum[1] : principio, quidem quia in altero res ope rationis, in altero autem fide divina, cognoscimus ; objecto etiam, quia in altero res cognite sunt naturales, nostræ rationi proportionate, in altero autem sunt res supernaturales, quæ cujuscumque intellectus creati vel creabilis captum et ambitum superant et mysteria vocantur.

Cognitio de Deo primo processu comparata dicitur Theologia naturalis, seu *Theodicea* ; estque veri nominis scientia, quæ Deum tum ut principium tum ut finem speculatur ; at, quia Deum in suo esse proprio vitaque intima non attingit, dici nequit proprie doctrina sacra. Quocirca imperfecta dupliciter censetur : et quia imperfecte craturas cognoscimus, et quia creaturæ etiam clarius note nonnisi imperfecte Deum manifestant.

Theologia vero proprie dicta, quæ vere dicitur et est doctrina sacra, eminentem de Deo scientiam exhibet Deumque nobis ostendit ex ipsis principiis a Deo traditis et revelatis[2].

III. Definitio Theoiogiœ. — Prout hic accipitur, doctrina sacra, seu Theologia, definiri potest: Scientia de Deo

1. Cap. *de fide et ratione.*

2. Præter veteres commentatores S. Thomæ, consuli possunt recentiores : L. Janssens, Buonpensiere, Kleutgen, *de Deo Uno.*

rebusque divinis ex fide principiisque fide creditis conclusiones discurrendo deducens. *Scientia,* corpus scilicet quoddam doctrinæ compactum, seu series conclusionum ex principiis certis deductarum et inter se logice connexarum ; *vera* quidem scientia, licet subalterna, ut art. seq. explanabitur. De *Deo,* objecto primario, *rebusque divinis,* objecto secundario ; quia de omnibus disserit quæ ad Deum habent ordinem ; sive effectus ad causam, ut est mundus ; sive medii ad finem, ut sunt gratia et auxilia supernaturalia; sive alium quemcumquc ordinem, et hinc etiam de peccatis agit Theologia, quatenus a Deo fine avertunt. — Ex *fide,* ut intclligatur illius principia non ratione, sed revelatione, comparari ; *principiisque fide creditis,* quia non sufficit ut principia revelatione innotescant : si quis enim principia illa, quæ *historice* novit, nullatenus fide credat, non elicit conclusionem theologicam, ac proinde scientia vera non potitur.

Quocirca plures hæretici vel rationalist» cognitionem quasi historicam habent Theologi» ; sed quia nec fidem habent nec principia fide tenent, non sunt veri theologi[1].

Conclusiones discurrendo deducens, quia scientia est proprie de conclusionibus, et hinc assignatur fundamen; tale inter fidem et Theologiam discrimen : fides est de principiis, dum Theologia ex principiis conclusiones ope discursus elicit.

Est igitur Theologia proprie scientia fidei.

Quapropter se habent fides et Theologia sicut in ordine naturali *intellectus* et *scientia* : præbet intellectus principia ex quibus ratio ope ratiocinii scientificum exstruit ædificium ; præbet fides principia ex quibus discurrendo theologicum ædificium exstruimus.

Tripliciter itaque differt a fide Theologia : ratione *objecti,* cum fides versetur circa principia, seu veritates immediate revelatas, dum Theologia conclusiones respieit ; et ratione *molivi* quo fit adhæsio, nam fides revelatis assentit propter *auctoritatem* Dei revelantis, Theologia autem conclusionibus, propter *evidentiam illationis,* seu connexionis conclusionum cum principiis ; ac demum ratione *modi,* nam

1. Quod jam animadvertimus. *Revue Thomiste,* 1910, p. 655.

fides est simplex mentis assensus, qui veritati absque discursu adhæret, Theologia vero est habitus discursivus, qui multiplicem mentis processum includit.

Quibus expositis, tota doctrina articuli S. Thomæ diversis conclusionibus vindicabitur.

IV. Prima conclusio : Si nomine doctrinae sacrae intelligitur fides, absolute necessaria est omnibus ad salutem. — Quia thesis exponitur in tractatu de Fide, satius erit probationem paucis contrahere.

S. Paulus axioma enuntiat : « Sine fide *impossibile* est placere Deo[1]. » Agitur porro de fide proprie supernaturali, quæ est sperandarum substantia rerum, quæ veteres patres justificavit, quæque miracula operata est, etc...

Concilium Tridentinum et concilium Vaticanum declarant : « Nemini unquam sine illa contigit justificatio[2]. » Ratio S. Thomæ ad id reducitur : Homo in præsenti statu ordinatur ad finem supernaturalem, ad quem intentione et operatione propria tendere debet. At nequit absque fide in illum finem tendere, qui, cum sit supernaturalis, nonnisi cognitione supernaturali, quæ est fides, innotescit. Ergo. Declaratur major. In omni quidem hypothesi Deus est hominis necessarius finis, etiam ut auctor naturæ ; at in præsenti ordine evehitur homo ad videndum Deum ut est in se, *facie ad faciem*[3][4] seu cognitione intuitiva et etiam faciali*. Quum autem homo sit rationalis, debet ad terminum se ciere non cæco impetu, sed motu qui rationali creaturæ competat, scilicet motu vitali et intellectuali, seu operatione propria, quæ <>t cognitio et amor.

V. Secunda conclusio : Si nomine doctrinæ sacræ intelligitur revelatio externa, necessaria est in præsenti ordine, sin minus immediate, saltem mediate, omnibus : quoad veritates quidem supernaturales necessitate absoluta,

1. *Hebr.,* xi, 6.
2. Conc. Trident., sess. VI, cap. vu, Conc. Vatic., cap. in, *de Fide.*
3. *I Cor.,* xii.
4. Benedict. XII, In Constit. *Benedictus Deus,* 29 jan. 1336, Denzinger, 530.

quoad veritates autem religiosas et morales ordinis naturalis quæ per se humanae rationi impeiviæ non sunt, necessitate morali.

Prob. Ia pars. In præsenti ordine necessaria est fides. At fides revelationem proprie supernaturalem requirit ; nam tria in fide theologica includuntur : *principium* supernatural, quo fit assensus, et hoc e.-t *gratia* ; objectumque supernatural^, et hoc est *veritas revelata* ; ac *molivum* supernaturale, et hoc est *auctoritas Dei* revelantis. Hinc contutatur opinio Gutberlet qui contendit sufficere ad fidem illuminationem internam, non autem absolute requiri supernaturalem revelationem[1].

Posset quidem Deus omnibus immediate revelare ; verum fert suavis modus Providentiae ut testibus quibusdam a se electis revelet, qui cæteris hominibus revelationem transmittant. Sic intellecta revelatio est absolute necessaria respectu veritatum supernaturalium, quæ, utpote vim et captum cujusvis intellectus creati superantes, sunt absolute nobis imperviæ et investigabiles, nec nisi revelatæ divinitus innotescere possunt. Quæ assertio est de fide ex concilio Vaticano[2].

Prob. Ha pars. Quoad veritates religiosas et morales ordinis naturalis, revelatio non est absolute necessaria ; nam intellectus noster est *physice* proportionatus illis veritatibus mtelligendis, quæ in eodem ordine cum ipso consistunt. Hinc definit concilium Vaticanum Deum creaton m et Dominum nostrum per ea quæ ferta sunt naturali rationis lumine certo cognosci posse[3][4]

Necessaria autem est necessitate morali. Ita consilium Vaticanum : « Huic divinæ revelationi tribuendum quidem est ut ea quæ in rebus divinis humanæ rationi per se impervia non sunt, in præsenti quoque generis humani conditione, ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint*. »

1. Cf. nostr. op. : *Réponses théologiques,* p. 106 ss. ; Capéran, *Le Problème du salui des infidèles. Essai historique,* Paris, 1912, p. 465 ss. ; P. Martin, O. P., *De necessitate credendi et credendorum,* Louvain, 1907, p. 54 ss. ; Pesch., *Prælect. dogm.,* t. VIII, p. 187.
2. *De Fide et Ratione,* cap. iv, el can. 1.
3. *De Revelatione,* can. 1.
4. *De Revelatione,* can. 1.

Ratio S. Thomæ, quam insinuat concilium potest sic evolvi1. Necessaria est ad salutem sufficiens cognitio veritatum quæ de Deo naturaliter haberi possunt *omnibus, ab initio, et absque errorum admixtione.* Atqui absque doctrina revelata sufficiens illa cognitio non potest haberi nisi a paucis, post longum tempus et cum admixtis erro ribus. Ergo.

Dei laratur major. Debet illa cognitio ab omnibus haberi, quia omnes universaliter ad salutem vocantur et omnes tenentur Deum veraciter cognoscere et recte colere ; *ab initio,* quia tenetur homo statim ab usu rationis moralem vitam ducere ; absque *errore,* quia male vivitur quum male de Deo sentitur.

Probatur minor. Illa cognitio non haberetur, 1° nisi a *paucis,* sive propter ineptitudinem ad studium, sive propter necessitatem rei familiaris vel publicæ, sive propter pigritiam ; 2° *post longum tempus,* tum propter veritatis profunditatem, tum propter multa quæ huic cognitioni prærequiruntur, quæ est proprie metaphysica ; tum quia tempore juventutis difficile est studio altissimæ veritatis incumbere ; 3° *cum mullis erroribus admixtis,* propter rationis imbecillitatem et multa præjudîcia, ut historia teste innotescit : nulla quippe est gens tam exculta, quæ revelatione destituta summam attigerit veritatum necessariam ad rectam morum informationem.

VI. Tertia conclusio : Si nomine doctrinæ sacræ intelligitur prophetia, necessaria est, attento præsenti ordine, non quidem singulis, sed quib sdam a Deo electis.

Necesse enim est ut revelatio quibusdam immediate facta cæteris credibilis appareat. At revelatio credibilis demonstratur tum per miracula tum per prophetiam, quæ sunt signa *certissima, el omnibus inlelligenliis accommodata,* ut loquitur concilium Vaticanum2. Ergo necessaria fuit prophetia, ut testes a Deo electi revelationem signo vere divino demonstrarent.

VII. Quarta conclusio : Si nomine doctrinæ sacræ

1. Ex. *I Coni. Genl.,* c. iv.
2. *De Fide,* cap. in.

intelligitur Theologia, licet necessaria non sit singulis ad salutem, necessaria tamen est ipsi Ecclesiæ ad fidei conservationem.

Triplex est Ecclesiæ munus, nempe *magisterium ad docendum* ; *ministerium ad sanciificandum* ; et *regimen* ad *gubernandum.* Et, sicut ministerium et regimen requirunt sacerdotes, episcopos et pastores, ita postulat magisterium in Ecclesia doctores et theologos, qui doctrinam ex officio investigent, exponant ac tueantur, ut sic veritates quæ in revelatione virtualiter continentur, ope scientific! discursus eruantur et explicite innotescant.

Confirmatur. Debet esse in Ecclesia non tantum fides, sed et fidei scientia, quæ fidem exponat, explicet ac vindicet. At fidei scientia est Theologia, ut ex dictis liquet Ergo. Inde etiam liquet Theologiam sacerdotibus præsertim esse necessariam, quibus a Deo commissum est magisterium, ministerium et regimen. Sacerdos quippe ex officio debet fidem prædicare recte exponere et eos qui contradicunt arguere[1]. Verum competens fidei prædicatio, recta fidei expositio, conveniens adversariorum confutatio, absque theologica scientia fieri nequaquam possunt.

Insuper sacerdos, præsertim in sacra poenitentia, est doctor, judex, et medicus ; quod quidem officium accuratam requirit cognitionem et credendorum, et agendorum, et vitandorum, seu Theologiam, tum dogmaticam, tum moralem et pastoralem.

Quapropter Concilia et Summi Pontifices sanxerunt ut sacerdotio nullus initiaretur nisi ttheologicis disciplinis operam navaverit. Pontificale Romanum requirit examen ordinationi prævium ; concilium Tridentinum decrevit ordinandos esse quoad doctriman et fidem diligenter examinandos[2] ; jussu Leonis XIII et Pii X Sacræ Romanæ Congregationes statuerunt nullum posse ad sacerdotium provehi nisi per tres annos integros Theologiæ operam dederit ; demum *Codex* Juris Canonici præscribit ne conferatur presbyteratus nisi post medietatem quarti anni[3].

1. *TU.,* I, vu, 9.
2. Trid. sess. XXII, cap. vn.
3. Can. 976.

Laicis etiam excultis consulendum est Theologiæ studium, quo fidem et plenius cognoscant et efficacius vindicare valeant, quo accurationem intelligentiam consequantur multarum scientiarum naturalium, quarum ambitum Theologia ampliat quibusque fecunditatem omnimodam præstat.

Demum necessitas et utilitas Theologiæ invicte demonstrantur ex injuriis et contumeliis quibus hæretici et omnes adversarii catholicæ Ecclesiæ non desinunt theologos insequi et lacessere. Sic Wicleff theologicas Acadeinias vocat Castra Cainitica ; Lutherus, Antichisti lupanaria ; Calvinus Theologos exhibet ut *asinos cornutos, beslias bipedes.* Modernist® demum, teste Pio X, philosophiam ac theologiam scholasticam derident passim atque contemnunt. Sive id ex ignoratione faciant sive ex metu, sive potius ex utraque causa, certum est studium novarum rerum cum odio scholasticæ methodi conjungi semper.

De necessitate autem thomisticæ theologiæ sufficiat referre hæc verba ejusdem Summi Pontificis : « Magistros autem monemus ut rite hoc tenant Aquinatem deserere, præsertim in re metaphysica, non sine magno detrimento esset[1]. » Et canonem *Codicis* Juris Canonici : « Philosophiæ rationalis ac theologiæ studia et alumnorum in his disciplinis institutionem professores omnino pertractent ad Angelici Doctoris *ralionem, doctrinam* et *principia* eaque sancte teneant[2]. »

1. Encyclic. *Pascendi.*

2. Can. 1366, § 2. Consuli possunt de hoc argumento : J. Berthier, *L'étude de la Somme Théologique,* Paris, 1909, et S. *Thomas Doctor Communis,* Romæ, 1914 ; Gardeil, *Le donné révélé et la théologie;* P. Pègues, *Comment.* l vol. et *Autour de S. Thomas,* 1918; P. Richard, *Introduction à l'élude et à l'enseignement de la scolastique,* 1913, *Philosophie du raisonnement dans la science d'après saint Thomas,* 1919.

ARTICULUS SECUNDUS

UTRUM THEOLOGIA SIT VERA SCIENTIA[1][2]

AD ART. 2 S. THOMÆ

I. Praenotiones. — Quæstio de Theologia viatorum movetur, et difficultas in eo jacet quod scientia sit cognitio ceita et evid.ms, dum Theologia nostra inevidentibus principiis nititur. Hinc omnes rationalists, imo plures. scholastici, cum Scoto, Gregorio Ariminensi, Vasquezio,. opinati sunt non posse dici Theologiam veri nominis, scientiam. E regione tamen affirmant plerique theologi reponuntque ad veram scientiam subalternatam non requiri immediatam principiorum evidentiam, sed sufficere *evideniiam illationis* ex principiis certis.

Ut quæstio recte solvatur, recolendum est quid sit scientia*. In genere, sumitur pro qualibet cognitione seu *notitia* ; sensu autem pressiori, pro cognitione certa et evidenti sive principiorum sive conclusionum ; stricte tandem et proprie, pro cognitione certa et evidenti conclusionum ex principiis certis, per demonstrationem quæ causam ostendat, deductarum.

Scientia quippe innuit cognitionem perfectam, ad quam requiritur imprimis *certitudo,* et hinc ab opinione discriminatur, et iterum evidentia, qua a fide distinguitur : in disciplinis enim humanis cognitio perfecta evidentiam postulat.

Scientia aliunde non est cognitio immediata, quæ est principiorum, sed mediata, quæ ratiocinio et demonstratione paritur, quæque est per causas. Scientia quippe vera debet intellectum quietare. At quiete non fruitur

1. Præter commentatores, S. Thomje. Cf. P. Gardeil, *Le donné révélé et la théologie;* P. Garrigoü-Lagrange, *De reuelalione,* cap. i.

2. Ad pleniorem expositionem, cf. Hugon, *Logica,* p. 430 ss.

mens nostra quamdiu causam ignorat. Debet ergo scientia causam aperire. Duplicis autem generis distinguuntur causæ : aliæ nempe in *cognoscendo,* sicut actus et facultates sunt id unde animæ essentia dignoscitur et demonstratur ; aliæ *in essendo,* sicut animæ essentia est id unde procedunt et facultates et actus. Ad perfectam porro et eximiam illam scientiam quæ *sapientia* dicitur, requiritur cognitio per causas in essendo et demonstratio *propter quid* ; ad scientiam tamen simpliciter dictam sufficit cognitio per capsas in cognoscendo et demonstratio *quia* ; nam hæc nititur connexione infallibili et necessaria qua effectus suæ causæ colligatur.

Longior explicatio in Logica requiratur ; sufficiat hic breviter recolere tria ad scientiam spectare : *certitudinem, evidentiam, cognitionem per causas* (sive in essendo sive in cognoscendo), quæ cognitio dicitur *demonstratio* : demonstratio quidem *propter quid,* quando aperit causam in essendo propriam, immediatam et adæqualam ; demonstratio autem *quia,* si solum causam in cognoscendo, vel causam in essendo, sed non proximam, nec immediatam, nec adæquatam, ostendit.

Distinguitur scientia *suballernans* et scientia *subalternata.* Subalternans est scientia perfecta, quæ ex principiis propriis, neque ab alia scientia acceptis atque immediate notis, procedit ; subalternata autem, quæ principia sua a superiori scientia mutuat. Sic, musica, quatenus scientia, procedit ex principiis in arithmetica notis, nam agit de numero sonoro et idcirco supponit numeri scientiam, quæ est arithmetica, ; hinc musica dicitur scientia arithmetic» subalternata. Pariter, optica supponit principia probata in geometria, ac subinde est respectu geometri» subalternata.

His expositis, statuitur.

II. Conclusio : Theologia nostra est veri nominis scientia, sed subalternata scientiae Dei et beatorum, atque idcirco imperfecta quoad statum, defectu actualis evidentiae.

Ad rationem scientiæ veræ, licet subalternatæ, duo requiruntur et sufficiunt, nempe certitudo principiorum

et *evidens illatio* conclusionum, cx principiis. Atqui ambæ illæ dotes Theologiæ nostræ conpctunt. Ergo est vera scientia.

Major tradit notionem scientiæ subalternatæ : cum enim scientia sit proprie de conclusionibus, paritur vera evidentia in scientia dum evidens fit *illatio* conclusionum. Eo ipso quippe quod conclusio necessario et evidenter ex principiis certis eruatur, habetur cognitio certa, cognitio que evidens et per causas ; nam efficere *evidentiam, illationis,* ostendere nexum quo conclusiones cum principiis colligantur et rationem qua a principiis deducuntur, est utique manifestare causam.

Probatur min. 1° Theologia habet certitudinem principiorum, quæ, licet non sint evidentia in se, sunt tamen evidentia in scientia superiori, scilicet Dei et Beatorum, nempe quæ sunt a nobis credita, sunt a Deo et Beatis visa. 2° Evidentiam habet illationis, eruendo conclusiones quæ necessario cum principiis colligantur et evidenter ex illis deducuntur. Sic, ex hoc principio revelato : *Verbum caro facium est,* eximiam exstruit scientiam de Christi humanitate, corpore, anima, facultatibus et operationibus, ut habetur in III. P. *Summae Theologicæ.*

Quia tamen deest illi actualis evidentia, remanet imperfecta ratione status in quo versatur subjectum ; nam viatoris conditio non compatitur visionem. Ut ergo perfecta fiat, petit conjungi scientiæ Dei et Beatorum, cui subalternatur. Tunc scientia proprie dicitur subalternari superiori quando ab illa pendet quoad evidentiam et manifestationem suorum principiorum. Atqui Theologia nostra hoc modo pendet a scientia Dei et Beatorum, quæ præstat evidentiam principiorum. Ergo est illi subalternata.

III. Hinc etiam liquet cur Theologia non evacuetur in cælo, sicut fides. — Fides quippe, cum sit essentialiter obscura, non potest cum visione consistere ; at Theologia non est essentialiter et vi sui obscura, sed ratione status subjecti, nempe hominis viatoris : et inde, cum transit subjectum in statum beati et videntis, transit Theologia tantum de statu imperfecto ad perfectum, quatenus cum

evidentia illationis conclusionum assequitur simul et principiorum evidentiam.

IV. Theologia est scientia tum inductiva tum deductiva. — Scientia vera utitur simul inductione et analysi ut *inveniat,* et synthesi ac deductione ut firmitatem et immobilitatem suis conclusionibus præstet[1]. Cum ergo Theologia sit veri nominis scientia, utraque methodo ut debet : inductione quidem et analysi præsertim utitur, dum est positiva et historica, deductione autem et synthesi, dum est speculativa et scholastica. De his infra.

V. De principiis et conclusionibus in theologia[2].

Scientia quaelibet principiis et conclusionibus constat. Inter principia, alia sunt omnibus scientiis communia, et dicuntur *axiomata,* seu dignitates; alia scientiæ propria, et hæc stricto sensu dicuntur principia illius scientiæ. In Theologia porro principia sunt veritates fide creditæ ; unde quod efficit intellectus primorum principiorum respectu scientiæ rationalis, id præstat fides respectu Theologiæ.

Conclusiones in Theologia triplicis sunt generis : 1° Aliæ dicuntur *dogmaticæ,* quæ aliunde sunt revelatæ et ab Ecclesia deflnitæ. Potest quidem contingere ut ex quodam fidei principio eruatur vi discursus veritas quæ ceterum est expresse vel implicite revelata ; at tunc conclusio sic deducta non dicitur proprie theologica, sed dogmatica. 2° Dicuntur ergo stricto sensu conclusiones *theologicæ,* quæ ex una præinissa revelata et alia naturali eliciuntur, ita nempe ut semper interveniat verum ratiocinium, verusque discursus, certitudinem pariens.

Quocirca concedi non debet conclusionem *mere* theologicam ut sic definiri posse tanquam dogma fidei : nam sub hoc respectu est fructus et effectus ratiocinii, nequit igitur unquam constitui dogma divinum[3]. 3° Dicuntur

1. Cf. nost. *Curs. Philos. Thomist. Logic.,* p. 463-467.
2. Praeter opera citata, cf. Kleutgen, op. cit., n. 44 ss; Vander Mebrsch, *De Deo Uno el Trino,* p. 9 ss.
3. Videatur P. Schultes, O. P., *Inlrod. in hisl. dogm.,* a. ix.

conclusiones mere *scholaslicæ,* quando dis ursus non parit evidentiam, sed opinionem relinquit.

Disputatio quæ in istis materiis instituitur dicitur quæstio *theologica* Si quidem sit contra incredulos et haeretico directa, est quæstio *theologica dogmatica ;* si autem sit inter theologos ipsos, est quæstio *theologica scholastica.*

VI. De distinctione scientiæ theologicae a dogmate.

Vox δόγμα, a radice δοκειν, quod apparet, quodve videtur, fuit apud scriptores profanos usurpata pro sententia, ordinatione, decreto. Quæ acceptio etiam ab auctoribus sacris retinetur. Sic S. Lurasl *dogma* græce vocat edictum Gæsaris Augusti ut describeretur universus orbis, et decretum Concilii Hierosolymitani ab Apostolis celebrati2. S. Paulus dogmata præscriptionibus legis mosaic» opponit : « Legem mandatorum *decretis* (græce δογρασι *dogmatibus)* evacuans3[illegible] » Dcgmata in præsenti, prout exponunt S. Chrysostomus et Theodoretus (in h. l.) doctrinam evangelicam significant, ita ut hæc instituatur oppositio : Lex mosaica habet præcepta, mandata, lex autem nova habet dogmata. Idem Patres aliquando intelligunt dogmata de *consiliis* evangelicis, quæ sunt δοκουμενα, nempe fidelibus bene visa et accepta ceu optima. Applicat S. Paulus vocem illam decreto seu sententiæ a Deo contra hominem latæ : *Delens chirographum decreli* seu potius *decretis,* græce : δογμασΆ Deus nempe chirographum retrahit a sententia in nos prius lata ipsamque tollit de medio et cruci affigit. Hæc est prima vocabuli acceptio. Sed iterum dogmata apud philosophos vocabantur doctrinæ quædam a certis scholis ceu principia admissæ, prout testatur Tullius : « Sapientia neque de seipsa dubitare debet neque de suis decretis quæ philosophi vocant δόγματα, quorum nullum sine scelere prodi poterit6. » Itaque, dogma,

1. Lua., π, 1.
2. *Ad.,* xvi, 4.
3. *Ephes.,* ii, 15.
4. *Coloss.,* ii, 14.
5. Tullius, *Quæst. Academic.,* π, 9.

juxta Ciceronem, est doctrina quæ prodi non debet, quæque vi sui intellectui imponitur, seu quam intellectus admittere debet.

Ambæ illæ acceptiones apud Patres occurrunt. S. Ignatius dogmata appellat tum doctr nas, tum leges morum a Christo et Apostolis promulgatas[1]. Clemens Alexandrinus[2], Origenes[3] nomine dogmatum intelligunt universum Christianæ disciplinæ complexum, quæ et dogmata fidei et dogmata morum habet. Qui loquendi modus usque ad Marcelli Ancyrani tempora perstitit[4]. At deinceps vox « dogmata » credendis reservatur. Hinc S. Cyrillus Hierorolymitanus exponit quomodo religio Christi et piis dogmatibus et sanctis praxibus constet[5]; et S. Gregorius Nyssenus lefert Christum disciplinam suam in partem moralem et dogmaticam dividisse[6]. Quæ acceptio apud omnes ita invaluit, ut jam dogma significet veritatem revelatam quæ ab Ecclesia proponitur ut credenda fide catholica. Quocirca duo in notione dogmatis importantur : nempe revelatio ex parte Dei et definitio ex parte Ecclesiæ.

Quapropter dogma non est tota doctrina catholica : dogma enim nonnisi revelatas veritates dicit, doctrina autem catholica alias complectitur veiitatss, quæ non sunt defmitæ sed quas Ecclesia sive magisterio ordinario, sive praxi sua profitetur, ut est Assumptio B. Virginis, etc.

Nec idem est dogma cum Theo'ogia. Objectum quippe dogmatis est veritas revelata in se, explicite nempe vel saltem implicite, Theologiæ autem objectum est veritas *virlualiler* revelata, videlicet non in se, sed tantum in principiis.

Dogmatis *evolutio* fit per clariorem et explicitiorem veritatis manifestationem, sed absque ratiocinio proprie dicto ; in Theologia autem com lusio e præmissis per verum

1. *Ad Magnes,* 13.
2. *Stromal.,* VIII.
3. *Contra Celsum.,* m, 39.
4. Cf. Euseb,, P. G., xxiv, 756.
5. S. Cyrill. Hieros, *Catech.,* IV ; P. G., xxxm, 45 ss.
6. S. Greg. Nyssen., *Epist.* 24, P. G., xlvi, 1089.

discursum oritur[1]2 Theologia dogmata utique complectitur, sed insup r scienti ficam illorum explicationem.

VII. Unde historia dogmatum non est proprie historia Theologiæ, licet altera alteram requirat.

Sicut historia Theologiæ a viro etiam acatholico aliquatenus narrari potest, ita historia dogmatum. Verumtamen, ut errores in interpretando dicta vel facta penitus vitentur, utque vera illius historiæ intelligentia plene attingatur, oportet ut thfcologico sensu ac spiritu imbutus sit qui historiam sive Théo ogiæ sive dogmatis retexere tentât.

Quia Vox illa « historia dogmatum » aliquid protestanticum saper? videtur, plures ab illa adhibenda abstinent[3]* Attamen potest recto sensu illa uti theologus qui semper recolat historiam et evolutionem dogmatum sic esse intelligendam ut progrès'us sit solum transitus ab implicito ad explicitum, minime autem ut novus tribuendus sit sensus, alius ab eo quem intellexit et intelligit Ecclesia[8].

Historia autem Theologiæ largiori processu fieri potest, quippe quæ et scienti ficum progressum audit et veram evolutionem.

1. De controversis circa notionem dogmatis recenter exortis, non est hic disserendum. Quæstionem theolologice versamus in op : *Réponses théologiques,* cap. : *Les concepts dogmatiques.* Paris, Téqui, nov. edit. — Cf. P. Garrigou-Lagrange, *Le sens commun, la philosophie de l'être et les formules dogmatiques.* P. Schultes, *op. cil.*

2. Cf. Jacquin, O. P., *Revue des Sciences philos, et théol.,* 1907, p. 103.

3. In formula jurisjurandi, quod præscripsit Pius X, *Motu Proprio* « Sacrorum Antistitum », sept. 1910, aptissime dicitur : « Fidei doctrinam ab Apostolis per orthodoxos Patres eodem sensu eademque semper sententia ad nos usque transmissam, sincere recipio ; ideoque prorsus rejicio hæreticum commentum evolutionis dogmatum ab uno in alium sensum transeuntium, diversum ab eo quem prius habuit Ecclesia. » *Act. Apost. Sedis,* 1910, p. 670.

ARTICULUS TERTIUS

DE THEOLOGIÆ UNITATE ET DIVISIONIBUS

AD ART. 3 S. THOMÆ

I. Theologia est scientia specie etiam atoma una. — Agitur de unitate *specifica,* quæ se tenet ex parte objecti, nam ex parte subjecti multiplex est juxta numerum intellectuum in quibus recipitur. Conclusio igitur articuli est Theologiam, licet multa consideret, esse tamen specie atoma unam scientiam, quatenus omnia sub una ratione formali attingit.

Brevi et efficaci ratione probatur. Illa scientia est secundum speciem atomam una, quæ omnia de quibus disserit sub eadem ratione formali considérât. Atqui Theologia considerat omnia sub eadem ratione formali. Ergo.

Declaratur major. Ratio formalis in scientia est vel objectum formale *quod,* vel objectum formale *sub quo :* objectum quidem formale *quod* est ratio quæ in objecto materiali attenditur, objectum vero formale *sub quo,* vel lumen *quo,* est id ratione cujus et objectum materiale et objectum formale *quod* attinguntur. Unde formale *quod* est quasi materiale respectu objecti formalis, *sub quo*[1].

Prob. nun. Theologia omnia inspicit sub objecto formali *quod,* et hoc est Deus sub ratione deitatis. Multiplici quidem respectu attendi potest Deus : ut ens, et sic consideratur in communi ; ut causa entis, et sic consideratur relative ; ut incarnatus, et sic consideratur per accidens, quia potuisset non incarnari ; vel proprie ut Deus, et hæc est ratio prima quæ cæteras omnes antecedit. Quapropter Deus ut Deus est objectum formale quod præ cæteris inspicit Theologia ; nam cætera eatenus attingit quatenus ad Deum referuntur. Pariter, Theologia omnia considerat

1. De his omnibus cf. nostr. Logic., p. 438 ss. Consuli etiam possunt Salmanticenses, Tract, vin. Disp. I. dub. 3.

sub una ratione formali *sub qua,* et hæc est revelatio *viriualis* et mediata : attingit quippe objectum materiale et formale *quod,* non lumine rationis naturalis, quia sic esset Theodicea ; nec lumine revelationis immediatae, quia sic non discriminaretur a fide, sed per revelationem virtualem.

Dicitur porro revelatio *virlualis,* quæ continet virtualiter conclusiones *ope discursus* deducendas. Potest enim aliqua veritas in revelatione contineri \el ut pars in toto et implicitum in explicito, ita ut ad illius notitiam sufficiat clarior terminorum expositio, nec requiratur discursus proprie dictus, et jam illa veritas ad fidem pertinet; vel ut proprietas in essentia et effectus in causa, ea quidem ratione ut necessarius sit verus dis< ursus quo ostendatur veritatem *logice* in revelatione contineri; et hæc est conclusio proprie theologica. Dum ergo Theodicea veritatibus de Deo adhæret propter evidentiam naturalem ; dum fides veritates de Deo admittit *quia sunt revelatæ,* Thèologia veriti tibus de Deo assentit quia *demonstratur eas contineri logice et virtualiter* in revelatione. Nulla itaque conclusio censetur theologica nisi sit aliquatenus de Deo rebusque divinis, (a. 1, n. 111) et ex revelatione, mediante discursu, comparetur.

Igitur objectum adæquatum et specifieativum Theologiæ est *deitas ut cognoscibilis per fidem mediante discursus l.*

II. Hinc sequitur Theologiam esse unum habitum simplicem, essentialiter quidem naturalem, qui tamen ab aliquo supernatural! originem ducit et dependet.

Probatur la pars. Existimarunt plures cum Scoto Theologiam pluribus habitibus partialibus constare, dum, e regione, reponunt Thomistæ esse unum habitum simplicem, qui ad omnes com lusiones se extendit. Ratio est quia non multiplicatur habitus nisi multiplicato formali objecto

1. Consulantur : S. Thomas, II. *Coni. Geni.,* c. iv; Ga.ietan, in I P. h. l. ; Joannes a S. Thoma, Gonet, Billl art, quæst. procem. ; P. Garrigou-Laorange, *De Revelatione,* Prolegom. ; P. Martin, O. P., *L'objet intégral de la Théologie, Revue Thomiste,* janvier 1912. Valentinus, *Ab Assumptione,* Prolog., Kleutgen ; Vander Meersch, op. cit. ; Hervé, *Theol.,* etc.

specificativo. Jam vero probatum est Theologiæ esse unum objectum formale *quod* et formale *sub quo.* Unde efficitur Theologiam esse unum habitum simplicem, qui omnibus suis conclusionibus colligationem quamdam et unitatem præstat.

Probatur II» pars. Nonnulli veteres theologi, quibus postea consensit Contenson, et plures recentiores, ut J. Didiot, censent Theologiam esse habitum ordinis supernaturalis ; communior tamen sententia vult esse habitum naturalem. Controversia forte ex quadam æquivocatione oritur et distinctione solvitur. In se quidem et entitative est qualitas naturalis. Nam habitus proprie supernaturalis actibus humanis non generatur, sed a solo Deo infunditur, et objectum respicit supernaturale. Porro Theologia non est habitus infusus, sed humano labore acquiritur et intenditur ; nec objectum habet proprie supernaturale, cum ratio ipsius *sub qua* sit revelatio virtualis, quæ importat *aclioam* illationem rationis human®.

Aliunde non est sicut cæteri habitus mere naturales ; nam objective supponit principia supernaturalia, nempe principia fidei, et subjective generari aut remanere nequit nisi in intellectu qui jam habitu supernatural! fidei informatur. Quapropter jam monuimus (a. I, ɳ. III), rationalistes aut haereticos nec esse nec dici posse theologos. Est ergo Theologia hibitus in sua essentia naturalis ; qui tamen ab aliquo supernatural! originem ducit et dependet, seu radicaliter et originative supernaturalis[1].

III. De praecipuis Theologiæ divisionibus.

Licet sit formaliter una, recte tamen dividitur Theologia ratione objecti, seu materise, ratione modi, seu methodi.

Ratione *objecti* est vel *speculativa,* quæ in veritatis contemplatione sistit ; vel *praclica,* quæ veritatem ad opus ordinat, relate nempe ad vitam æternain (a. 4). Doc-

1. Cf. P. Garrigou-Lagrange, loc. cit. — Scribit etiam Van der Meehsch : *De Deo,* p. 10 : « Igitur habitus theologiæ, ratione principii objectivi, h. e. complexus veritatum revelatarum, et ratione principii subjectivi, h. e. habitus fidei, est supernaturalis, attamen in se, seu entitative spectatus, est naturalis, utpote acquisitus usu rationis. »

trina quippe sacra et credenda continet, ex qua parte dicitur *dogmatica,* et agenda proponit, et hinc fit *moralis.* At moralis iterum multiplex munus obit : principia et regulas morum quasi speculative tradit, et ad singularia et casus in speciali descendit, unde dicitur *casuislica,* et pastores animarum informat, unde dicitur *pastoralis*[1][2].

Ratione methodi esse potest *positiva, historica,* vel *systematica.* De qua partitione infra, ad art. 8.

IV. De divisione Theologice in fundamentalem et specialem deque vera indole apologetic».

Mos invaluit dividendi Theologiam in *fundamentalem.,* quæ *fundamentis* sacræ doctrinæ attendit, et *specialem,* quæ disserit de Deo Uno et Trino, de Deo Creante, de Angelis et Homine, de motu creaturarum in Deum, de Christo, de Sacramentis ac de Novissimis. Fundamenta autem doctrinæ sacræ sunt motiva cradibilitatis, hinc pars quæ illa investigat et perquirit dicitur *apologetica;* sunt etiam omnia media seu instrumenta divinitus Ecclesiæ concessa ad fidem conservandam, stabiliendam, confirmandam, ut traditiones et cætera de quibus in Tractatu *de vera Ecclesia et de Locis theologicis* disseritur. Complectitur ergo Theologia fundamentalis et apologeticam et tractatus de Locis theologicis et de Ecclesia Christi.

Istam alteram partem esse theologicam nemo inficiatur ; at pluribus non placet apologeticam vocari Theologiam. Nam apologetica, utpote *defensiva* quoad objectum et modum defendendi, circa credibilitatem proprie versatur ac pro scopo habet præparare fidem, ostendendo revelationem esse credibilem et credendam, non autem ex revelatione sumit argumenta. Quocirca, cum sit præambula ad fidem, distinguatur oportet a Theologia, quæ fidei principiis nititur. Communior tamen sententia retinet apologeticam reduci ad Theologiam fundamentalem[8].

1. De his consuli possunt : Kleutgen, op. cit., n. 37 ; L. Janssens, p. 3 ss. ; Bouquillon, *Theologia Moralis fundamentalis,* Prolegom., Brugis, 1890.

2. De hac quæstione consuli possunt ex una parte : P. de Poulpiquet, *L'objet intégral de l'Apologétique,* Paris, 1912, p. 499 ss. ; P. Le Bachelet, S. J., *Diction. Apolog. de la foi catholique,* art.

Nobis porr? quæstio ita solvenda videtur.

Concipi quidem potest apologetica, quæ nondum sit Theologia, sed præambula, ut evincit prædicta sententia ; at in se inspecta, Theologia est utique apologetica, et ipsa apologetica completa nequit a Theologia sejungi.

Ex una parte Theel >gia, cum sit *sapientia,* seu suprema scientia, valet sua principia defendere, non solum lumine suo supernatural!, sed etiam omnibus adminiculis utendo, rationis et scientiarum naturalium, philoàophiæ, historiæ, critices, quæ ipsi famulari debent et tanquam ancillæ assistere et ab ipsa *diriguntur.* Ex altera autem parte, apologia *completa* non potest non esse theologica. Nequit enim accurate investigari et stabiliri credibilitas nisi penitus exponatur quid sit credere, quid sint fides, et fidei actus et objectum, quæ omnia ad Theologiam spectant.

Non est ergo, concedendum apologeticam completam esse scientiam specialem, autonomam, a cæteris distinctam. Quatenus evincit Deum posse revelare, patrare miracula, etc., investigatque conditiones et dotes revelationis et miraculorum, perficit Theodiceam, cujus est complementum ; quatenus autem inspicit ipsum credendi actum cjusque conditiones indigitat, est eximia pars Theologiæ proprie dictæ[1].

Aliis verbis, constitui potest quædam imperfecta apologetica, jam efficax prout est historica et philosophica defensio ipsius traditionalis Apologeticæ propositæ a Christo et Apostolis. Sed ipsa traditionalis et classica Apologetica, in se considerata, ut apparet in prædicatione evangelica et apud eximios Ecclesiæ doctores, est plus quam collectio argumentorum philosophicorum et historicorum ad credibilitatem Christianismi probandam. Habet enim suum ordinem, suam unitatem, altitudinem, profunditatem ac integritatem, nec his perfectionibus sibi *debilis* gaudet,

« Apologétique »; ex altera parle Maisonneuve, *Diction, théol. cathol.,* art. « Apologétique » ; P. Gardeil, *La Crédibilité et l'Apologétique,* 2e édit., p. xi, 246 ss. ; P. Garrigou-Lagrange, O. P., loc. cit., art. II, et *Revue Thomiste,* juillet 1919.

1. Quoad cætera, cl. P. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* p. 44 ss., et *Revue Thomiste,* juillet 1919.

nisi prout ad suum finem superiorem, ex alto positive *dirigitur* ab ipsa fide, et *utitur* philosophia et historia, tanquam inferioribus disciplinis ad rationalem fidei defensionem.

Sic adæquate considerata Apologetica ad Sacram Theologiam reducitur.

V. De divisione Theologiæ in asceticam et mysticam. — Sermo fiet de Theologia positiva et systematica, art. 8 : *utrum hæc doctrina sit argumentative ;* sufficiat hic recolere divisionem in asceticam et mysticam. *Ascetica* considerat rectam morum informationem et profectum in vita spirituali ; mystica vero contemplationem et perfectam cum Deo unionem respicit.

Ascetica a morali discriminatur ; nam morali, disserit tantum de exacta boni ac mali notione, quid nempe absque peccato *liceat,* dum ascetica agit de communi vitæ sanctitate.

Mystica iterum ab ascetica differt, quatenus ascetica respicit vitam spiritualem et virtutis exercitia in quibus homo ipse active se habet (ἀσκησι , *exercitatio)* ; mystica autem statum illum et facta in quibus homo magis passive quam active se habet, sicut quando movetur justus sub influxu donorum Spiritus Sancti : tum quoad cognitionem, quatenus intellectus *excellentes* accipit a Deo *illuminationes,* quas communis fides non præstat ; tum quoad affectum, quatenus voluntas *intensum* erga Deum patitur *amorem,* quem communis chantas non efficit[1].

Vita ascetica tamen disponit ad mysticam, nec deberet esse inter primam et alteram hiatus, sed potius continuatio et connexio.

Casuistica itaque *liceitalem* solum respicit; ascetica autem *perfectionem* etiam intendit, sive perfectionem *communem,* quæ in observatione mandatorum consistit, sive *statum perfectionis,* qui tria religionis vota importat ; at non occupatur de iis quæ sunt extraordinaria in vita spirituali ; mystica vero circa illa præcise versatur, quæ, licet non sint necessario miraculosa, nequeunt viribus

1. Cf. Saudreau, *L'Etat mystique,* et P. Garrigou-Lagrange, *Perfection chrétienne et Contemplation.*

Immanis et conatu nostro obtineri. Quocirca *in supremo* pradu sistit Theologia mystica, licet ascetica et mystica nmi debeant disjungi, sed ex utraque resultet una et perlecta vitæ spiritualis scientia[1].

VI. De quibusdam scientiæ theologicae proprietatibus, (aa. 5-7). — Littera D Thomæ est manifesta. Sufficiat animadvertere, ad art. 5 Theologiam, quæ est cunctis µ ientiis certior *objective,* posse etiam esse firmiorem ex parte *subjecti.* Nam assensus in cæteris scientiis vi naturalis evidentiæ producitur et idcirco naturalem certitudinem tantum consequitur ; assensus autem theologicus, quia ex una praemissa revelata oritur, participat aliquid d,- certitudine fidei. Porro assensus fidei est etiam *subjective* omnium firmissimus, quatenus procedit ex intellectu rl voluntate sub influxu gratiæ operantibus ; gratia autem rl intellectum illustrat luce excellentiori quam poterit esse unquam lux evidentiæ, et voluntati addit efficaciam ut ipsa applicet intellectum ad assensum modo firmiori quam efficit evidentia. Unde, cum certitudo theologica participet aliqualiter certitudinem fidei, potest esse *etiam subjective* firmior assensu naturali, dummodo gratiæ auxilio utamur.

Notetur aliunde pro resp. ab objecta, Theologiam accipere aliquid a scientiis, *non principia, sed subsidia* ; quatenus eis utitur tamquam ancillis : sicut enim fides indiget ratione et sicut gratia naturam supponit, ita Theologia ministerio aliarum scientiarum nititur, ut illæ fidei præambula stabiliant, et majorem manifestationem revelati veri præbeant. — De his longiora requirantur apud apologetas.

VU. De subjecto Theologiæ (ad. art. 7[2]).

Subjectum generatam dicitur quod alteri subjicitur, quodve alteri subest, sicut quod accidentibus subest dicitur subjectum, sicut in propositione subjectum est id de

1. Cf. P. Garrigou-Lagrange, in periodico. *La vie spirituelle,* décembre 1919, el *Perfection el Contemplation.*

2. De art. 6. cf. que diximus *in Logica* de scientia et sapientia, ρ. 134 ss. — P. Garrlgou, *De Revelatione.*

quo aliud prædicatur. In scientia itaque subjectum vocatur id quod ejus considerationi subjicitur, quod videlicet principaliter quæritur et in ordine ad quod caetera quaeruntur. Subjectum *attributionis* est objectum saltem genere unum quod per se et principaliter quæritur, et in ordine ad quod eætera attinguntur ; subjectum autem *attributum* est illud quod ab eadem quidem scientia attingitur, sed secundario et per respectum ad subjectum attributionis[1].

Deus porro est id cujus cognitio potissimum intenditur a Theologia et in ordine ad quod eætera considerantur. Itaque Deus est subjectum attributionis et eætera subjectum attributum.

Confirmatur. Idem est subjectum scientiæ et principiorum. Porro subjectum principiorum in Theologia, quæ sunt principia fidei, est Deus. Ergo subjectum Theologiæ est Deus.

Additur : *Deus sub ratione deitatis,* nempe non sub communi ratione entis, sed secundum esse propriissimum, vitamque suam intimam, seu secundum suam deitatem, « *quantum ad id quod notum est sibi de seipso, et aliis per revelationem communicatum* (a. 6). »

Animadvertatur eætera omnia esse consideranda tamquam unum subjectum attributum, quia « *comprehenduntur sub Deo, non ut partes, vel species, vel accidentia, sed ut ordinata aliqualiter ad ipsum.* »

1. Cf. Hugon, *Logic.,* p. 439-440.

ARTICULUS QUARTUS

DE DIVISIONE THEOLOGIÆ RATIONE METHODI /V POSITIVAM ET SPECULATIVAM VEL SYSTEMATICAM SEU SCHOLASTICAM

AD ART. 8 S. THOMÆ

I. Qua ratione Theologia sit argumentativa. — Esse crgumentativam omnino liquet ex ipsa notione scientiæ veræ, cujus proprium est ex principiis elicere conclusiones. Quapropter jam definita est Theologia : scientia de Deo rebusque divinis ex fide principiisque fide creditis conclusiones *discurrendo* deducens, quod est proprie *argumentari.* Non concipitur ergo vera apud viatores Theologia quæ non sit argumentativa.

Arguit proprie Theologia quatenus ex principiis suis eruit conclusiones; unde præcipuus scopus non est ostendere aut defendere sua principa. Attamen, cum sit suprema *sapientia* veraque *metaphysica* Christiana, valet etiam sua principia vindicare vel proprie argumentando, si adverh.irius aliquid concedat de principiis revelatis, vel saltem objectiones solvendo, si adversarius nihil credat.

Unde manifeste hic docet Doctor Angelicus *Theologiam esse vereapologelicam,mwnusc[ue* suum apologeticum dupliciter obire, vel directe, arguqndo, vel indirecte, objectis satisfaciende.

Argumentatio porro theologica fit vel ope inductionis rl analysis, vel ope deductionis et synthesisl, et hinc divisio Theologiæ in *positivam* et *speculativam,* seu *syslemalicam* vel *scholaslicam.*

II. Quid nomine Theologiæ positivœ intelligatur. — Multiplici sensu fuit vox illa usurpata. Protestantes posi-

1. Gf. nostr. *Logic.,* p. 461-467.

tivam Theologiam intelligunt illam quæ apud ipsos est traditionalis et orthodoxa quæquè theologiæ liberali, ut aiunt, et rationalisticæ opponitur. Apud catholicos non fuit unus loquendi modus. Alii, ut Bossuetius[1], positivam Theologiam vocant cognitionem Dei per viam affirmationis ; alii positivam dicunt quæ est omnino exacta, clara, accurata[2]. Billuart[3] et theologi communiter a sæculis xvii et xviii positivam intelligunt quæ principia fidei ponit et statuit ut theses et positiones prævias et fundamentis juris positivi nititur, Scriptura scilicet, Traditione, conciliis et sacris canonibus, etc. ; quæ etiam stylo fusiori, communiori, minus technico, utitur. Qua methodo præsertim usi sunt Patres. Alii demum, sicut Gregorius de Valentia[4], Franzelin[5][6] et recentiores theologi, Theologiam positivam proprie considerant quatenus veritates credendas e fontibus revelationis eruit, historicisque adminiculis ostendit *quænam* veritates sive theoretic® sive praticæ contineantur et *quomodo* contineantur in verbo Dei prout in Scriptura et Traditione conservatur et ab Ecclesia proponitur. Qua methodo usi sunt Patres *ApologeÎæ,* ut Justinus, Athenagoras, Aristides, Tertullianus, etc., contra Gnosticos, et Patres *Polemislæ,* ut Irenæus contrae Gnosticos, Athanasius, contra Arianos, Cyrillus Alexandrinus contra Nestorianos, etc.

III. Theologia historica. — Aon raro Theologia positiva dicitur *historica*^. Quæ vocabula promiscue usurpari recte possunt, nam positiva historico processu utitur ; attamen, si pressius sumantur, nonnihil differunt. Positiva latius patet quam historica, ea quidem ratione ut historica sit quidam aspectus positivæ.

Pro varietate quippe fontium e quibus subsidia de promit et diversitate munerum quæ obit, positiva diversis nomi-

1. Cf. Bossuet, *Instruction sur les étals d'oraison.*
2. Cf. Illm. et Rm. DD. Latty, *Lettre sur les études.*
3. Bii.luart, Dissert, procem.
4. Cf. Valentia, Disp. I, q. 1, punet. I.
5. Cf. Franzelin, *De Deo Uno.* p. 14, *de Divina Traditione,* ■p. 619.
6. Cf. *Revue d'histoire et de littérature religieuse,* t. II, p. 351.

minis insignitur : vocatur Theologia *biblica.* quatenus circa Scripturam præsertim occupatur ; Theologia *palristica,* quatenus ex SS. Patribus argumenta desumit Palm mque doctrinam exponit ; Theologia *historica,* quatenus doi-trinæ sacræ evolutionem attendit et ex factis documenlisve historicis, v. g., conciliorum, liturgiæ, praxis Eccle– i iæ, etc., veritatem demonstrat vel confirmat. Quocirca Theologia historica non est nisi pars vel, ut diximus, aspectus Theologiæ positivæ.

IV. Probe distinguenda est Theologia historica ab historia Theologiæ, sicut Theologia patristica a patrologia.

Patristica est vera Theologia, divino lumine nixa, quæ doctrinam sacram ex Patribus eruit aut probat ; patrologia vero est scientia mere humana, quæ notiones historicas, biographicas, criticas, hermeneuticas, tradit de Patrum operibus, simulque regulas ad opera illa recte intelligenda. Pari jure, Theologia historica est vera Theologiæ pars, quæ lumine supernatural! utitur quæque doctrinam sacram ope historiæ probare ac stabilire satagit ; dum historia Theologiæ est scientia ordinis humani et naturalis dumlaxat, quæ doctrinam sacram demonstrare nullatenus curat, sed illius fortunam et evolutionem in sæculorum decursu et per varias scholas retexit. Theologiam historicam nonnisi fidelis, qui principia fide credit, habere potest ; historiam autem Theologiæ retexere possunt, licet tamen non sine erroris periculo, etiam rationalistæ et infideles.

Illæ notiones sunt menti alte infigendæ, ut præcaveantur æquivocationes et confusiones hac in re fieri solitæ. Non pauci enim elucubrationes suas vocanl opera Theologiæ positivæ vel Theologiæ historicæ, quæ tamen indolem veræ Theologiæ, lumine supernatural! doctrinam exponentis et per discursum probantis, nullatenus præ se ferunt.

V. De processu Theologiæ positivæ et Theologiæ schoiasticæ. — Dum Theologia positiva inductione præsertim utitur, Theologia systematica et scholastica, inductione non neglecta, methodo magis deductiva procedit ; prin- l ipiaque jam stabilita illustrat et scrutatur, fidei dogmata omnibus philosophiæ adminiculis corroborat, definiendo,

dividendo, ratiocinando, objecta solvendo, juxta dialectic» regulas ; fidei principia cum rationis principiis, quoad fieri potest, conciliat; dogmata in omnem faciem versat et conclusiones in definitionibus logice contentas eruit et aperit, nexumque ostendit quo principia et conclusiones inter se connectantur quoque veritates aliæ ex aliis deriventur aut cum illis cohæreant.

Dum positiva colligit, elementa ad ædificandum, Scholastica in unum ædificium omnia adigit ; præparat positiva, complet Scholastica ; opus scientificum extruit scholastica, fundamenta præbet positiva.

Est vulgatum effatum ibi *incipere Scholasticam ubi desinit positiva.* Attamen Scholasti a, prout ab eximiis Doctoribus adhibetur, fundamenta etiam ponit et est aliquatenus positiva. Sic S. Thomas et multi commentatores, ut Sylvius, Gonet, Billuart, etc., positiva methodo, etiam utuntur, dum ex Scriptura, Patribus, Traditione historia, arguunt.

VI. Quapropter Theologia simpliciter dicta est quæ utramque methodum amice consociat. — Sicut enim in philosophia optimus processus est qui vicissim inductione et deductione, analysi et synthesi utitur : inductione nempe vel analysi ad scientiam comparandam, deductione autem et synthesi ad firmitatem et fecunditatem scicntiæ præstandam ; ita Theologia completa utitur positiva, tanquam inductione et analysi, ad principia illustranda et ad scientificum doctrinæ ædificium extruendum. Cum enim sacra doctrina non sit systema a priori confectum sed fundamenta juris divini positivi præsupponat et factis quibusdam divinis nitatur, non potest in sola synthesi consistere ; at aliunde nequit in sola positiva et historica methodo concludi. « Si nudis auctoritatibus, ait S. Thomas, magister quæstionem determinet, certificabitur quidem auditor quod ita est, sed nihil scicntiæ vel intellectus acquiret, sed vacuus abscedet[1] ». Requiritur ergo scholastica quo firmius et facilius

1. S. Thom., quod lib. iv, a. 18.

veritates fidei per accuratiorem methodum in mente ligantur et rationi magis consentaneæ appareant.

Nequaquam ergo sit Theologus, instar cyclopis, uno lanium præditus oculo, sed ambos utique habeat, alterum in historiam, alterum in metaphysicam, apertos, ut aiebat cl. P. Coconnier, O. P.[1].

Excolenda est positiva, sed nullatenus derelinquenda holastica[2].

Oportet ut omnes fidei et revelationis vires et omnia frationis subsidia in unum coeant et jugantur. Id autem lil per unionem Theologiæ positivæ et Scholasticæ : nam [positiva Revelationis vires et fontes præsertim ministrat, Scholastica iisdem utitur et insuper omnia rationis subsidia praebet et hæc est norma quam sæpius S. Sedes inculcavit. Pius IX in Syllabo censuit reprobandam propositionem quæ diceret : « Methodus et principia quibus antiqui doctores scholastici Theologiam excoluerunt temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progres- ni minime congruunt[3]. » Quam propositionem iterum reprobavit Pius X in Encyclica : *Pascendi Dominici yregis.* Addit idem S. Pontifex : « *Nullum esi indicium manifestius quod quis modernisini doctrinis favere incipiat quam quum incipit scholasticam horrere methodum*[4]. » Con- ludamus itaque cum Pio X : « Major quam antehac posilivæ theologi ratio est habenda ; id tamen sic fiat ut nihil

1. Cf. P. Coconnier, *Revue Thomiste,* x, p. 652.

2. In ordine Fratrum Prædicatorum, in quo florentissime fuit iinper Theologia scholastica, non fuit neglecta Theologia positiva. Sixtus Fabri, Magister Generalis, hæc præscribif, : « Perusii die 30 octobris (1583). Mandatur sub formali præceplo ut in gymnasio Conventus S. Dominici de Perusio præter lectionem Theologiæ scholasticæ habeatur quoque lectio Theologiæ positivæ quam ordinarie legere debeat ille qui immediate functus fuerit officio Regentis, et jam perfecerit lecturam Theologiæ scholastic, voceturque et sit primarius Regens cum omnibus gratiis, etc., ri mandatur sub eodem præceplo, et sub poena absolutionis ab cilicio Patri Provinciali et Priori pro tempore, ut hujus modi lectionem promovere et juvare debeant. » *Archiv. Gener.,* O. P.,. ii, 44. Reg. Sti Fabri, fol. 39 v°.

3. Prop. 13.

4. Edit. qq. Aci. p. 66.

scholastica detrimenti rapiat, iique reprehendantur, utpote ..ifui modernistarum rem gerunt, quicumque positivam sic extollunt ut scholasticam theologiam despicere videantur[1]. »

Jam sæculo XVI, S.Canisius, quem Pius XI inter Doctores Ecclesiæ annumeravit, monebat haec simul esse facienda, et colere Theologiam quam vocat *omnium artium arcem ac leginam,* et Theologiae, ut vocant, *posilivæ* operam dare et in hunc usum linguarum cognitione pollere[2],

1. Edit. qq. Act. p. 74. De indole Theologiae Positivæ et Speculativæ consuli possunt, præter laudatam encyclicam : P. Coconnieb, O. P., *Spéculative et Positive, Revue Thomiste,* janvier 1903 ; P. Le-, monnyer, O. P., et F. Dubois, *Revue du Clergé Français,* 1903; PJ Jacquin, *Revue des Sciences Philosophiques el Théologiques,* an. 1907, p. 99 ss. ; P. Schwalm., O. P., *Rev. Sc. Phil, et Th.,* 1908, pp. 674-, 703; Mgr Mignot, *Éludes ecclésiastiques,* p. 304; P. Bainvel, .*Études,* 5 octobre 1908; P. Hugon, O. P., *Revue Thomiste,* septembre 1910.

2. Epist. ad Verronium Par. chum. Cf. P. Otto Braunsberger, *Canisii Epislulæ,* vol. VIII, p. 270 ss., apud Herder, Frib. Brisgau.

DIVISIO TOTIUS THEOLOGIÆ

Absolutis iis quæ ad rationem sat ræ doctrinae vel Theologiæ pertinent, indicat S. Doctor divisionem totius operis theologici. Cum enim principalis intentio hujus doctrinæ sit tradere cognitionem Dei prout est in se et prout est principium creaturarum et finis, præsertim rationalis creaturae, considerare debet ipsum Deum, motumque creaturarum in Deum et viam qua in Deum tendimus, qui est Christus Homo-Deus.

Inde triplex divisio praecipua :

De ipso Deo, Prima Pars Summæ Theologicae.

De Mola creaturarum in Deum, Secunda Pars.

De Christo ejusque opere, Tertia Pars.

Tractatus de Deo ipso tripartitus est :

I. De iis quæ pertinent ad essentiam divinam.

II. De iis quæ pertinent ad distinctionem personarum.

III. De iis quæ pertinent ad processionem creaturarum a Deo.

TRACTATUS PRIMUS

De Deo secundum essentiam

In priino Tratatu est considerandum : 1° an Deus sit, hinc de cognoscibilitate et deinonstrabilitate existentiæ Dei ; 2° quomodo sit, et hinc de natura et attributis divinis ; 3° de his quæ ad operationem ipsius pertinent, scilicet de scientia, de voluntate, de potentia, etc.

QUÆSTIO PRIMA

De existentia Dei

AD *Q.* II S. THOM®

Perspicuus est ordo quo tres articuli in hac quæstione connectuntur. Quærendum est enim utrum existentia Dei *indigeat* demonstratione, an potius sit per se nota, a. 1 ; an *possit* demonstrari, a. 2 ; *quibus argumentis* seu viis reapse *demonstretur,* a. 3.

ARTICULUS PRIMUS

DE DEMONSTRABILITATE EXISTENTIÆ DEI

AD ART. 1 ET 2 S. THOMIE

I. Duplex errorum vel opinionum classis. — Multi circa demonstrabilitatem existentiæ Dei exorti sunt opinionum conflictus, qui tamen ad duas classes revocantur : alii enim volunt existentiam Dei *non indigere* demonstratione, alii autem autem *non posse* demonstrari.

Quoad primum, plures philosophi tuentur non indigere demonstratione, vel quia hæc veritas est per se nota quatenus intellecto hoc nomine *Deus* statim sequitur ut Deus sit in re, ut sentit S. Anselmus[1], cui postea adhæserunt cartesiani ; vel quia idea Dei est nobis innata, ut iterum ponunt Cartesiani, quatenus idea infiniti quam habemus non possit e rebus finitis oriri, sed causari debeat ab ipso ente infinito, quod proinde existit[2]; vel quia naturalis est homini cognitio Dei directa et immediata, ita ut in essentia divina omnia intueamur, ut ponunt Ontologistæ.

Quoad alterum, imparem esse rationem humanam existentiæ Dei demonstrandæ asserunt multi, diversis et oppositis systematibus nixi : Critici et agnostici asserunt rationem humanam phaenomenis concludi nec posse ad Deum se erigere aut illius existentiam per ea quæ facta sunt certo cognoscere. Immanentistæ, pragmatistæ, volunt Deum experientia quadam et religioso sensu solum attingi[3]. Sub alia forma idem docebant qui *sentimenlalislæ* dicti sunt, nimirum existentiam Dei non demonstratione, sed quodam cæco impetu naturæ vel sensu communi admitti. Ita Th. Reid, Jacobi, Klée[4].

Fideistæ et Traditionalistæ reponunt veritatem illam, sicut et cæteras veritates morales et religiosas, non naturali rationis lumine, sed sola revelatione, innotescere. Primam errorum formam confutat art. 1 ; alteram vero, art. 2.

Utramque impetimus, attendendo respectum *dogmaticum.* potius quam philosophicum.

II. Prima conclusio : Existentia Dei, veritas per se

1. Cf. S. Anselm, *Proslog.* cap. in, et *Cont. Gaunilonetn ;* Bainvel, art. S. *Anselme* in *Diction. Theol. Calhol. ;* L. Janssens, t. I, p. 101 ss. ; Kleutgen, *La philosophie scolastique,* t. IV, ŋ. 937.

2. Cf. Cartes, *Ve Méditation.* Vide Card. Mercier, *Critériologie,* n. 94, et *Origines de la philosophie contemporaine,* p. 18 ss.

3. De his omnibus legatur Pius X, Encyclic. *Pascendi.* Pro fusiore expositione, cf. *Diction, théol. calhol.,* art. *Agnosticisme ;* Sentroul, *La philosophie religieuse de Kant;* P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* I P. et *De Revelatione,* 1 P. ; Van der Meersch, *De Deo Uno et Trino,* 1917, p. 26 ss.

4. Cf. De Jaegher, *Institutiones philosophicæ,* n. 101.

nota quoad se, non est per se nota quoad nos ; sed indiget demonstratione.

Dicitur propositio per se nota quoad se cujus prædicatum ad rationem subjecti pertinet. Porro, in Deo, cxistentia includitur in notione subjecti, imo idem prorsus est essentia et esse. Ergo hæc propositio « Deus existât », est per se nota quoad se.

Dicitur autem propositio per se *nola quoad nos,* quando, apprehensis terminis, statim innotescit connexio prædicati cum subjecto. Atqui in hac propositione : *Deus esi,* apprehensis terminis, non statim videtur connexio prædicati cum subjecto, si quidem multi de existentia Dei errant, vel dubitant. Ergo non est propositio per se nota quoad nos. Liquebit, ex confutatione singularum sententiarum.

III. De argumento S. Anselmi. — Potest sic contrahi : Deus est id quo melius et perfectius cogitari nequit. Sed ens hujusmodi necessario existit, secus aliquid majus conciperetur, scilicet ens realiter cxistens. Ergo existentia Dei vi sui conceptus probatur, nec alia indiget demonstratione 1.

Besp. : Transeat major, licet forte non omnes hoc modo intelligant Deum. Dist. min. : Ens quo melius et perfectius cogitari nequit existit necessario in *apprehensione intellectus,* concedo ; *in rerum natura,* id est praecise probandum. Dist. etiam conclus. Ergo *idealis* existentia Dei vi sui conceptus probatur, concedo ; existentia *realis,* negatur. — Existentia est de conceptu quidem essentiali Dei ; quare, si detur Deus, essentialiter existit ; at probandum est de facto dari ens hujusmodi quo perfectius cogitari nequit 2.

IλΓ. Ceteræ formæ excluduntur. — Ideam Dei non

1. Dicitur demonstratio *a simultanée,* at non est demonstratio proprie dicta, in qua conclusio deducitur ex aliquo *prius* noto. Quapropter sententia S. Anselmi recte reducitur ad theoriam quæ dicit existentiam Dei demonstratione proprie dicta non indigere.

2. Consulantur Comment, in 1. P., sive veteres, sive recentiores. Taparelli, Buonpensiere, Billot, Janssens, Lépicier, Van der Meersch, Pégues ; insuper P. Hurtaud, O. P., *L'argument de saint Anselme,* in *Revue Thomiste,* juillet 1895, p. 326 ss.

esse innatam constat expsychologia,ubi probatur conceptus nostros etiam de rebus divinis efformari ex sensibilibus per virtutem abstractivam intellectus agentis. Insuper, conceptus Dei etiam ut *infiniti* est *posiiivo-negalivus,* et rrtue concluditur ideam illam non esse innatam, sed potius, acquiri ex finito, cujus intellectus noster entitatem retinet et negationem tollit[1].

Ontologismus confutatur in philosophia[2] et damnatus fuit a S. Sede, decreto S. Officii, 18 sept. 1861[3]. De hoc iterum, q. XII. Experientia demum et sensus religiosus sunt ordinis mere subjectivi et vi sui remanent semper deceptioni obnoxii, nisi intellectu regantur[4]. Unde nihil de Deo possunt ostendere nisi sub ductu rationis et addito ratiocinio. Restat igitur ut existentia Dei a solo intellectu demonstretur.

Si quando SS. Patres et Doctores dicunt ideam Dei esse innatam, id intelligunt lato sensu, quatenus Dei cognitio rudis et inchoata sponte exsurgat in homine ex cognitione hujus mundi adpsectabilis, ita videlicet ut omnes possint illam *facili ratiocinio* comparare[5].

V. Secunda conclusio : Existentia Dei naturali rationis lumine per ea quæ facta sunt certo cognosci atque adeo demonstrari etiam potest.

Concilium Vaticanum habet : « Eadem sancta mater Ecclesia tenet et docet Deum rerum omnium principium et finem naturali humanæ rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse[6]... Si quis dixerit Deum unum et verum, creatorem et Dominum nostrum, per ea quæ facta sunt, naturali rationis humanæ lumine certo cognosci non posse, A. S.[7]. »

Concilium adhibet verbum *cognosci,* non autem verbum

1. Cf. nostr. *Curs. Phil.,* t. V, p. 188-189.
2. T. IV, p. 51-58 ss.
3. Denzinger, 1659-1665.
4. Ita Pius X, Encyclic. *Pascendi,* 8 sept. 1907.
5. Notetur resp. S. Thomte, hic ad. 1.
6. *De Revelatione,* cap. n.— Cf. hac de re DD. Gasser, *Collectio Lacensis,* t. VII, p. 131.
7. *De revelat.,* can. 1.

demonstrari, ne damnarentur expresse quidam catholici ceterum de Ecclesia bene meriti[1]. At sensus substantialiter idem refertur ; nam *certo cognosci per ea quæ sunt facta,* est cognosci ex effectibus, ideoque per demonstrationem quæ certitudinem pariat.

Pius autem X, in formula jurisjurandi Motu Proprio *Sacrorum Antistitum* præscripta[2], utrumque simul exprimit : « *Certo cognosci,* adeoque *demonstrari etiam posse profiteor.* » *Profiteor* porro est vox propria quæ usu ecclesiastico designat actum fidei. Ceterum, immediate subjungit illa formula : « *Firma* pariter *fide credo.* » *Ergo* quæ prius indicantur fide *pariter* credantur oportet.

Non intendebat sane Pius X novam edere definitionem ; at voluit *explicite* declarare quod definitio vaticana *æquivalenter* asserebat : certo enim cognosci per ea quæ facta, sunt, est certo cognosci tamquam causam per effectus, quod est proprie demonstrari. Qua propter formula rectissime *consequentiam* indicando, addit : « *adeoque demonstrari etiam posse.* »

Imo, indicatur *modus* cognitionis, seu *medium* demonstrationis : « *per visibilia creationis opera, tamquam causam per effectus.* »

Profitendum est igitur rationem humanam esse physice saltem parem existentiæ Dei congnoscendæ ex effectibus, et *consequenter (adeoque)* demonstrandæ argumentis *a posteriori,* cum demonstratio hujusmodi non sit aliud quam cognitio causæ ex effectibus.

Quod itaque profitemur *directe* est Deum certo cognosci posse naturali rationis lumine per ea quæ facta sunt, et quod profitemur *indirecte* tanquam necessariam *sequelam (adeoque)* est posse etiam Dei existentiam per creaturas demonstrari tamquam causas per effectus.

Unde formula Pii X declarat quod vaticana implicite vel æquivalenter continebat. Sed notetur professionem fidei cadere proprie et directe super priora verba et indirecte, quasi ex obliquo, super ultima « *adeoque demonstrari etiam posse* ». Verbum *profiteor,* quod, ut animadverti-

1. Cf. Einig, De *Deo,* Treviris, 1897, p. 5.
2. Die 1a sept. 1910, .lci« *Apostolicæ Sedis,* an. 1910, p. 669 ss.

mus, actum fidei externum significat, refertur et ad *certo cognosci* et ad *demonstrari,* licet ordine quodam[1].

Quod porro de Deo valet demonstrare ratio non est quid confusum aut vagum, sed existentia *unius et veri* Dei, ac proinde rationi sanæ adversatur polytheismus ; imo existentia Dei *creatoris et domini,* non quod ratio sola de facto adinvcnerit genuinum creationis *ex nihilo* conceptum [2], sed quod possit saltem probare mundum esse a Deo productum secundum omnia quæ sunt in ipso, non vero ex aliqua materia Deo coæterna : quo circa l heoria de materia improducta etiam rationem offendit.

Nec deerant documenta ecclesiastica quæ hoc dogma jam aperte assererent.

Sacra Indicis Congregatio D. Bautain[3] subscribendas imposuit propositiones, quas inter una est proprie de *demonslrabililale* Dei : « *Ratiocinatio* Dei existentiam, animæ spiritualitatem, hominis libertatem cum certitudine probare potest. » — Notetur hic dici « *ratiocinatio* »[4] id est actus rationis qui discursum et demonstrationem importat. Pariter damnati sunt a Gregorio XVI errores Hermesii circa argumenta queis existentia Dei adstrui et confirmari consuevit[5].

VI. Documentis ecclesiasticis repugnant tum agnosticismus tum traditionalismus absolutus. — Imprimis documenta illa excludunt theoriam omnem quæ tenet Deum esse absolute nobis ignotum et vim demonstrativam denegat argumentis a *posteriori,* scilicet ex effectibus ad causam. Unde damnati sunt : 1° *Agnosticismus* (vox est inducta ab Huxley, circa an. 1869), qui contendit Deum scientiæ

1. Scribit etiam P. Schultes, O. P.:« Utraque pars definitionis, ut saltem in definitione Vaticana patet, tamquam doctrina revelata definitur, prima pars simpliciter, altera pars, quantum quidem ad modum c gnitionis n stræ, ut sequela proponitur, quantum vero ad doctrinam assertam similiter tamquam doctrina revelata. » *Introd. in histor. dogm.,* p. 192.
2. Cf. nostr. *Curs. Philos. Thomtsi.,* t. IP p. 52, 52.
3. Cf. Bellamy, art. *Bautain in Diction, thiol, cathol.*
4. Decret S. C. Indicis. 11 (15) Junii 1855; Denzinger, 1650.
5. Denzinger, 1620.

objectum directe nullatenus esse posse[1]; 2° *Irnmanenlismus,* qua parte vult Deum intima tantum experientia attingi, non autem externis argumentis perfecte demonstrari ; 3° Positivismus et systemata ex illo derivata, quæ volunt intellectum nostrum intra ordinem sensibilem concludi nec posse ad Deum spiritualem se porrigere ; 4° *Kantismus,* qua parte asserit rationem humanam ad mera phænomena restringi, insolubilibus antinomiis subjici respectu Dei, vel argumenta ex effectibus esse inefficacia, aut valere solum argumentum morale, ex necessitate legis moralis desumptum.

Ecclesia quippe non recolit nisi argumenta a posteriori, *per ea quæ facta sunt* ; ergo illa *plene* sufficiunt. Unde illorum valorem inficiari est doctrinæ catholicæ adversari. Quia tamen illa documenta silent de aliis viis seu argumentis quibus demonstrari possit Dei existentia, non intendunt reprobare innatismum cartesianum nec, a fortiori, theoriam S. Anselmi[2]. Nec etiam Kantismum qua parte vult argumento morali inesse vim probandi.

5° Traditionalismus absolutus expresse damnatur. Multiplex porro fuit in traditionalismo gradus.

1° Traditionalist® absoluti, qui dicti sunt *fideislæ,* tenent Deum nec demonstrari nec cognosci posse viribus humanæ rationis, quæ est prorsus imbecillis, sed solum adminiculo revelationis. Ita rigidiores fideistæ, cum Huetio. His aliquatenus accedunt de Donald et Lamennais. Juxta de Bolnald homo nullam potest sibi parere cognitionem rationalem nisi ea præsupposita quam a suo Creatore accepit cum loquela[3]. Lamennais statuit omnem cognitionem divinam et moralem a primitiva revelatione provenire, critérium autem revelationis esse humani generis consensum[4]. 2° Alii dicunt veritates ordinis physici et sensibilis posse a sola ratione inveniri, non autem veritates

1. Encyclic *Pascendi,* Denzinger, 2072. — Cf. G. Michelet, *Dieu et l'Agnosticisme contemporain,* Paris, Gabalda, 1909 ; Garrigou-Lagrange, op. cit. ; Chossat, art. *Agnosticisme,* in *Diction. Apolog. ;* Tabarelli, op. cit., p. 31 ss.

2. Cf. P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* I. P.

3. De Bonald, *Recherches philosophiques sur les premiers objets des connaissances morales,* Paris, 1818.

4. Lamennais, *Essai sur l'indifférence en matière de religion.*

morales et divinas, nisi postquam fuerit homo fide humana educatus, quæ est critérium supremum certitudinis saltem mediatæ. Ita P. Ventura, Bonnetty, etc.[1]. Traditionalismus Lovaniensis, duce Ubaghs, docet posse Deum e rebus creatis cognosci, non a quovis homine, sed ab illo solum qui ad plenam rationis evolutionem pervenit ; ad illum vero perfectum rationis usum requiri institutionem alterius et, in ultima analysi, revelationem[2].

Prima forma est certe hæretica ; altera forma est saltem hæresi proxima et videtur etiam damnata ex concilii definitione : *naturali rationis lumine, per ea quæ facta sunt,* certo *cognosci posse.* Tertia forma non est hæresis, sed error, quem multa confutant argumenta.

Triplex illa forma excluditur Scriptura et ratione.

VII. Argumenta scripturistica. — Celeberrimus est textus quo auctor libri *Sapientiæ* homines carpit eo quod ex creaturis Deum non agnoverint : « Vani autem sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei ; et de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus intendentes agnoverunt quis esset artifex... A magnitudine enim speciei et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri... Nec illis debet ignosci[3] ». — Tria hic affirmantur : 1° *Factum* cognoscibilitatis : Deus est tanta evidentia cognoscibilis, ut illis qui Deum ignorant non debeat ignosci. 2° *Modus, cognoscibiliter,* ἀναλόγω , id est non immediate et intuitive, sed in speculo creaturarum, *a magnitudine speciei.* 3° *Objectum,* nempe Deus ut creator, seu mundi *artifex.*

Majoris adhuc est efficaciæ testimonium S. Pauli, quod allegatur a concilio Vaticano et a Pio X in formula Jurisjurandi. « Quod notum est Dei manifestum est in illis· Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur : sempiterna quoque ejus virtus et divinitas ;

1. Cf. Dublanchy, art. *Bonnetty,* in *Diction, theol. caihol.*
2. Cf. Ubaghs, *Revue de Louvain,* 1860, avril ; *Annales de Philosophie chrétienne,* série V, t. X.
3. *Sap.,* xiii, 1, 5, 8.

ita ut sint inexcusabiles[1]. » Quatuor hic etiam indicantur : 1° *cognoscibilitas* Dei, ita *manifesta,* ut sint inexcusabiles qui Deum ignorant ; 2° *modus,* per medium creaturarum, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt ; 3° *objectum* nempe Deus verus, creator (v. 25), et attributa divina, quæ ex creatione innotescunt, ut omnipotentia, æternitas, etc. ; *sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* ; 4° *principium* hujus cognitionis, scilicet lumen naturale rationis : « quod notum est Dei *manifestum* est in illis », scilicet vi rationis. Quod infra expressius recolit : « Testimonium illis reddente *conscientia* ipsorum » seu lumine quod naturaliter ipsis inest.

VIII. Testimonia patristica. — Docent generatim Patres cognitionem Dei esse nobis naturalem, non quod sit proprie indita seu innata, sed quatenus facillime comparetur ex *aspectu* universi et a *primordio rerum,* ut scribit Tertullianus : « Siquidem a primordio rerum conditor earum cum ipsis pariter compertus est ipsis ad hoc probatis ut Deus cognosceretur. » Unde concludit Tertullianus : « Animæ a primordio conscientia Dei dos est[2]. » Clemens autem Alexandrinus ex aspectu effe torum, seu per ea quæ facta sunt, arguit : « Cum sit manifesta divina providentia *ex aspectu omnium,* quæ videntur, effectorum[3]. » S. Chrysostomus inculcat medium cognitionis divinæ, scilicet speculum creaturarum, ita esse manifestum, ut etiam idiotæ possint Deum agnoscere : « Creatum orbem in medio posuit : ita ut sapiens, idiota, Scytha, barbarus, *ex solo visu visibilium* pulchritudinem edoctus, ad Deum conscendere posset[4]. »

IX. Ratio theologica. — Habetur vera demonstratio a posteriori, quando ex effectu magis noto quoad nos

1. *Rom.,* i, 19-20. — Cf. P. Lagrange, *L'Epitre aux Romains;* F. Prat, *La théologie de saint Paul;* Cornély, Comment, in h. l.
2. Tertull., *Adv. Marc.,* i, 10; P. L:, n, 257.
3. Clem. Alexandr. *Strom., v,* 14., 260; P. G., ix, 15.
4. S. Chrysost., *Homil. III in épist. Rom.,* n. 2; P. G., lx, 412. — De Doctrina Patrum in præsenti materia, cf. Franzelin, *Thés.,* iv ; Tabarelli, *De Deo Uno,* p. 24 ss. ; Van der Meersch, n. 48 ; Le Bachelet, art. *Dieu,* in *Diction. Theol. cathol.*

probatur existentia causæ, vel aliis verbis, demonstratio est certa et infallibilis quando nititur *connexione* illa *necessaria* quæ viget inter effectum magis notum et causam. Atqui viget ac liquet illa connexio necessaria inter creaturas et Deum ; nam creaturæ utpote sensibiles sunt magis notæ quoad nos, et nobis innotescunt ut effectus contingentes qui necessario postulant causam. Ergo vera et infallibilis est demonstratio a posteriori qua Dei existentia probatur. Constabit ex quinque viis mox exponendis.

X. Hinc solvitur quæstio utrum dari possit homo qui plenum rationis usum adeptus Deum penitus ignoret vera ignorantia invincibili.

Dicuntur athei *negativi* qui Deum simpliciter ignorent, et athei *positivi* qui Deum cognoscentes rationibus sibi convincant conceptum Dei non esse quid objectivum nec reapse existere ens primum a tota natura distinctum et a quo tota natura dependeat. Agitur de ignorantia invincibili ; nam dari ignorantiam culpabilem tristissime probat polytheismi historia. Sermo est etiam de ignorantia totali, quia duplex esse potest Dei cognitio : alia distincta sub conceptu Auctoris omnium et Domini, cum cæteris attributis quæ Enti primo conveniunt; alia imperfecta sub conceptu confuso Entis cujusdam *creaturis superioris,* quod earum cultum mereatur, licet aliunde contingat etiam error circa ejus attributa, v. g. simplicitatem, spiritualitatem, etc.

XI. Impossibile videtur dari hujusmodi totalem Dei ignorantiam quæ sit absque culpa. — Est corollarium praecedentium : si enim Scriptura vanos, insanosque vel inexcusabiles pronuntiat omnes qui Deum ignorant, si ratio facillime demonstrat Dei existentiam, concedi nequit hominem rationis plene compotem ignorare Deum invincibiliter.

Pertinet ad suavem Dei providentiam ut nemo necessariis destituatur auxiliis ad finem consequendum. Porro nihil magis est homini necessarium quam Dei cognitio, ut ad finem suum tendat et perveniat.

Ergo nullus homo destituitur mediis et auxiliis ad Deum

cognoscendum, ac subinde nemo potest inculpabiliter Deum ignorare penitus[1].

Demum, omnis homo plenum rationis usum adeptus tenetur legem moralem servare, et, consequenter, si legem violat, peccat contra conscientiam. Porro non datur peccatum contra conscientiam quin sit etiam peccatum contra Deum, sicut nec datur peccatum philosophicum.- Unde, cum non possit homo peccare contra Deum nisi Deum aliquatenus agnoscat, possibile non est ut homo plenum rationis usum adeptus non cognoscat aliqualiter Deum esse. Constat minor ex damnat, prop, ab Alex. VIII, 24 aug. 1690 : « Peccatum philosophicum seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali et rectæ rationi ; theologicum vero et mortale est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum, quantumvis grave, in ilio qui Deum vel ignorat vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei neque peccatum morale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum[2]. »

XII. Nec etiam est possibile ut adsint homines qui Deum non esse vere convincantur.

Dari homines qui de existentia Dei, sicut et de animae immortalitate, vere et positive dubitent propter praejudicia et fallacem philosophiam, seu falsa systemata, quibus adhærent, non est inficiandum, at illos esse sibi persuasos et absque ulla errandi formidine non est concedendum ; nam argumenta quibus Dei existentia probatur sunt ita obvia, cogentia, ut nemo illorum vim effugere possit, nisi contra evidentiam insurgendo. Quocirca nemo, qui sanæ et noi malis mentis existit, potest vere et intime persuasus esse Deum non existere ; sed potius sunt recolenda verba Tertulliani : « *Animae a primordio conscientia Dei dos est*[3]. »

XIII. Nec admittenda est bona fides eorum qui vel in-

1. Cf. Hugon, *Hors de l'Eglise point de salui,* I P., ch. ιv : « Le Salut des Païens ».
2. Denzinger, 1290.
3. Tertule., *Ado. Marc.,* iJiO ; P. L., n, 257.

quisitionem de existentia Dei a priori recusant vel existentiam Dei verbis aut scriptis impugnant. — Illi enim deberent Dei existentiam admittere saltem ut hypothesim quam multi homines sequuntur quaque ordo universi recte explicatur et sanctio mirum statuitur. Cum autem hic agatur de prima regula totius vitæ human®, non possunt ab ulteriori inquisitione prudenter abstinere ; unde, si negligunt inquirere, contra prudentiam peccant, et idcirco inexcusabilis est illa ncgligentia, sicut et ipsa ignorantia. De istis autem sufficiat animadvertere : « Quum non concedendum sit illos posse plene persuasos esse de nonexistentia Dei, relinquitur ut tantum dubitatio admittatur in ipsis : si autem sincere dubii hærent, non unam partem, præ altera opposita, defendent ; si nulli perversae cedunt voluntati, non operabuntur ad destruendam in hominibus persuasionem de existentia, quippe quæ sit fundamentum omnis moralitatis et religionis proprie dictæ, eo vel magis quod nequeunt non cognoscere scelera ac omnis generis mala eo plura et graviora fieri quo inter homines persuasio et professio de Dei existentia debilior fitl. »

I. Van der Meersch, op. cit., p. 110.— Cf. hac de re : I.. Janssens, *De Deo,* I, p. 99 s. ; P. de Munnynck, *Prælectiones de Deo;* Moisant, art. *Athéisme* in *Diction. Apolog.*— Nec concedi potest plerosque homines revelati ne deslitutos esse adultos tantum *ælale,* non autem *ratione.* — Noti inficiamur *aliquos* homines in tali conditione versari, at, si *plerique* vel *multi* non fierent, adulti rati; ne nisi ope revelationis, sequeretur plerosque vel multos homines esse *anormales,* ut aiunt, in ordine intellectuali, et Deum insufflcienter providisse de mediis necessariis etiam naturalibus.

ARTICULUS SECUNDUS

DE ARGUMENTIS QUÆ EXISTENTIAM DEI DEMOSTRANI

AD ART. 3 S. THOMÆ

I. De quinque viis S. Thomæ. —Argumenta quæ seligit Angelicus ad demonstrandam Dei existentiam sunt universalissima et valent pro cum tis entibus quæ in mundo inveniuntur, a minimo usque ad maximum, inorganicis, plantis, animalibus, hominibus, angdis.

Primum desumitur ex *motu,* seu *passivitate* creaturarum ; alterum ex *activitate* creaturarum ; tertium ex ipsa *essentia* creaturarum, quæ ut sic sunt *contingentes,* seu possibiles esse et non esse ; quartum ex *gradibus perfectionis,quos* in mundo deprehendimus ; quintum ex *gubernatione* rerum, seu *ex ordine* universi. Licet se mutuo compleant, singula tamen sibi sufficiunt si plene intelligantur ; suntque singula *a posteriori,* ex iis nempe quæ in mundo deprehendimus.

Quia illæ viæ sunt jam celeberrimæ, et communiter exponuntur sive in libris philosophicis, sive apud commentatores D. Thomæ, a fusiori expositione abstinemus, sufficiatque illorum vim breviter ostendere et vindicare.

II. Prima via[1]. — Exorditur ex aliquo manifestissimo, scilicet *motu,* de quo nemo dubitat. Potest sic proponi :

1. De quinque illis viis, sed præsertim de prima et quarta, consuli possunl :S. Augustin.,De *Civ.Dei,* lib. VIII, c. vi et i.xxxiii, *Quæsl.,* q. 45 : Dionys., De *divin. Nomin.,* c. iv-xm ; S. Thom., comm, in h. l. Dionys, *Cont. Gent.,* l. I, c. xm, xvi, xliv, l. III, c. xliv, De *Verit.,* q. 5, a. 2, de *Potent,* a. 3, q. 5, *Physic.,* l. XII, led. 2, l. VIII, led. 9. *Metaphys.,* l. XII, led. 5 ss ; Comment. in I. P., Cajetan, Bannez, Joan a S. Thom., Sylvius, Gonet, Billuart, Buonpensiere, Tabarelli, Janssens, Billot, Pègues, Lépicier , Kleutgen, *La Philos. Scot.,* t. IV, De *la Création;* P. de Jaegher, *Institut. Philos.,* n. 262 ss. ; P. de Munnynck, O. P., *Prselecliones de Oei existentia,* Lovanii, 1904 ; Farges,

Dari motum in rebus sensu et experientia constat. Atqui hujus motus primum principium non potest esse nisi primus movens ipse immotus. Ergo datur aliquis primus movens immotus, ac subinde ens a se et auctor aliorum, quem dicimus Deum[1].

Declar. maj. Per motum hic intclligitur non tantum motus localis, sed omnis mutatio, seu omnis *transitus* de potentia ad actum. Manifestum porro est et nos et alia in mundo innumera mutationibus subjici : alia secundum *substantiam,* quæ videmus generari et corrumpi ; alia secundum *quantitatem,* in quibus fit augmentum vel decrementum ; alia secundum *qualitatem,* in quibus contingit alteratio ; alia secundum *locum ;* alia saltem secundum *operationem,* quæ incipit vel desinit. Probatur minor. Omne quod movetur ab alio movetur. Atqui in moventibus per se ordinatis non est procedendum in infinitum, sed deveniendum ad aliquod primum moventem non motum. Ergo primum principium motus debet esse primus motor immobilis.

III. Explicatur effatum : omne quod movetur ab alio movetur. — Sensus axiomatis est : Nihil a se movetur tamquam a primo et per se motore et primo per se moto. Nihil quippe movetur nisi secundum quod est in potentia ad illud ad quod movetur, nihilque movet nisi secundum quod est in actu ; si quidem movere est educere aliquid de potentia in actum, sicut moveri est educi, nullatenus autem potest educi aliquid de potentia in actum nisi ab aliquo in actu. Atqui impossibile est ut idem secundum idem sit simul in potentia et in actu, cum actus et potentia

L'Idée de Dieu; P. Garrigou-Lagrange, O. P., *Dieu,* I P.; Sertillanges, *Les sources de la croyance en Dieu ;* Hontheim, S. J., *Institutiones Theodiceæ;* Van der Meersch, n. 58 ss.

1. Quod argumentum jam Patres Apologetæ inculcant. Sic, Aristides scribit. : « Mundum eaque omnia quæ in ipso sunt *mooeri conspiciens eum a quo movetur* et *conservatur Deum esse intellexi.* Etenim quidquid movet eo quod movetur fortius est, et quod conservat fortius est eo quod conservatur. Quocirca ipsum Deum esse dico qui omnia constituit, atque conservat. » *Apologia,* n. 1.

sint ad invicem unum et aliud. Ergo impossibile est ut motum sit simul movens, ac propterea oportet ut motum ab alio moveatur.

Aliis verbis, quod movetur, cum transeat de potentia ad actum, caret perfectione ad quam tendit, atque idcirco indiget aliquo quod perfectionem largiatur. At istud rursus non potest perfectionem communicare nisi habeat actu. Ergo quod movet, seu quod dat actum, est in actu, ac subinde est distinctum ab eo quod movetur, seu ab eo quod est in potentia. Unde axioma innotescit ex reali distinctione inter potentiam et actum.

Inductione et exemplis etiam declaratur : inorganica non moventur nisi ab alio, nempe vel a generante vel a removente prohibens ; in rebus autem organicis non est idem movens et motum, sed istæ res se movent mediantibus partibus, quarum alia est movens, alia mota : sic movetur unum organum a corde vel cerebro, et cor ipsum vel cerebrum accipiunt motum a generante. Cognoscentia et volentia moventur quoad specificationem ab objectis, et quoad exercitium moventur ab aliquo applicante ad actum. Unde universaliter verum est omne quod movetur ab alio moveri.

IV. Confirmatur ex lege inertiae. — Est principium in scientia hodierna receptum *ens in quiete non sibi dare moiuni.* Inde pendet tota scientia mechanica : quomodo enim valerent computationes mathematicae circa tractionem navium currumque ferreorum, etc., si nutaret inertiæ principium ? Si ergo ens in quiete non possit dare sibi motum, oportet ut, quando movetur, ab alio moveatur[1].

V. Explicatur aliud principium : In moventibus per se ordinatis non potest fieri processus in infinitum. — Duplex distinguitur motorum series : alia per se subordinatorum, alia per accidens subordinatorum ; per se quidem subordinatorum, quando unum movens actu pendet ab

1. Ad majorem elucidalionem, cf. Farces, *L'Idée de Dieu,* I. P., 1er arg.

alio motore *in sua actione,* ita quidem ut influxus quem habet, ab alio derivetur, sicut martellus in agendo pendet ab artifice ; per accidens autem subordinatorum, quando unum movens ab alio pendet *quoad esse,* non quoad operari seu influxum actualem, sicut filius per accidens a patre dependet.

In moventibus per se ordinatis prorsus repugnat processus in infinitum : cum enim ultimus movens non agat nisi ab alio motum, si daretur processus in infinitum nunquam inveniretur primus motor, et idcirco nec daretur motus, cum infinitum sit impertransibile. In moventibus per accidens ordinatis, etsi forte processus in infinitum non repugnet absolute[1], implicat tamen *hypothetice,* nimirum, si extra seriem non detur primum movens, qui totam seriem sustentet et sit prima causa motus. Nam, sicut quilibet motor non est causa primaria, sed secundaria motus, ita tota series nequit esse causa prima, quemadmodum series annulorum non sustentatorum nequit esse causa sustentans. Quapropter, nisi esset extra seriem aliqua causa prima totam seriem sustentans et idcirco primum principium totius motus, nullus unquam fieret motus[2].

Igitur deveniendum est ad aliquem motorem primum qui ipse non movetur. At, si non movetur, est actus tantum, actusve purus, ensque perfectissimum, quod nominamus Deum[3].

VI. Secunda via. — Desumitur ex *activitate* creaturarum et nititur etiam experientia, tum externa tum interna, qua comperimus esse in mundo causas ab aliis dependentes. Potest sic evolvi : Videmus in inundo causas efficientes, quarum nulla est sui causa — secus esset prius seipsa — sed ita ordinatas ut una ab alia dependeat, vel in esse, sicut

1. Cf. S. Thom., I. P., q. 46, a. 2, ad 7.

2. De objectionibus recentiorum cf. P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* p. 248 ss. ; Van der Meersch, n. 61 ss.

3. Principium illud poetice et pulcherrime expressit Boetius :

« O qui perpetua mundum ratione gubernas,
« Terrarum ccelique sator, qui tempus ab ævo.
« Ire jubes, stabilisque manens das cuncta moveri ».

De Consol. Philos., lib. III, met. ix ; P. L., lxiii, 758.

filius a patre, vel in operari, sicut martellus a manu. Atqui impossibile est omnes causas efficientes ab aliis dependere in esse et in operari. Ergo dari debet causa prima prorsus indcpendens, ac subinde perfectissima, quam dicimus Deum. Major, ut diximus, experientia innotescit. Prob. min. Impossibile est 1° omnes causas efficientes pendere ab aliis quoad esse, quia, sicut ultima pendet a media, ita media pendet a praecedenti, et ita porro. Quocirca, si prima non datur, nec media, nec ultima. — Impossibile est 2° omnes causas efficientes pendere ab aliis quoad operari, eadem ratione : sicut enim causa proxima in suo operari pendet a media, ita media a prima : unde, si causa prima non daretur, nec fieret operatio.

Quia igitur fit operatio, datur causa prima quæ non dependet ab alia nec in esse — quæ idcirco est improducta — nec in operari — quæ idcirco est sibi sufficientissima ad operandum.

Unde, sicut prima via ex subordinatione motorum demonstrat esse primum motorem immobilem, ita secunda via ex subordinatione causarum demonstrat esse primam causam improductam et sibi plene sufficientem. Causa autem prima hujus modi, sicut et primus motor immobilis, non potest esse nisi Deus.

In his ergo omnibus argumentis semper implicatur principium causalitatis (quod est judicium analyticum et infallibile[1]).

VII. Tertia via. — Ex notione *contingentis* assurgit ad ens *necessarium,* et experientia quoque nititur, qua videmus aliqua entia incipere per generationem vel desinere per corruptionem.

Sic ergo fit argumentum : Invenimus in rebus entia quæ sunt possibilia esse vel non esse, seu contingentia, quæ non habent in se rationem suæ existentiæ, sed *generationi* et *corruptioni* sunt obnoxia. Atqui impossibile est omnia esse contingentia. Ergo dari debet aliquod ens non contingens, sed simpliciter necessarium, quod omnes dicunt

1. De principio causalitatis, cf. quæ diximus in *Curs. Philos. Thornist.,* t. VI, p. 116 ss.

Deum. Major experientia constat, cum *externa* qua deprehendimus in mundo alia generari et incipere, alia corrumpi et desinere ; tum *interna,* qua comperimus multa in nobis incipere et desinere phaenomena.

Prob. min. : quod possibile est esse vel non esse, seu contingens, quandoque non est; ac proinde, si omnia sunt contingentia, aliquando nihil fuit in rebus. Verum, si aliquando nihil fuit in rebus, nec etiam nunc aliquid esset. Ergo, quia nunc aliquid est, impossibile est omnia esse contingentia. Declaratur minor subsumpta. Quod non est incipere tantum potest per aliquid quod jam est. At, si nihil fuit in rebus, non fuit aliquid quod aliis praestaret ut inciperent. Ergo etiam nunc nihil esset in rebus.

Deveniendum ergo est tandim ad aliquod ens necessarium, quod rationem suæ existentiæ habeat non ab alio — secus esset processus in infinitum, quem jam probavimus impossibilem, — sed a seipso.

Brevius. Ens contingens, cum non sit vi sui, indiget alio quod influat ipsi esse. Sed quod praestat esse alteri est prius eo cui dat esse. Ergo admittendum est ens quoddam prius omnibus contingentibus, et idcirco absolute necessarium, quod est Deus.

VIII. Solvitur objectio. — Jam veteres materialistae objiciebant, quod recentiores reponunt : quamvis quodlibet ens sit contingens, tota series simul sumpta efficit infinitum et est necessaria.

Besp. : Cum membrum quodlibet seriei sit contingens, tota series non est aliud nisi contingentium collectio. At contingens additum contingenti efficit contingens, sicut finitum additum finito remanet finitum. Ergo tota series erit contingens. Et revera, effectus major esse nequit causa. Atqui tota series est effectus contingentium. Ergo tota series dici nequit necessaria, nisi ponatur effectus causa præstantior*.

IX. Quarta via. — Est etiam argumentum a poste-

I. De notione entis necessarii et contingentis, cf. *Cars. Philos. Thomisl.,* t. V, p. 174 ss.

riori, per ea quæ facta sunt, et experientia nititur, quatenus experimur, *inoenimusque* esse in rebus gradus perfectionum, ex quibus assurgimus ad aliquod maxime tale. Unde multum discrepat ab argumento Anselmiano, quod est a priori et in ordine ideali consistit ; differt etiam a præcedentibus viis, quia non considerat solum motum et operationem, vel generationem et corruptionem, sed aliquid profundius et *permanens,* quod ad *ordinem, essendi* pertinet, scilicet perfectionis gradus.

Sic proponi potest : Experientia constat dari in rebus aliquid magis et minus verum, magis et minus bonum, magis et minus ens, etc. Atqui ubi est *magis* et *minus lale,* debet esse aliquid *maxime late,* scilicet maxime ens, maxime verum, maxime bonum, quin magis et minus dicuntur per ordinem ad aliquod maxime tale. Ergo existit aliquod maxime ens, maxime verum, maxime bonum. Sed quod est maxime tale in aliquo genere est causa omnium quæ sunt in illo genere. Ergo existit aliquod maxime ens, maxime verum, maxime bonum, maxime intelligens, maxime sapiens, quod est causa omnium entium, verorum, bonorum, intelligentium, sapientium, etc. Porro causa omnis veri, boni, etc., colligit et continet in se omnem perfectionem estque plenitudo essendi, seu Deus. Unde argumentum ex gradibus concludit esse summum, ex multiplicitate concludit esse unum, ac propterea dicitur argumentum *henologicum* (ει ενό , *unus).*

Id solum quod explicatione indiget est effatum de *maxime tali.*

X. Explicatur axioma : quod est maxime tale in aliquo genere est causa cæterorum quæ sunt in illo genere. — Sufficiat excribere quæ alibi tradimus[1]. Principium intelligitur de aliquo perfectionis genere in quo dantur gradus, unde absonum esset dicere : quod est maxime homo est causa cæterorum hominum ; natura quippe humana gradus non suscipit. Insuper hic sermo est de genere perfectionum quæ nullam in suo conceptu imperfectionem involvunt et in quibus concipi potest aliquid per se sub-

1. *Curs. Philos. Thomisl.,* Vi, p. 146.

sistens ; non vero de perfectionibus mixtis, in quibus inveniri nequit aliquid per se : sic non datur planta per se, ignis per se, albedo per se. Sensus itaque est : quod est maxime subsistens est causa omnium quæ subsistunt ; quod est maxime vivens est causa omnium viventium ; quod est maxime intelligens est causa omnium intelligentium ; quod est maxime sapiens, maxime bonum, etc., est causa omnium sapientium, bonorum, etc.

Effatum sic intellectum haud ægre ostenditur[1]. In genere perfectionis quæ admittit gradus, quæcumque non habent summum perfectionis, sed aliquid minoratum, perfectionem non habent vi naturæ suæ. Quod enim convenit ex natura non potest esse minoratum et deficiens ; ‹•l, cum natura non suscipiat magis et minus, ea quæ eunt a natura non sunt minus in uno, magis in aliis. Ergo habere debent illam perfectionem ab alio tamquam causa. Porro ista causa, in ultima analysi, aliud esse nequit nisi id quod perfectionem habet *natura sua,* nempe id cui perfectio absque minoratione plenissime et maxime convenit, quod i laque est maxime tale. Ergo maxime tale est causa cæterorum[2].

XI. Quinta via. — Complet praecedentem, quæ jam ostendit esse in rebus multiplicitatem *ordinatam.* Unde ex ordine mundi assurgimus ad primum ordinatorem, primumve intelligent,em et sapientem, quem dicimus Deum. \rgumentum est semper a po teriori, ex iis quæ *videmus* ; dicitur *cosmologicum,* quia ex miro mundi ordine depromitur.

Duplex autem in mundo deprehenditur ordo, nimirum inclinatio et proclivitas uniuscujusque rei in proprium finem, et mirabilis consensus omnium rerum collective sumptarum in unum finem conspirantium. Licet S. Do,-loi· primum ordinem præcipue attendat, argumentum lainen ex utroque ordine procedit, nam uterque evincit existere causam primam summe intelligentem et perfectam. Qua. propter ex utroque ordine arguimus.

1. Ex ipso Aquinate, II *Coni. Geni.,* c. xv.

2. Cf. auctores supra citat., et speciatim P. Kleutgen, in hoc a -g. : et P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* p. 277 ss.

XII. Ex ordine cujuslibet rei ad proprium finem. — Experientia teste comperimus plura quæ cognitione carent in suum finem non casu aut fortuito, sed ordine quodam infallibili tendere ac se ciere. Atqui non possunt entia cognitione carentia in finem tendere nisi sint mota a cognoscente et intelligente. Ergo datur aliquis cognoscens et intelligens qui omnia in finem moveat et idcirco sit super omnia, super totam naturam, et hunc dicimusDeum. Declaratur major inductione. In rebus naturalibus inorganicis deprehendimus vim quamdam tendendi internam quæ rem in unitate conservat, simulque proprietates constantes ac permanentes, eumdemque typum specificum, qui est præsertim in crystallis conspicuus ; nam si crystallus angulos habeat casu læsos, statim mirabiliterque reparat. In vegetalibus perfectior viget proclivitas, quæ omnia ad conservationem, evolutionem et bonum totius plantæ ordinat, et dirigit, plantamque in unitatem adigit, non obstante materiæ varietate et fluxu. In animalibus constructio elucet mire compacta in qua unum organum alteri inseritur et omnia simul ad finem optimum, sive individui sive et speciei conservationem concurrunt[1]. In homine perfectissimus concinit ordo, juxta fixas constantesque leges, quas invicte ostendit sanguinis in totum corpus diffusio ; nam globuli sanguinis ita multiplicantur ut, si singuli post singulos ordine continuo reponerentur, pluries circulum orbis terræ conficerent, et omnes nihilo secius proprium munus ea ratione obeunt, ut sanguis debilior aut vegetior existât prout globuli rubei deficiunt aut abundant. Pariter systema nerveum dispositionem egregiam arguit, qua partes partibus inserviant et ad bonum totius se sibi invicem submittant.

Probatur minor. Quæ casu fiunt non possunt ea fixa lege et in eo specifico typo consistere, quem in mundo deprehendimus. Evincit calculus probabilitatum ordinatam litterarum dispositionem quæ vocabulum et phrasim efformet non posse a casu repeti. « Supposons que vous trouviez dix lettres formant le mot absolument. Ici

1. Legantur diversa opera quæ scripsit IL Fabre, de miris animalium moribus et operibus.

vous n'hésitez plus et vous affirmez sans crainte que l'auteur de cette juxtaposition savait lire et a voulu former le mot français que vous lisez... Le calcul montre qu'il y a 3.628.800 à parier contre 1 en faveur de votre conclusion... Il a suffi d'augmenter un peu le nombre de lettres qui forment le mot remarquable pour passer d'une probabilité ordinaire à une certitude pratique[1]. »

Quod certo certius est, quum agitur, non de una phrasi, sed de toto libro, aut de ingenti et exquisito poemate, ut *Iliade, Æneide, Divina Coininedia.* Ordo porro totius universi est illa litterarum dispositione implicatior; ac subinde non casui est adscribendus, sed causae primæ universum regenti et idcirco sapientissiino intellectu et efficacissima voluntate præditæ.

XIII. Ex ordine omnium rerum ad invicem et in unum finem conspirantium. — Alter in universo relucet ordo, quo res mundanæ sibi invicem consociantur, non obstante prope infinita earum varietate, et in unum communem finem se cient. Atqui nisi daretur ens primum, sapientissime intellectu et efficacissima voluntate prædituin, non esset causa hujus effectus. Ergo existit ens primum, sapientissime intellectu et efficacissima voluntate præditum, quem dicimus Deum. Constat minor ex dictis de casu ; nam, cum ordo sit apta dispositio mediorum in finem, non potest praestitui nisi ab eo qui novit finem et media per intellectum, et valet per voluntatem efficacem execution! mandare.

Declaratur major. Inter res mundanas duplex viget ac relucet ordo : *dynamicus* nempe, qui per causas efficientes præstituitur, et *leleogicus,* qui ex causis *finalibus* attenditur. Nexu quidem dynamico corpora se mutuo attrahunt, vimque suam alia in alia vicissim exercent pro molis et distantiae quantitate ; et similiter res externae in nostros sensus agunt, et nos in illas iterum agimus, sollertia scilicet ac industria nostra illas dirigendo et altius evehendo.

1. Dr Poisson, *Recherches sur la probabilité des jugements en matière criminelle et en matière civile,* apud. P. Carbonelle, *Les confins de la science,* t. II., ix.

Unde superiora et inferiora ita sunt censita et disposita, ut superiora cognoscant vel immutent et inferiora cognoscantur vel immutentur ; ex qua mutua actione vel passione resultat orbis harmonia. Nexu autem teleologico mineralia, ordinantur ad alenda vegetalia, ipsaque vegetalia animalibus inserviunt, et omnia simul ad hominis utilitatem conspirant.

Ex utroque porro ordine, dynamico et teleologico, conficitur generalis concentus, species et decor totius universi, pariturque illa eximia unitas, quæ potest unitati viventis compararari \ et in qua singulæ partes in coronam et bonum totius convergunt[1].

XIV. De quibusdam aliis viis. — Probatur Dei existentia, 1° ex *Iheophaniis* seu manifestationibus ad extra. Praeter theophaniam naturalem, de qua fuit hucusque sermo, *per ea quæ fada sunl,* aliæ se produnt maiiifestationes ordinis superioris, ut in veteri Testamento, quæ gubernatorem arguunt providentissimum, hominesque dirigentem in finem natura universali altiorem. Hæc enim omnia sunt facta conspicua, quæ auctorem supernaturalem testantur.

Præcipua theophania in Novo Testamento mirabiliter relucet in Christo Jesu, cujus existentia et miracula historice probantur, quique se veracem demonstravit, asseruitque ac signis probavit se esse filium Dei et verum Deum : quæ probatio, ut liquet, est ex factis, seu a posteriori.

2° *Ex lola Ecclesiae htsloria,* in qua constat fuisse prophetias eventu comprobatas, miracula historice certa, ut illa totius mundi conversio, celerrimaque Ecclesiæ propagatio et ejus mirabilis conservatio, etc.. In his omnibus deprehenditur media adhibita fuisse effectui producendo

1. S. Thom., 1. P. q. 65, a. 2.

2. De hoc arg. cf. Fénelon, *Traité de l'existence de Dieu ;* Moigno, *Les splendeurs de la foi ;* Saint-Ellier, *L'ordre du monde ;* Faroes, *L'idée de Dieu,* I. P., 5e arg. ; Sertillanges, *Les sources de la croyance en Dieu ;* P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* p. 314 ss. ; P. Janet, *Les causes finales* ; et auctores jam. cit.

imparia, et idcirco arguunt causam universa natura superiorem, seu Deum[1].

Est ergo processus ab *effectu* ad *causam,* a *contingenti* ad *necessarium.*

3° *Ex necessitate sanctionis in vita humana.* Requirit practice ordinatio vitæ humanæ principem ac supremum legis moralis vindicem, qui efficacem præstet omnibus sanctionem, et idcirco sit omnibus superior, atque omnipotens ; secus impossibile fit vitæ humanæ regimen. Hinc argumenta moralia quæ immortalitatem animæ nostræ demonstrant, sub alio respectu etiam evincunt existere Deum : quapropter duo illa dogmata, Dei videlicet existentia et animæ immortalitas, fuerunt a cunctis populis communiter admissa[2].

Valet autem probatio quatenus est a posteriori, ex illis factis in tota historia comprobatis, videlicet non posse vitam humanam practice regi nisi admisso Deo.

4° *Ex impetu (pio voluntas fertur in felicitatem.* Experientia teste et factis novimus voluntatem et cor hominis nunquam satiari in bonis quæ nos circumstant, et aliunde admitti nequit conatum adeo vehementem in perpetuum frustrari. Unde tandem concludendum erit existere summum bonum, cujus possessio appetitum nostrum plene satiet.

Animadvertatur iterum argumentum istud, sicut superius, eâtenus probare quatenus est a posteriori. Secus utrumque esset petitio principii et solum ostenderet existentiam Dei in ordine *ideali.* Verum considerari potest vita humana practice ordinata ut factum quoddam physicum et historicum, cujus ratio sufficiens non assignatur nisi admisso tandem Deo ; et pariter conatus ad felicitatem, prout ex historia humana colligitur, est factum physicum cujus ratio ultima ex sola Dei existentia repetitur.

Quocirca istæ quæ dicuntur aliæ viæ reduci debent, ut probare valeant ad aliquam ex quinque viis S. Thomæ.

1. Cf. P. Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* t. II.

Cf. Henri Higon, *Y a-t-il un Dieu ? Y a-t-il survie de l'âme après la mort* ? Paris, Téqui, 1912.

5° Valet demum argumentum ex *sensu communi,* sed eo jure et pacto quo explicatur in Logica[1].

XV. Concludendum est igitur existere Primum Moventem, Primumque Efficientem, ac Primum Necessarium, Primumque et maxime Ens, atque Primum Gubernatorem qui cuncta regat intellectu et voluntate, qui sit etiam Bonum omnis boni, ac Felicitas nostra suprema, scilicet Deus benedictus in sæcula.

1. Cf. nostr. *Logic.,* p. 250.

QUÆSTIO SECUNDA

De essentia Dei

AD Q. III S. THOM®

Dei essentiam seu quidditatem plene investigat S. Doctor, disserendo de simplicitate Dei et excludendo ab ipso omnem compositionem.

Quia jam quæstiones philosophicas quæ huc referuntur in nostro *Cursu Philosophise Thomisticæ* expendimus, satius erit respectum *dogmaticum* attendere, recolendo et præcipua capita doctrinæ catholicæ et scholasticorum sententias de constitutivo divinæ essentiæ.

ARTICULUS PRIMUS

PRÆCIPUA CAPITA DOCTRINÆ DE ESSENTIA DEI

I. Notio Dei et naturæ divinæ apud gentiles. — Licet invicte probetur monotheismum fuisse polytheismo priorem tempore, paulatim apud omnes gentes, præter Hebræos, diffusus est pessimus error de pluralitate deorum. Ethnici generatim naturæ vires, secundas aut adversas, coluerunt, et deos conceperunt ut numina homini superiora, in quibus viget sexuum differentia, quæ homini favent aut nocent, quæque non raro inter se pugnant. Singulis civitatibus præesse dicuntur dii particulares, et singulis diis conficta est historia propria.

Apud Romanos singulis vitæ humanæ eventibus adscribuntur dii qui pro varietate officiorum quæ obire censentur, varia sortiuntur nomina. Initio forte erant diversa divinitatis attributa, quæ paulatim ut numina distincta concepta sunt. Constituto imperio Romano et per orbem diffuso, resultat tandem quidam syncretismus, qui omnes religiones

in unam eandemque et omnes deos in unum confundere conatur. Adstruitur nempe una natura divina, quæ diversimode participatur: sub quadam forma deos immortales constituit, sub alia autem heroes, sub alia tandem viros insignes, qui post mortem erunt honore divino colendi.

Non sunt porro illi omnes dii nisi variæ manifestationes ejusdem virtutis universalis, seu mentis, quæ molem mundi agitat ac regit. Qui symretismus a monismo pantheistico reapse non differt.

Abs re esset errores illos longius referre, nam id munus ad historiam Religionum spectat1; sed satius erit exponere quomodo Libri Sacri et SS. Patres Deum concipiant.

II. Notio Dei et naturæ divinæ in S. Scriptura. — Vetus Testamentum diserte affirmat esse unum Deum, creatorem, qui omnia fecit, cælum et terram et omnia quæ in cis sunt ; omnipotentem, qui vult et omnia facta sunt, mandat et creata sunt ; omniscium, qui omnia prævidet et prænuntiare potest antequam fiant ; providentem, cui cura est de omnibus et qui sua providentia omnia gubernat ; sanctum, qui iniquitatem odio habet et qui peccatores, etiam potentes, potenter punit. Textus hic citandi innumeri essent, quos tædiosum esset singillatim referre. Librum *Concordanliarum* adeat lector ◊. *Deus.*

Christus Deum, non solum ut Creatorem et *Begem* exhibet de cujus regno sæpissime texit sermonem2, sed etiam ut *Patrem,* Patrem nempe suum, et discipulorum, et omnium hominum, qui bonitatem suam et in bonos et in malos effundit3.

S. Joannes in Apocalypsi Deum prædicat æternum, Alpha et Omega, principium et finem, omnipotentem Παντοκράτωρ, creatorem solo voluntatis imperio4.

I. De notione divinitatis apud varias gentes consuli possunt: P. Lagrange, *Les religions sémitiques;* P. Dhorme, *Conférences à l'Institut Catholique de Paris ;* G. Boissier, *La religion romaine;* Fustel de Coulanges, *La cité antique:* Cara de Vaux, *Conf.;* Vigouroux, *La Bible et lee découvertes modernes;* Mgr Leroy, *La Religion des Primitifs;* P. IIuby, *Christus.*

2. V. g., Matth., vi, 9-10: xm, 43; xxvi, 29.

3. Matth., xi, 17; v, 16, 45; vi, 1, 4, 6.

4. *Apoc.,* i, 8; iv, 8, II : x, 6; xiv, 7 ; xxi, 6; xxn, 13.

In Epistolis S. Pauli Deus effertur ut Dominus, Omnipotens, rex saeculorum immortalis, cujus voluntati nemo resistere potest[1]; qui omnia creavit et per creationem se manifestat[2,3] ut Pater, qui nos diligit et vult omnes homines salvos fiersi.

III. Notio Dei et naturae divinae apud SS. Patres. — Patres *Apostolici* doctrinam de vero Deo, occasione data, commemorant. S. Clemens Romanus in Deo considerat præsertim omnipotentiam, bonitatem et misericordiam[4]; Hermas autem potius Dei unitatem vindicat et creationem asserit[5].

Patres Apologetæ veri Dei naturam contra ethnicos exponunt et tuentur. S. Justinus unitatem et eminentiam Dei super omnia creata strenue prædicat[6]. Minucius Felix unum Deum, creatorem et sapientissimum ex cæli spectaculo, ordine diversorum anni temporum, contemplationeque maris, fluviorum ac totius naturae, demonstrat[7].

Tertullianus unitatem Dei probat primo ex notione primi absoluti et perfectissimi : ens quippe summe perfectum non potest esse nisi unicum. Secundo ex testimonio animæ : « Deum nominat, hoc solo nomine quia proprio Dei veri : *Deus Magnus, Deus Bonus,* et quod Deus dederit omnium vox est. Judicem quoque contestatur illum. DEUS TIBI DET, et Deo commendo, et Deus mihi reddet. *O testimonium animæ naturaliter christianæ*[8]. »

In hoc multi carpunt Tertullianum quod Deum vocarit *corpus*[9]. Ex contextu tamen eruitur synonymum esse *substantiæ* ; at alibi expresse profitetur Tertullianus Deum esse spiritum[10]. Nihilominus fatendendum est illum scrip-

1. *Rom., xx,* 14, 21 ; *I Tim.,* i, 17; vi, 15-16.
2. *Rom.,* I, 20.
3. *Rom.,* viii, 15, 29; *Gal.,* iv, 5, 6; *Ephes.,* 1-5; *I Tim.,* ii; 4.
4. S. Clem., *Cor.,* xix, xxm, xxvn, xxix.
5. Hermas, *Pastor, Mand.,* i, 1.
6. S. Justin., Dialog. 11, cf. P. G., vi, 493.
7. Minucius, *Octavius,* præsertim, 18, 19.
8. Tertull., *Apolog.,* c. xvn ; P. L., i, 377. Cf. *de Testimonio animæ;* P. L., i, 610-611.
9. *Adv. Praxean,* 7.
10. Tertull., *Apologet.,* 21.

torem non attigisse genuinum spiritualitatis conceptum.

S. Irenaus accuratam Dei notitiam tuetur contra Gnosticos. Est Deus perfectissimus, qui, quantumvis excelsus intelligatur, remanet adhuc ineffabilis : « Est autem et super hæc et propter hæc ineffabilis[1]. » — Est ens supremum et Creator nec est alius Demiurgus ab ipso distinctus[2]. Juxta Origenem, Deus est *Monas* et *Unitas, incomprehensibilis, inaestimabilis, impassibilis*[3]. » Attamen potest ab homine naturaliter cognosci, eo quidem perfectionis gradu quo homo sese a materia eximit[4].

Arnobius Deum ita perfectum prædicat ut comprehensionem nostram omnino superet : « Unus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, si scias et sentias nihil de illo posse mortali oratione depromi[5][6]»

A sæculo vero IV, adeo manifesta sunt testimonia ut superiluum sit illa recolere®.

IV. Notio Dei et naturæ divinæ ex declarationibus Ecclesiæ. — 1° Id quod omnia symbola omnesve professiones fidei asserunt velut fundamentalem articulum est existentia *unius* Dei *creatoris* et Domini : ita, communiter, symbolum Apostolorum, professio Damasi, symbolum athanasianum, concilia Nicæn., Constantin., Later. IV Florent., Trident., cum professione Pii IV, Vatie.[7].

2° Quod Ecclesia firmissime credit, profitetur et tuetur, est summa Dei *eminentia* ac *distinctio* a toto universo, ita ut asserere *consubstantialitatem* Dei cum mundo sit Deum verum perimere.

1 lie error pessimus viguit apud veteres Græcos, qui *monismum* docuerunt; redivivusque apparuit medio ævo cum Scoto Erigena, Almarico Carnotensi, Davide de Dinando ; sæculo xvi, cum Jordano Bruno ; sæculo χνπ, cum Spinoza,

1. S. Iren. 11, *Advers. Hæreses,* c. m, 8; et lib. I, c. xn.
2. *Adv. Hæres.,* I, c. i, et 111, c. ix-xv.
3. *Adv. Celsum,* vi, et in Joan., xix. — Cf. P. G., xiv, 536.
4. *De principiis,* I, i, 7.
5. Arnob., *Adversus Nationes,* in, 19.
6. Consuli potest P. Le Bachelet, art. *Dieu,* in *Diction. Tlieol. calhol.,* 1134 ss.
7. Denzinoer, 15, 39, 54-86, 428, 703, 994, 1782, 1801.

.uh nomine *panlheismi*; nostrisque etiam temporibus latissime serpit. Fuit ab Ecclesia damnatus sub diversis formis quas successive induit.

Quia contendebat Almaricus Deum esse principium formale rerum, seu animam mundi, concilium Lateranense IV, an. 1215, habet : « Reprobamus etiam et condemnamus perversissimum dogma impii Almariei, cujus mentem sic pater mendacii excæcavit, ut ejus doctrina non tam haeretica censenda sit quam insana[1]. »

Joannes XXII damnat propositiones quibus Eckardus innuit posse justos in Deum se transformare et cum Deo confundi[2].

Unde docet Ecclesiam Deum ita creaturas transcendere, ut ne sanctissimae quidem animae possint cum illo æquari.

At praesertim sæculo xix fuit perniciosissimus error ab Ecclesia proscriptus. Pius IX damnat hanc propositionem quæ est prima in *Syllabo,* 8 dec. 1864 : « Nullum supremum sapientissimum, providentissimumque Numen divinum e.xistit, ab hac rerum universitate distinctum, et Deus idem est ac rerum natura et idcirco immutationibus obnoxius, Deusque reapse fit in homine et mundo, atque omnia Deus sunt et ipsissimam Dei habent substantiam ; ac una eademque res est Deus cum mundo et proinde spiritus cum materia, necessitas cum libertate, verum cum falso, bonum cum malo et justum cum injusto[3]. »

Concilium Vaticanum expresse errorem profligat : « In cap. i : Deus prædicandus est *re* et *essenlia* a mundo distinctus[4]. » In can. 3, damnatur principium generale pantheisini. « Si quis dixerit unam eamdemque esse Dei et rerum omnium substantiam vel essentiam. A. S.[5].

— Canon 4 omnes tt singulas pantheismi formulas impetit : Ium pantheismum *emanalislarum,* qui volunt res omnes e divina substantia emanasse ; tum pantheismum *evolutionisticum,* qui tenet Deum sese evolvendo fieri omnia ; tum

1. Denzinger, 433.
2. Denzinger, 501 ss.
3. Denzinger, 1701.
4. Sess. III, cap. i, *De Deo rerum omnium Creatore,* Denzinger, 1782.
5. *Id.,* 1803.

pantheismum *entis indeterminati,* quatenus Deus sese determinando fieret id omne quod in genera et species dividitur : « Si quis dixerit res finitas tum corporeas tum spirituales aut saltem spirituales e divina substantia emanasse, aut divinam essentiam sui manifestatione vel evolutione fieri omnia, aut denique Deum esse indefinitum quod sesc determinando constituat rerum universitatem in genera, species et individua distinctam, A. S.l. »

S. Officium damnat propositiones quibus Rosmini contendit Deum non distingui realiter ab illo esse quod est immediatum objectum nostri intellectus : « In ordine Terum creatarum immediate manifestatur humano intellectui aliquid divini in seipso, hujusmodi nempe quod ad naturam divinam pertineat[1]. »

Demum Pius X reprobat symbolismum, immanentisraum et theorias omnes quæ Dei personalitatem pessumdant aut Deum confundunt cum objecto cogitationis aut cum subjecto cogitante[3].

Igitur, juxta manifestas Magisterii supremi declarationes, Deus est absolute distinctus et a rebus quæ nos circumstant, et a nobismet ipsis, et ab intellectu nostro, et a cognitione nostra, et ab objecto quod est proprium nostræ cognitionis objectum.

V. Ecclesia, exclusis diversis erroribus, naturam divinam breviter sic describit, ut sit Deus « una. singularis, simplex omnino et incommutabilis substantia spiritualis[45] » — Dicitur *substantia*[6], non quatenus reponatur in prædicamento substantiæ, quod est genus et limitationem importat, sed quatenus sit ens primum, essentiave prima, quæ existit in se et non in alio. Dicitur *una,* seu unica, quatenus repugnat absolute naturam divinam, quæ est. Esse subsistens, multiplicari et pluribus specie aut nu-

1. *Id.,* 1804.
2. *Id.,* 1891 ss.
3. Encyclic. *Pascendi,* Denzinger, 2108.
4. Gone. Vatic., cap. *De Deo rerum omnium Creatore,* Denzinger, 1782.
5. Cf. Cajetan, In I P., q. m, a. 1.

mero distinctis communicari, prout explicat S. Thomas, ‹|· xi.

Hinc etiam excluditur error abbatis Joachim dicentis unitatem Trinitatis non esse veram et propriam sed quasi collectivam et similitudinariam[1].

Simplex omnino, quia nequeunt esse in Deo nec partes, nec distinctio, nec divisio, ne‹· ulla compositio : nec *physica,* ex materia et forma ; nec *logica,* ex genere et differentia ; nec *melaphysica,* ex essentia et existentia ; nec *alia quacumque* concipi potest compositio : quas omnes excludit ratio *acias puri,* ut per singula discurrit Angelicus in hac. q. III.

Spiritualis ut indicetur Deum esse purum spiritum et removeatur anthropomorphismus sub qualibet forma propositus.

Demum *incommutabilis,* quatenus nulli potentiæ est admixtus nec ulli mutationi *intrinsecae* subjicitur, sed immotus in se permanet[2].

VI. De Thesophismo. — Catholicæ doctrinæ de essentia Dei opponitur quam maxime theosophismus.

Prodiit, die xvm mensis Iulii MCMXIX, decretumS. Officii hac de re : « An doctrinæ, quas hodie theosophicas dicunt, componi possint cum doctrina catholica ; ideoque an liceat nomen dare societatibus theosophicis, earum conventibus interesse, ipsarumque libros, ephemerides, diaria, scripta legere ». Emi ac Rmi Domini, Cardinales præhabito DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt : *negative in omnibus*[3]. »

Quod decretum ut intelligatur et vindicetur, satius erit

1. Cf. Cone. Later., IV, cap. π; Denzinger, 431 ss.

2. De ente simplici et composito, mutabili el immutabili, cf. nostr. *Curs. Phil. Thom.,* t. V, p. 196-203. — De errore anthropomorphism!, cf. L. Janssens, I. X, p. 225 ss. — De simplicitate Dei apud Patres, cf. Le Bachelet, art. *Dieu,* in *Diction, théol. calhol.;* col. 1033 ss. — De unitate seu unicitate Dei ita efficacia et. evidentia sunt argumenta S. Thomæ ut superfluum nobis videatur in illa quaestione immorari. Legi possunt inter recenliores Tabarelli, p. 251 ss.; Van der Meersch, p. 2180-227.

3. *Acta Apost. Sed.,* vol. XI, p. 317.

brevem doctrinarum theosophicarum conspectum exhibere, illasque cum doctrina catholica conferre.

Vox ipsa, ex sese, nec piorum aures offendit nec inepta censeri debet : θεοσοφία quippe audit vel divinam sapientiam vel præstantem divinarum rerum cognitionem ; et θεόσοφο ille censetur, qui est in rebus divinis sapiens, seu versatus et eruditus. Qua acceptione rectissime potuerunt nonnulli ex nostris scriptores vocabula *theosophiæ* et *iheosophi* efferre, sicut et nomine theologi gloriari.

Verum alio et pravo sensu hodie accipitur. Sicut enim veteres gnostici vocabulo *gnoseos,* seu scientiae, abutebantur, ita illi qui Lheosophico systemati exstruendo navant operam, theosophiam seu divinam sapientiam intelligunt quandam antiquam, universalem atque *occultam* sapientiam, quæ Deum cum homine et mundo confundit.

Tametsi error ille innumeras induerit et induat formas, omnes tandem ad pantheisticain formam reducuntur. Societas autem theosophica praecipuos antesignanos habuit mulierem Blavatsky ex Russia oriundam, Americanumque Olcott; a secretis erat Leadbeater, qui fuit, ultimis hisce annis, propter mores in crimen vocatus.

Dux fuit etiam Annie Besant et ex parte opposita Rudolf Steiner.

Impetunt theosophi fundamentalem doctrinam de Deo vero, uno, personali, rerum omnium conditore : *Nous rejetons l'idée d'un Dieu personnel et exlracosmique*[1].

Inde sequitur omnia esse Deum, imo spiritum et materiam in unum coire et idem prorsus esse : *D'après nos enseignements, l'Espril et la Matière sont identiques*[2].

Inde etiam evertitur dogma SS. Trinitatis ; sed Trinitas sensu theosophico non est nisi quaedam intellectualis seu gnostica manifestatio infinitae et *impersonalis* unitatis[3].

Eodem pacto perimitur catholicum dogma creationis ex nihilo ; nam, iuxta theosophos, ex nihilo nihil fit, sed totum est in toto et omnia in mundo sunt unum, æternumque ac infinitum[4]. Nec remanet doctrina de homine,

1. Blavatsky, *La cie/ de la Théosophie,* p. 88.
2. *Ibid.,* p. 42.
3. Courmes, *Quest. Théos.,* p. 11.
4. Theosophoruin placita in multis scriptis tradita sunt, ac

«le libertate, deque actuum humanorum regula et ultimo fine ; siquidem substantia universalis, per varias formas transeundo, fit homo ; seu potius genus humanum est una cademque essentia infinita, increata, Deus ipse ; ita nempe ut æterna substantia sese evolvat et iterum per circulum ad seipsam redeat, vi quadam mirabili quam vocant virtutem *evolutionis* et *reinvolulionis*[1].

Hinc pariter evacuatur totus ordo supernaturalis, quum nihil iam concipiatur quod vires et exigentias hominis excedat, sed omnia quæ esse possunt homini debeantur. Nec possibilis remanet oratio, quæ est *ascensus* mentis in Deum ; at potius anima ad seipsam reflectitur in toto illo universali, quod vocant Deum et Patrem omnium.

Quæ omnia directe excluit Concilium Vaticanum[2].

De Incarnatione et Christo nonnisi blasphema et impia proferunt theosophi[3]. Distinguunt Christum universalem et Christum singularem. Christus quidem universalis consideratur aut in statu *involutionis,* sicque est Verbum incarnatum in universo per latentem sui immersionem ac veluti immolationem, aut in statu *evolutionis* ; iamque est *educlio* eiusdem per varia rerum stadia usque ad perfectum consortium ac connubium spiritus cum Absoluto[4]. Christus autem singularis est lesus historicus, quem inter summos theosophos ac magistros, sicut illum Budha, reponunt. Unde absolute negatur Christi divinitas, seu « personalitas » proprie divina.

Redemptionis quoque dogma, quod peccatum originale supponit et reparat, theosophi pessumdant, tum quia nec labi potest genus humanum, quod essentia divina et æterna

præsertim in his, quæ sequuntur : Blavatsky, *La doctrine secrète, synthèse de la science et de la religion de la philosophie. — La Clef de la théosophie,* traduit de l'anglais par Mme de Neuville; Annie Besant, *La sagesse antique,* Conférences; Courmes, *Questionnaire théosophique élémentaire;* Chaterji, *La philosophie ésotérique de l'Inde ;* neenon in variis periodicis, præsertim, in lingua gallica, *Le lotus bleu.*

1. Cf. op. cit. : Besant, p. 41, Blavatsky, p. 14, 63, 90.
2. *De Deo* rerum omnium creatore, can. 1-4.
3. Cf. Blavatsky, p. 88.
4. Cf. Chaterji, op. cit., p. 132 ss.

adstruitur, tum quia actibus puri hominis, qualem fingunt Christum historicum, inesse nequit vis illa piacularis, quæ delicta mundi deleat et abstergat.

Dum autem perimitur redemptio, et sacramenta et gratia excluduntur, iramo et tota Christiana oeconomia subvertitur ; denique et nostra dogmata convelluntur de *novissimis,* nempe de immutabili morum sanctione, de morte, indicio inferno, corporumque resurrectione ; nam iuxta illa placita, tota expiatio aut retributio futura reponitur in novis ac indefinitis transmigrationibus seu « reincarnationibus » in nova corpora. Quæ omnia, non solum fidei, sed et sensui hominum communi vim inferunt.

Hæc porro somnia vitabunt catholici, si mente recolant et cordi alte figant definitionem concilii Lateranensis IV : « Redditurus *singulis secundum opera sua,* tam reprobis quam electis ; qui omnes cum *suis propriis resurgent corporibus,* quæ nunc gestant, ut recipiant secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala ; illi cum diabolo *pœnam perpetuam,* et isti cum Christo *gloriam sempiternam*[1]. »

Merito itaque damnantur illi, quibus recolenda forent verba Psalmista· : « *Narraverunt mihi* fabulationes, *sed non ut lex ua* » ; et verba S. Pauli : « Quia quum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt ; sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum[2]. »

Quibus breviter expositis, manifeste liquet non posse catholicos nomen dare societatibus theosophicis, nisi deserendo dogmata nostra ; nec idcirco licere earum conventibus interesse, ipsarumque libros, ephemerides, diaria, scripta legere,.

Relinquant doctrinas et opera tenebrarum illi quotquot vocavit et transtulit Deus in admirabile lumen suum.

1. Cap. *Firmiter,* Denzinger, 429.
2. *Rom,* i, 21.

ARTICULUS SECUNDUS

()UÆST10 SCHOLASTICA DE CONSTITI TIVO ESSENTIÆ DIVINÆ

I. Status quæstionis — Essentia divina potest lato vel stricto sensu accipi.

Late accepta significat ipsam entitatem et substantiam Dei increatam, quæ se habet per modum transcendentis i t includitur in divinis attributis et relationibus, eo fere modo quo ratio entis creati et finiti imbibitur in omnibus rerum creatarum differentiis et modis.

Stricte, designat, id quod primo concipitur in Deo, quodque est radix et ratio a priori divinorum attributorum, a quo nempe divina illa attributa intelliguntur dimanare et in quo, sub hac ratione, non concipiuntur inclusa.

Quæritur itaque quodnam sit formale constitutivum essentiæ hoc modo' acceptæ *.

II. Sententiae. — Plures veteres theologi distinguebant essentiam sub conceptu essentiæ et sub conceptu naturæ, volebantquc sub priori conceptu constitui per aseitatem, sub posteriori autem per intelligere divinum. Verum hæc distinctio absque fundamento adstruitur, cum essentia divina una existons æquivaleat pluribus realiter distinctis.

Secunda sententia reponit divinam essentiam constitui per infinitatem, seu cumulum perfectionum. Ita præsertim Scotistæ.

Tertia per conceptum entis a se vel per subsistentiam actus

1. Consulantur commentatores D. Th. in h. IIL, q. Cajetan, Bannez, Joan a S. Thom., Contenson, Gonet, Billuart, Gotti, et recentiores Buonpensiere, Janssens, Billot, etc.; Garrigoc-Lagrange, *Dieu,* II P., c. i; de .Hontheim, op. cit. ; Van der Meersch, sect. II; Hervé, *Theol.;* etc.

essendi, quatenus Deus intelligatur ens per essentiam, Esse per se subsistens. Ita, quoad substantiam, licet in modo exprimendi aliquatenus discrepent, Capreolus, Bannez, Ledesma, Contenson, Molina, Vasquez, Gotti et recentiores communiter, ut Kleutgen, Billot, de Hontheim, dei Prado, Garrigou-Lagrange, Van der Meersch, etc.

Quarta, per intelligere divinum, sive per ipsam radicem intelligendi, sive per ipsum intelligere actualissimum. Ita Joannes a S. Thoma, Salmanticenses, Gonet, Suarez, Billuart[1].

III. Conclusio : Essentia divina constituitur, non per infinitatem, nec per gradum intellectivum, sed per subsistentiam actus essendi, quatenus Deus sit ipsum esse per se subsistens. — Arg. Ium. Infinitas non est constitutiva, nam est potius modus naturæ quam ipsa natura, sicut in creaturis finitudo non est earum essentia, sed modus. Insuper, quod est essentiæ et attributis commune non constituit essentiam. Atqui infinitas est communis et essentiæ et attributis, in quibus limes nullus concipi potest. Ergo infinitas non est formale essentiæ divinæ constitutivum.

Demum infinitas non est id quod primum concipitur, sed rationem habet in eo quod Deus sit ipsum Esse subsistens.

Arg. Ilum. Definitiones propriæ ab ipso Deo traditæ exprimunt essentiam seu quod primum in re concipitur. Atqui Dei definitio a Deo tradita exprimit, non præcise gradum intellectivum, sed rationem ipsius Esse per se subsistentis ; non enim dicit Deus : Ego sum qui intelligo, sed : *Ego sum qui sum.* Ergo id quod primum in Deo concipitur quodque proinde divinam essentiam constituit est ratio illa ipsius Esse per se subsistentis, non gradus intellectivus.

Arg. Illum. Ut aliqua ratio sit essentiæ constitutiva, requiritur et sufficit ut in nullo alio fundetur, sitque, juxta nostrum intelligendi modum, prima quæ concipitur,

1. Cf. Salmant., *De scieniia Dei,n.* 43 ss., ubi illa opinio exponitur.

ac omnium perfectionum radix. Atqui illæ conditiones conveniunt rationi ipsius Esse per se subsistentis, non gradui intellectivo. Ergo, Prob. min. Ratio Esse per se subsistentis nullo alio fundatur, sed, ipsa recte intellecta, illico innotescit ipsam a priori radice non dependere. Dum nihil prius concipitur notione Esse per se subsistentis, prius, e contra, concipitur Deum esse suum esse quam suum intelligere Eo quod sit Deus Esse per se subsistens, intelligitur nullis subjici limitibus, nec quoad durationem nec quoad locum ; hinc in illa notione fundantur infinitas, aeternitas, immensitas; non autem apparet quomodo horum omnium radix prima esse possit gradus intellectivus.

Demum, intellectivum supponit, nostro concipiendi modo, objectum a quo specificetur. Porro objectum divini intelligere specificativum est divina essentia. Ergo ipsa est prior, ac proinde nequit per divinum intelligere constitui.

IV. Traditio catholica. — Sic resumitur a S. Doctore : « In Deo, ait Angelicus, ipsum esse suum est sua quidditas. Et ideo nomen quod sumitur *ab esse* proprie nominat ipsum, et est proprium nomen ejus, sicut proprium nomen hominis quod sumitur a quidditate sua[1] ». Unde quod Angelicus primo concipit in Deo est ipsum esse. Ex hac radice S. Thomas derivat cetera ; nam ex eo quod Deus sit ipsum Esse subsistens, concludit omnes illi inesse perfectiones : « Cum Deus sit ipsum esse subsistens, nihil de perfectione essendi potest ei deesse. Omnium autem perfectiones pertinent ad perfectionem essendi[2]. »

Licet SS. Patres quæstionem illam metaphysicam non intenderint solvere aut versare, sententiam illam æquivalenter tradunt et vindicant, dum dicunt nomen Dei proprium esse *qui esi,* vel Deum concipi eum qui *vere esi* : *Ex eo aulein qui vere esi,* qui dixit per Moysen : *Ego sum qui sum,* omnia quæcumque sunt participant[3]. » Vel Deo competere omnem perfectionem, quia est *ipsum esse,* seu est qui est : « Deus enim est principium universorum, ipse

1. S. Thom., *I Seni.,* dist. 8, q. 1. a. 1.
2. I. P., q. 4, a. 2.
3. Origenes, *De principiis,* l. I, c. ni, 6 ; P. G., xi, 151.

sine principio, et omnia ab ipso ortum habent : ipse autem a nemine genitus est, serf *esi qui esi* et qui futurus est[1]. » Vel Deum esse *pelagum essendi* : « Nam totum esse, vel immensum, et illimitatum essentiæ *pelagus,* complexu suo ipse continet[2]. »

Denique S. Gongreg. Studiorum, die 27 julii 1914, approbando viginti quatuor propositiones ut plane continentes Sancti Doctoris *principia et pronuntiata majora,* hanc eligit sentent am. Sufficiat referre prop. III : « Quapropter *in absoluta ipsius esse ratione subsistit Deus,* unus est simplicissimus ; cetera cuncta quæ ipsum esse participant, naturam habent qua esse coarctatur. ac tamquam distinctis realiter principiis, essentia et esse constant. « Et prop. XXIII : « Divina essentia, per hoc quod exercitæ actualitati ipsius *esse* identificatur, seu *per hoc* quod *est ipsum Esse subsistens, in sua veluli metaphysica ralione bene nobis constituta proponitur,* et per hoc idem rationem nobis exhibet suæ infinitatis in perfectione[3]. »

V. Solvuntur difficultates. — *Objicitur.* 1° Constitutivum essentiæ est id quod concipitur in re perfectissimum. Porro quod concipitur perfectissimum in Deo est gradus intellectivus. Ergo gradus intellectivus est constitutivum divinæ essentiæ.

Besp.: 1° Non requiritur ne<· aliunde sufficit ad rationem constitutivi gradus perfectissimus ; sed constitutivum debet esse id quod *primum* in re concipitur, quodque in nullo priori radicatur, sed potius est eæterorum radix. Porro gradus intellectivus, nedum sit quod primum concipitur, potius in ratione ipsius Esse per se subsistentis radicatur.

Besp. : 2° Quod est perfectissimum in Deo est esse simpliciter acceptum. « Ipsum esse est perfectissimum omnium ; comparatur enim ad omnia ut actus. Nihil enim

1. S. Cyril l. Alexandr., *In Joan.,* l. II., art. 11 ; *P. G.,* lxx, 924.
2. S. Joan. Damasc., *De Fid. Orthod.,* lib. I, c. ix; *P. G.,* xciv, 835.
3. *Acta Apostolicæ Sedis,* 1914, t. VI, p. 383 ss.

habet actualitatem nisi in quantum est. Unde ipsum esse est actualités omnium rerum et etiam ipsarum formarum[1]. » — In creatis quidem esse non dicit omnem perfectionem, quia non *esse simpliciter,* sed infimus gradus, cui adduntur vivere, intelligcre ; at esse simpliciter, seu Esse subsistens, omnem imbibit cumulum perfectionum. Hinc expresse asserit Angelicus : « Esse simpliciter acceptum, secundum quod includit omnem perfectionem essendi, præeminet vitæ et omnibus perfectionibus subsequenlibus[2]. »

Obj. : 2° Ratio a se competit etiam attributis. Ergo non est constitutiva essentiæ.

Besp. : Dist. antec. : Ratio entis a se quatenus dicit non esse ab alio tanquam *a causa* a qua dependeat, competit etiam attributis, concedo ; quatenus dicit non esse ab alio tanquam a radice seu ratione a priori, competit etiam attributis, nego ; et neg. conseq.

Explicatur. Ens *a se* tripliciter sumitur : 1° ut dicat non esse ab alio tamquam a *radice,* sed essé potius aliorum raradicem et fontem ; 2° ut dicat non esse ab alio tanquam a *principio* a quo procedat ; 3° ut dicat non esse ab alio tanquam a causa a qua producatur etpendeat. — Attributa sunt ens a se tertio modo ; Pater dicitur ens a se etiam secundo modo, quatenus est sine principio, dum Filius a Patre principio procedit, et Spiritus Sanctus est a Patre et Filio tanquam unico principio ; essentia dicitur esse ens a se simpliciter et omni modo, primoque speciatim, quia est radix. Unde attributa non sunt ens a se nisi quia sunt proprietates essentiæ, a qua concipiuntur derivari.

VI. Hinc confutantur nonnulli recentissimi errores

1. I. P., q. 4, a. 1, ad 3.

2. Ia, IIae, q. 2, a. 5, ad 2. « Quare gradus entis in Deo non est infimus et postremus, sicut in angelo et in homine... sed est supremus et plenissimus, quia est ipsum esse subsistens et per essentiam, seu plenitudo essendi ; id est omnem cujusvis entis possibilis perfectionem eminentissime præconlinens. In creaturis vero gradus essendi est limitatus, utpote quia receptus in essentia, eslquc veluli nudus, nisi superveniat alia perfectio. » Contenson, O. P., *De Deo,* dissert. II, c. n, spec. 11. Cf. etiam, card. Gotti, O. P., *De Deo,* Tract. II, dub. III, n. 3.

de natura et essentia divina. — Schell *ens a se* definit *quod esi causa sui* ; ac subinde, juxta illum, conceptus essentiæ divinæ est ut sit *causa sui*[1]. — Quem errorem sub alia forma proposuit Carolus Secrétan, in Helvetia, Deum nempe, seu Absolutum, esse causam suæ existentiæ, causamque suæ propriæ legis atque *pro sua voluntate* determinare modum quo seipsum producit. Hinc formula : *Ego sum quod volo, je suis ce que je veux*[2]. Illi aliquatenus adhæret Lequier[3],[4] et etiam Boutroux, qui asserit essentiam divinam esse non posse nisi *libere* se producat : « Ne peut être elle-même que si elle *se réalise librement*[5]*. »

Quæ omnia implicant[5],[6] Causa quippe est prius causato et producens prius producto : quare, si Absolutum seipsum produceret, esset prius seipso, quod ne concipi quidem potest. — Insuper, si Deus esset causa sui, existentia Dei esset effectus essentiæ, ac proinde posterior essentia ; et hinc conciperetur essentia prius causans quam habens existentiam, quo absurdius vix aliquid inveniri potest. — Demum, si Deus est sui causa, evolvitur; et jam fit ex hac sententia in pantheismum lapsus.

Aliunde, si libertas et voluntas in Deo sunt causa vel ratio essentiæ, sequitur voluntatem esse veri et boni normam. et hinc destruitur fundamentum essentiarum. « Dicere quod ex simplici voluntate dependeat justitia est dicere quod divina voluntas non procedat secundum ordinem sapientiæ, quod est blasphemum®. »

VII. Hinc demum intelligitur quid sit proprie ens a se. — Non sumitur ergo *causaliter,* quatenus ens a se diceretur causa sui, sed *negalive,* quatenus importat negationem dependentiæ ab alio tamquam a causa.

Ratione nominis aseitas est quid negativum ; at ratione

1. Schell, *Katholische Doginatik,* II, p. 20, 137 ss, 155 ss.
2. Secrétan, *La Philosophie de la liberté,* 2e édit., I. 1, c. xv, p. 361-370.
3. Lequieb, *La recherche d'une vérité première,* p. 82, 85.
4. Boutroux, *Contingence des lois de la nature,* 3e édit., p. 156.
5. Cf. L. Janssens, pp. 220 ss ; Garrigou-Lagrange, *Dieu,* pp. 352 ss. : Hugon, *Curs. Philos.,* t. V, p. 213 ss.
6. Cf. Thom., *De verit.,* q. 23, a. 6.

roi est quid maxime positivum, fonsque et radix perfectionis ac plenitudo, seu ipsum Esse subsistens.

VIII. De quibusdam loquendi modis. — Aseitas, prout fuit jam explicata, non differt a *subsistentia essendi,* ac proinde sententia quæ reponit constitutivum essentiæ divinæ in aseitate convenit reapse cum illa quæ subsistentiam actus essendi præsertim attendit. Minus tamen recentioribus placet. « Non assignat formaliter perfectionem qua ens primo in se constitutum intelligitur. Unde superest inquirendum cur Deus sit *ens a se.* Cui inquisitioni respondetur : quia est ipsum *esse* per se subsistens. Quum hoc sit Deus, nempe esse irreceptum, ideo a se est, nec ab alio esse potest[1]. »

Tametsi uterque loquendi modus eandem sententiam referat, melior tamen simpliciter est modus quem ipsa Sacra Congregatio Studiorum elegit : « Divina essentia... *per hoc quod est* ipsum Esse subsistens, *in sua vetuli inelaphysica ratione bene nobis constituta proponitur*[2]. »

1. Van der Meersch, op. cit., p. 154.
2. Prop., xxiii.

QUÆSTIO TERTIA

De divinis attributis et perfectionibus

AD Q. III-XI s. thom/e

Perfectus essentiæ divinæ conceptus nequit menti nostræ ingeri nisi conferatur essentia cum attributis. Hinc logicus ordo postulat ut jam de attributis divinis, tum in communi tum in speciali, disseratur.

ARTICULUS PRIMUS

DE ATTRIBUTIS DIVINIS IN COMMUNI

I. Notio attributorum in Deo. — Licet essentia clivii a sit in se simplicissima, æquivalet tamen pluribus realiter distinctis ; et, quia mens nostra nequit eodem conceptu eminentem realitatem effari, multis ac diversis terminis utitur ad eandem intelligendam et exprimendam. Illa igitur qualificativa quibus natura divina insignitur dicuntur *attributa* divina : Deus est *bonus, sapiens, infinitus, immensus, ælernus,* etc.

Alia sunt *negativa,* alia *positiva.* Negativa, quæ, terminis negativis expressa, removent a Deo omnem creaturarum imperfectionem et indirecte perfectionem Dei supereminentem ostendunt : sic infinitas, immensitas, etc., innuunt Deum nullo limitum genere, quibus subjiciuntur creata, circumscribi, et idcirco in se (omprehendere totam plenitudinem esse et vivere. Positiva autem sunt quæ, terminis positivis expressa, directe perfectionem Deo adseribunt, ut proprietates quæ ens consequuntur, veritas, bonitas, et etiam aliæ magis determinate, ut sapientia, omnipotentia, etc.

Quæslio theologica et dogmatica est utrum et quomodo attributa ab essentia divina discriminentur.

II. Quædam principia inconcussa et fundamentalia : in Deo nullam esse compositionem aut distinctionem realem. sive inter Deum et deitatem, sive inter essentiam et existentiam, sive inter essentiam et attributa, sive aliam quamcumque compositionem.

Distinctionem realem in Deo finxerunt plures philosophi et theologi medio ævo. Gilberto Porretano, episcopo Pictaviensi, saeculo xn, tribuitur sententia quæ vult divinitatem non esse Deum, sed formam qua Deus est[1]. Abbas Joachim putavit unitatem personarum in Deo non esse vetam et propriam, sed quasi collectivam et similitudinariam, et idcirco *qualernitalein* adstruebat, videlicet tres personas et illam communem essentiam, quasi quartam.

Gualter etiam propugnavit distinctionem realem attributorum ab essentia[2]. Palamitæ, sæculo xiv, distinctionem realem invexerunt inter essentiam Dei et activitatem seu operationem, quæ ponitur inferior essentia.

Unitatem porro absolutam seu carentiam cujusvis realis distinctionis in Deo profitentur explicite concilia et Summi Pontifices.

Jam concilium Toletanum XV (688), definit : « Aliud quippe est homini id quod est sine velle et aliud velle etiam sine sapere. In Deo autem non est ita. quia simplex ita natura .est, et ideo *hoc esi illi esse quod velle, quod sapere*[3][4]» Error autem Gilbert! fuit damnatus in concilio Remensi, sub Eugenio III, 1148 : « Credimus et confitemur simplicem naturam divinitatis esse Deum, nec aliquo sensu catholico posse negari quin *divinitas sil Deus el Deus divinitas**. » — Concilium Lateranense IV damnat et reprobat errorem Abbatis Joachim et profitetur « *quia quælibet trium personarum esi illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina*[5]. »

1. De Gii.berto consuli potest, Abbé Behtaud, *Gilbert de la Porrée,* Paris, Oudin. Putant aliqui opinionem præfatam falso attribui Porretano. Cf. de San, *Tractatus de Deo Uno,* Lovanii, 1894, n. 55, 95, etc.
2. Cf. de San, op. cit., n. 95.
3. Denzinger, 294.
4. *Idem,* 389.
5. *Idem,* 431, 432.

Paulus IV, 7 Augusti 1555, damnat Socinianos et omnes qui asseruerunt « Deum omnipotentem non esse trinum in personis et *incomposila omnino indivisaque unitate substanliæ et unum unamel simplici divinitatis essentia*l. » Demum, concilium Vaticanum docet Deum esse unam et *simplicem omnino* substantiam2.

Quapropter ex declarationibus Ecclesiæ, liquet Deum esse Deitatem, Deum esse suam essentiam, et singulas personas esse realiter ipsam essentiam seu substantiam divinam. Idem jam docuerant SS. Patres. Hinc effatum S. Augustini : « *Quod habet esi*3 » ; et illud S. Gregorii Magni : « *Sed hoc quod habet esi'* ». Quod adhuc, expressius asserit S. Scriptura ; nam Deus dicitur *vita, veritas, carilas, ille qui est*6, quasi diceretur : « Non solum habeo vitam et perfectionem, sed sum hæc omnia, si quidem *Ego sum qui sum.* »

Ratio theologica, quam evolvit S. Thomas, a. 3, in hoc resumitur : In omni quod non est sua essentia suppositum se habet ad essentiam, quæ habet rationem formæ et actus, sicut potentia ad actum. Nulla porro admiscetur potentia in Deo, quem jam constat esse actum purum. Ergo Deus est sua essentia.

Unde etiam colligitur idem esse prorsus in Deo essentiam et esse ; quod triplici ac evidenti argumento probat Angelicus.

Arg. Ium. Si esse divinum ab essentia discriminaretur, deberet vel ab ipsa essentia causari vel a causa exteriori produci. Neutrum autem dici potest. Ergo. Prob. min. Non ab essentia vel principiis essentialibus, quia ab eo quod non concipitur ut ens actu non potest aliquid dimanare. Sed essentia non concipitur actu nisi per existentiam. Ergo existentia nequit dimanare ab essentia vel principiis essentialibus.

Arg. Ilum. Ubicumque esse ab essentia distinguitur, essentia se habet ad esse sicut potentia ad actum, quia

1. *Idem,* 993.
2. *Idem,* 1782.
3. S. Augustin, *In Joan,* tract. X, c. ix ; *P. L.,* xxxv, 1887.
4. S. Gregor. M., *Moral.,* lib. XVIII, c. 1 ; *P. L.,* lxvi, 87.
5. Joan., i, 4 ; vi, ⟩ ;·χιv. 8 ; *Epist. Joan.,* i, iv, 8; *Exod.,* ut, 14.

esse est ultima actualitas omnis formæ. In Deo porro nihil est potentiale. Ergo.

Arg. Illum. Quod habet esse et non est ipsum esse, debet esse per participationem, quia jam non est per se totum. Deus autem non nisi ens per essentiam concipitur. Ergo.

Quæ principia sunt maximi momenti et perpetuo recolenda in tractatu de Deo, quum ex identitate vel distinctione essentiæ et existentiæ desumatur discrimen Dei et creaturarum.

Unde, ex adverso, ubicumque idem est essentia et esse, existentia non est causata, resque ipsa est actus purus, et ens per essentiam. Quapropter idem ponere essentiam et existentiam in creatis est profiteri creaturam esse improductam, actum purum, ensque per essentiam et necessarium : quod est convellere totam philosophiam Christianam[1].

Eadem argumenta evincunt nullam esse distinctionem realem inter essentiam et attributa divina ; secus essentia se haberet ad ipsa ut potentia ad actum et hinc desineret ratio actus puri. Ceterum Ecclesia expresse declaravit in Deo *idem esse divinitatem et sapientiam et magnitudinem et æternitalem et unitatem.* Ita concilium Remense, jam citatum, sub Eugenio III, 1148 : « Si vero dicitur Deum sapienlia sapientem, magnitudine magnum, æternitate æternum, unitate unum, divinitate Deum esse, et alia hujusmodi : credimus nonnisi ea sapientia quæ est ipse Deus, sapientem esse ; nonnisi ea magnitudine quæ est ipse Deus magnum esse ; nonnisi ea æternitate quæ est ipse Deus æternum esse ; nonnisi ea unitate quæ est ipse Deus unum esse ; nonnisi ea divinitate Deum esse quæ est ipse : id est seipso sapientem, magnum, æternum, unum Deum[2]. »

1. Cf. nostr. *Curs. Phil.,* t. V, p. 70 ss. — P. del Prado, O. P., *De veritate fundamentali Philosophize chrislianæ.* Unde inter xxiv theses a S. Congregatione approbatas, hæc est maxime notanda : *«Quapropter in absoluta ipsius esse ratione unus subsistit Deus, unus est simplicissimus; cetera cuncta quæ ipsum esse participant, naturam habent qua esse coarclatur,* ac tamquam distinctis healiter PRINCIPIIS ESSENTIA ET ESSE CONSTANT. »

2. Denzinger, 389.

Demum hæc principia clarissime evincunt Deum nullatenus posse venire in compositionem aliorum, quia tune esset pars quædem, et quia nulla pars potest esse prima simpliciter, Deus nec esset prima et per se causa efficiens, nec primum et per se agens, nec primum et per se ens (a. 8).

III. Efficacissima pantheismi confutatio.

Unde S. Thomas, in hac quæstione III, excludendo a Deo omnem compositionem, ex materia et forma, ex Deo et deitate, ex essentia et existentia, ex genere et differentia, ex subjecto et accidentibus, omnemve aliam possibilem compositionem, efficacissime removet omne pantheismi periculum, sive pantheismi *monislici,* quatenus Deus esset anima mundi ; sive pantheismi *evolulionistici,* quatenus Deus se evolvendo fieret omnia ; sive pantheismi *idealisticir* sive pantheismi *entis indeterminati,* quatenus Deus sese determinando fieret id omne quod in genera et species dividitur *.

IV. Necesse tamen est *mente* distinguere in Deo naturam et attributa. — Ratio et necessitas harum distinctionum est, ex una parte, summa eminentia divini esse, et, ex altera parte, limitatio intellectus nostri.

Eminentia quippe divina, cum sit infinita et æquivaleat multis ac realiter distinetis, praebet innumeris conceptibus fundamentum. Si Deum intuitive apprehenderemus, ut beati, uno conceptu Deum intelligeremus ; sed, quia in praesenti statu Deum ex creaturis attingimus et quia creaturae nonnisi limitato gradu perfectiones divinas referunt, multis conceptibus indigemus ad supremam perfectionem cognoscendam.

Aliunde mens nostra non valet uno ac simplici actu veritatem perfecte consequi sed per diversos motus procedit, nempe componendo, dividendo, ratiocinando, et idcirco pluribu ac dist inctis conceptibus indiget ad intelligendum id quod reapse unum et indivisium est[2].

1. Recclantur definitiones concilii Vaticani, Denzinger, 1803, 1804. — De panlheismo disseruimus in II vol. *Curs. Phil.,* Tract. 1, q. 1.

2. Gf. nosir. *Logic. Mai·,* Tract. II.

Talis igitur cognoscendi modus est necessarius et utilissimus in theologia et fide nostra. Hinc propositio Eckardi damnata a Joanne XXII. 27 martii 1329 :« *Nulla igitur ilislinclio in ipso Deo esse polesl* aut intelligil. »

V. Quaenam igitur intelligenda sit distinctio inter Dei essentiam et attributa.

Præter sententiam Porretanoruni jam exclusam, triplex i'i (urrit in scholis sententia. Prima, quæ est Nominalium, \ nlL distinctionem mere nominalem, seu rationis ratioinantis[2]. Secunda, Scotistarum, ponit famosam *dislinclionem formalem actualem ex natura rei,* quam exhibent mediam inter distinctionem rationis et distinctionem malim[3]. Tertia, quæ est communis, docet attributa divina el ab essentia et inter se distingui distinctione virtuali, eu distinctione rationis ratiocinatæ minori.

Dicitur distinctio rationis mere ratiocinantis, si nullum slet fundamentum distinguendi ; est autem rationis ratio-) inatæ, si adsit verum distinguendi fundamentum ; et hæç duplex est : *major,* nempe inter duas formalitates, quarum una alteram non includit, ut inter animalitatem et rationalitatem in homine ; et *minor,* inter duas formalilates, quarum conceptus, licet diversi, se mutuo involvunt, sicut conceptus unius, quamvis non sit merus conceptus entis, ipsum tamen includit necessario[4].

Quibus prænotatis, probatur breviter doctrina communis.

Distinctionem non esse nominalem tantum eruitur ex damnatione propositionis Eckardi : si distinctio *intelligi* potest in Deo, non est secundum vocabula tantum, sed et, secundum conceptus attenditur. Ceterum Scriptura, Patres, sensusque communis fidelium, non intendunt

1. Denzinger, 732.

2. Nominalismum jam quoad reni docuerat, sæculo iv, Eunomius, arianus, qui volebat omnia nomina quæ de Deo dicuntur esse mera synonyma ; deinde in systema exstruxerunt Occam, Gabriel Biel, etc. — Cf. *Diction, théol.,* art. *Eunomius,* et art. *Dieu,* col. 767.

3. Cf. Scot, *I Sent.,* dist., 8, q. 4, ŋ. 17.

4. Cf. Commentât, jam. cit., el Tabarelli, p. 139 ss.

mera synonyma quando Deum vocant verum, bonum, infinitum, immensum, æternum, etc.

Unde sic arguitur : Quoties dantur nomina non mere synonyma, dantur conceptus non identici, quia nomina sunt vera conceptuum signa. Sed ubicumque sunt concep tus non identici, locus est distinctioni rationis ratioiinatæ. Ergo. Explicatur min. Distinctio rationis ratiocinatæ attenditur penes conceptus diversos : vel quia eorum objecta sunt diversa, vel quia objectum, licet unum, diversos importat respectus. Quia ergo essentia divina et diversa attributa fundamentum præbent diversis conceptibus, distinguuntur inter se distinctione rationis non mere ratiocinantis, sed ratiocinatæ ; et, quia tamen illæ variæ perfectiones tantam præ se ferunt eminentiam ut una aliam includat, non est distinctio major, sed minor.

Vel, aliis verbis distinguuntur inter se virtuali dumtaxat distinctione, ea quæ, quamvis sint in se simplicissima, æquivalent multis realiter distinctis. Hujusmodi porro sunt essentia Dei et attributa, quæ multis ac distinctis æquivalent, sed in se sunt una ac simplicissima realitas[1].

1. Recolantur quæ disseruimus de distinctione in *Curs. Philos. Thomisl.,* V, pp. 103-113, ubi etiam excluditur distinctionis scotistica.

ARTICULUS SECUNDUS

DE ATTRIBUTIS DIVINIS IN SPECIALI

I. Attributorum divisio. — Alia sequuntur ipsum ens, aut sicut proprietates *Iranscendenlales,* et sunt unitas ac simplicitas, veritas, bonitas ; vel ut proprietates *generales* quæ oriuntur ex perfectione et modo habendi perfectionem[1], ut infinitas, quæ limites excludit quoad esse, et immensitas, quæ limites excludit quoad locum, et æternitas, quæ limites removet quoad durationem ; alia referuntur ad intellectum vel operationem intellectus, ut sapientia, providentia, alia ad voluntatem vel operationem voluntatis, volitionem nempe et amorem, ut misericordia et justitia ; vel respiciunt opeiationem ad extra, et hujus principium immediatum est omnipotentia.

Tractatus de istis imbibitur in quæstionibus de intellectu et voluntate.

De simplicitate jam actum est. Superest inquirendum breviter de attributis negativis, quæ sunt infinitas, immensitas, immutabilitas, æternitas. Quia hæc attenduntur secundum perfectionem vel modum habendi perfectionem, disserit imprimis S. Doctor de divina *perfeclione* et *bonilale.*

II. De perfectione Dei (q. iv). — Deum esse perfectum tota Scriptura commemorat. Sufficiat recolere verba Christi Domini : « *Eslole* perfecti, sicut et Pater vester cælestis perfectus est[2]. » Quæ verba sic exponit concilium Later. IV : « Estote perfecti perfectione gratiæ, *sicut Paler vester cæleslis perfectus esi* perfectione naturæ[3]. » Licet directe sermo fiat de perfectione morali, intelligi

1. Cf. Hugon, *Curs. Phil.,* t. V, p. 165.
2. Mattii., v, 48.
3. Denzinger, 432.

potest de perfectione absoluta, sicut alibi Christus declarat Deum *solum bonum* seu simpliciter perfectum[1].

Hinc concilium Vaticanum definit non solum Deum esse perfectum sed *omni perfections infinitum.*

Ratio theologica quam evolvit Angelicus et ipsas radices rei attingit. Cum enim perfectio attendatur secundum actum et primum principium sit maxime in actu, liquet omnino illud esse maxime perfectum. Deus porro est primum principium activum. Ergo est maxime perfectum. Quia vero quidquid in effectu reperitur, praeexistit in causa modo eminentiori, oportet omnes creaturarum perfectiones in Deo contineri, simplices quidem *formaliter-eminenter,* mixtas autem *virhialiler-eminenler.* Sufficit hæc commemorare, nam ex professo alibi exposuimus[2], sicut et quæstiones de bonitate[3].

I line intelligitur qua ratione creaturæ sint Deo *similes.* Similitudo, est communicatio in eadem forma. Tripliciter autem fieri potest communicatio in forma : 1° eadem ratione et eodem modo, ut inter duo æqualiter alba ; 2° eadem ratione, sed non eodem modo, ut inter duo inæ- I qualiter alba ; quod quidem habetur tantum in formis accidentalibus non vero in substantialibus, quæ non suscipiunt magis et minus. 3° Nec eodem modo nec eadem ratione, ut. animal et medicina dicuntur sana. Creaturæ porro communicant cum Deo in eadem forma, scilicet entis, veri, boni, nec eodem modo, nec eadem ratione, sed analogice tantum, analogia quidem tum attributionis tum proportionalitatis[4]. Ergo creaturæ omnes sunt Deo similes, vera quadam similitudine, quatenus forma, seu ratio entis, invenitur in ipsis realiter et intrinsece ; sed imperfecte et analogice tantum similes, quia forma non est *in ipsis* eadem ratione ac in Deo.

Deus tamen non dicitur similis creaturis; quia forma I

1. Cf. Knabenbauer, *In Mattii.,* p. 155, 244, et *In Marc,* I p. 112 ss; P. Lagrange, O. P., *saint Marc,* cap. x, v. 18.

2. De perfectione general im et de modo quo perfectiones infe- I riorum contineantur in Deo cf. nostra *Curs. Philos.,* V, p. 165-173.

3. *Ibid.,* 130, 111.

4. Cf. *Curs. Philos., Thoinisl.,* V, 19 ss.

quæ est in Deo non est per respectum ad creaturas, dum forma qua creaturæ dicuntur similes est per respectum ad Deum, in quo ratio entis et perfectionis simpliciter et plenissime habetur.

III. De infinitate Dei (q. vu). — Illam maxime effert S. Scriptura : « Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis[1]... Magnus et non habet finem, excelsus et immensus[2]. »

Fuerunt tamen nostris temporibus plures, præsertim pragmatistæ, qui contenderent Deum non esse vocandum infinitum, sed vocem illam esse jam a viro scientifico excludendam et solis theologis permittendam[3]. — Rem aliqualiter in dubium vertunt Schiller in Anglia, Hugel in Germania.

Verum fides catholica illud retinet et concilia solenni magisterio consecrarunt ; sic concilium Vaticanum pronuntiat Deum esse *omni perfectione* infinitum[4] ; sicut jam Patres Deum simul immensum et infinitum prædirant[5]. Infinitatem Dei positivam negant omnes monistæ, pantheistæ et generatim omnes qui contendunt Deum esse *in fleri.*

Ratio autem apodictica desumitur ex notione Dei, qui est Esse subsistens.

Infinitum positivum dicitur quod nullis restringitur limitibus. Atqui Esse subsistens nullis potest limitibus restringi : non ex parte agentis, quia non habet causam; non ex parte subjecti, quia in nullo recipitur ; non ex parte ipsius esse, quod vi sui nonnisi perfectionem (.licit et est *maxime formale* omnium, unde non limitatur nisi in aliquo recipiatur. Ergo Deus est positive et simpliciter infinitus.

Quapropter S. Congregatio Studiorum infinitatem Dei

1. *Ps.* cxi.iv, 3.

2. Barlcii., iii, 25. — Gf. art. *Dieu* in *Diction. théol.,* col. 1022 ss.

3. Cf. P. Garrigou-Lagrange, O. P., *Le Dieu fini du Pragmatisme,* in *Revue des sciences philos, et théol.,* avril 1907, et libr. *Dieu.*

I. Denzinger, 1782.

5. De doctrina Patrum circa infinitatem Dei, cf. Kleutgen, *De Deo',* ŋ. 327 ; L. Janssens, t. I, p. 287 ss. — Legatur S. Gregorius Nazianzenus, *Oral.,* xxxvin, n. 7 ; *P. G.,* xxxvi, 318.

repetit ex notione ipsius Esse subsistentis : « Divina essentia, per hoc quod exercit® actualitati ipsius esse identificatur seu per ho‹· quod est ipsum Esse subsistens, in sua veluti metaphysica ratione bene nobis constituta proponitur et *per hoc idem rationem nobis exhibel suæ* infinitatis *in perfectionel.* »

Hic sistimus, cum cæteras quæstiones de infiniti notione conceptu, existentia, absolverimus in *Cursu Philosophise Thomisticæ*2..

IV. De immensitate et ubiquitate (q. VIII). — Notio utriusque. — Immensitas est illa divinæ natur® perfectio qua Deus absque sui mutatione potest esse præsens in omnibus rebus et locis, etiam infinitis si dari possent ; ubiquitas autem est ipsa præsentia in omnibus rebus et locis existcntibus. Hinc liquet discrimen inter immensitatem et ubiquitatem, seu omnipræsentiani : immensitas dicit *virtutem* essendi ubique, ac proinde semper datur etiam si nulla existât creatura ; omnipracsentia vero est actuale *exerciliuin* virtutis essendi ubique, et idcirco con notat creaturam existentem. Igitur ante creationem Deus non erat omnipræsens, sed erat in seipso ; at jam erat immensus, quia inerat ipsi virtus sese exhibendi præsentem in omnibus rebus quas erat producturus.

Recolantur breviter præcipui modi essendi in loco. *Circumscriptive,* quando aliquid ita applicatur loco ut totum locatum toti loco et partes locati partibus loci respondeant ; qui modus importat ut res habeat dimensiones et applicetur loco mediantibus propriis dimensionibus : unde angeli non sunt in loco circumscriptive, quia dimensionibus carent, nec corpus Christi in Eucharistia, quia, licet dimensiones retineat, non tamen applicatur loco mediantibus propriis dimension bus, sed mediantibus dimensionibus hosti® sub quibus latet. — *Definitive* autem aliquid est in loco quando ita conjungitur uni loco ne possit in alio consistere ejus quippe virtus ita definitur et limitatur in uno loco ne possit alibi applicari. Hoc modo angeli

1. *Prop.,* xxiii.
2. Vol. V, |>. 179-190.

sunt in loco. *Ubique* igitur est quod nec circumscriptive nec definitive, sed ita est in uno ut possit in omnibus simul locis et locatis esse, ut continens et excedens omnia[1].

V. Errores. — Licet plures veteres sapientes agnoverint l)eum esse ubique, plerique tamen ethnici philosophi Deum collocant in primo cælorum nec necessitatem mnnipræsentiæ suspicati sunt, ut animadvertit Tertullianus[2]. Nonnulli hæretici, prioribus Ecclesiæ sæculis, tentarunt hoc dogma pervertere. Juxta gnosticos, Deus supremus non est in nostro mundo præsens, sed interDeum et nos mediant æones innumeri ; juxta manichæos, Deus non est præsens in materia, quæ a principio malo procedit ; juxta arianos, Deus operatur quidem ubique, at Dei essentia non est ubique præsens[3].

Nonnulli Calvinistæ, sicut Vorat, et Sociniani in eundem impegerunt errorem.

Newton et Clarke non attingunt genuinum immensitatis conceptum, illam exhibendo ut spatium infinitum[4]. Plures philosophi spiritualist®, ut Rémusat, Hauréau, negant immensitatem, eo quod inde putent induci pantheismi periculum : est quidem Deus per virtutem ubique præsens, aiunt, at non per essentiam, secus esset aliquid rerum.

Non intelligunt isti essentiam esse *in* rebus quin sit *aliquid* rerum. Sufficit tamen obvia distinctio : potest esse aliquid præsens per essentiam quatenus *informal* locatum, et sic est pars ipsius, vel præsens per essentiam quatenus *efficienter* largitur esse et conservari loco et locato et illa infinite excedit, et jam non est pars intrinseca locati, sed causa ; sicut exponit hic Angelicus in principio art. 1 : «*Non* quidem *sicul pars* essentiæ, vel sicut accidens, sed sicut *agens* adest ei in quod agit ».

Respondelur itaque : quod est in rebus *ul forma,* est pars

1. Qi-oad cetera, cf. *Curs. Phil.Thomisl.,* t. II, p. 196 ss. ; I. III, p. 191 ss.

Î. Cf. Tertult.., *Apol.,* 47; *P. L.,* II, 518.

3. Cf. *Diction, théol. cathol.,* et *Diction, apolog.,* art. *Dieu* et art. *Gnose, Gnosticisme.*

4. Cf. Newton, *Princip.,* 1. Ill, Ciarse, *Lettres à Leibnitz* et *Traité de l'existence de Dieu.*

et aliquid rerum concedo ; quod est in rebus *ul agens,* seu ut *causa efficiens,* est pars, et aliquid rerum, nego. — Deus porro est in rebus ut agens, quod ex conclusione constabit.

VI. Conclusio : Deus est in omnibus rebus intime et substantialiter praesens.

De fide. Symbolum Athanasianum : « Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus[1] » Concilium Romanum sub Damaso Papa, 380, confitetur tres personas... *omnia conlinenles,* visibilia et invisibilia[2]. Hic asseritur factum et ratio ubiquitatis ; sunt nempe personae ubique praesentes quia res continent sicut causa efficiens quæ largitur et conservat esse. — Concilium Later. IV : « Firmiter credimus quod unus solus verus Deus... *immensus*[3]. » Item concilium Vaticanum confitetur esse Deum verum... *immensum*[4].

Textus Scripturæ sunt manifesti et notissimi, præsertim Ps. cxxvin ; et quasi omnes in illo effato D. Pauli resumuntur : « In ipso enim vivimus, movemur et sumus[5]. »

De traditione patristica sufficiat referre hæc verba S. Ambrosii : « Deus complens omnia, nusquam ipse confusus, penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus ; ubique totus, eodemque tempore vel in coelis, vel in terris, vel in novissimo maris praesens[6]. » Et hunc pulcherrimum textum S. Gregorii M. : « Unus et idem, totus ubique præsidendo sustinens, et sustinendo præsidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans[7]. »

Si quidam Patres dicunt Deum non esse in loco, intendunt non circumscribi loco, sed esse infinitum[8].

Probatur ratione S. Thomæ. Oportet ut causa per se et

1. Denzinger, 39.
2. *Idem,* 79.
3. *Idem,* 428.
4. *Idem,* 1782.
5. *Act.,* vu, 50.
6. S. Ambros., *De Fide,* l. I, c. xvi, n. 106 ; *P. L.,* xvi 552.
7. S. Gregor., *M., Moral.,* lib. II, c. xn; *P. L.,* lxxv, 565.
8. Cf. S. Basil., Ilomil. in illud : *In principio erat Verbum. P. (I.,* xxxi, 480.

immediate operans in rem aliquam conjungatur illi aut simul virtute et substantia aut saltem virtute. Atqui Deus est causa operans per se et immediate in omnibus rebus. Ergo oportet ut Deus sit in omnibus rebus præsens saltem virtute. Porro, cum in Deo non distinguatur virtus a substantia, ubi est virtus adest pariter substantia. Ergo Deus est in omnibus rebus per substantiam præsens. Ratio majoris est quia non fit effectus in passo nisi agens attingat passum. Sed attingere passum est conjungi passo. Quæ conjunctio fieri potest vel iinmediationc suppositi, vel iinmediationc virtutis, sicut scribens conjungitur passo immediatione virtutis, non immediatione suppositi ; dum calamus conjungitur immediate per suppositum et mediate per virtutem.

Semper itaque et in omni actione requiritur contactus saltem virtutis ; quia, cum operari sequatur esse, nequit agens operari ubi nullo modo est. Hinc verissimum axioma : *Aelio in distans simpliciter accepta repugnat*[1]. Agens quippe et passum se habent, sicut actus et potentia. Atqui actus non perficit potentiam nisi conjungatur illi, nec forma dat actum materiæ nisi stricte illi uniatur. Ergo.

Proh. min. Deus intime operatur ubicumque est effectus Dei proprius. Sed in quacumque re est effectus Dei proprius, nimirum *esse,* quod a Deo immediate pendet, non solum quando producitur, sed et quaindiu conservatur, quodque dicitur id quod est profundius et intimius et actualius in qualibet re. Ergo Deus operatur intime et per se in omnibus rebus. Ratio minoris subsumptæ hæc est : Esse est effectus *proprius* illius lanium qui esse habet ex se et ex propria natura. Atqui solus Deus habet esse ex se et ex propria natura, cum sit Esse per essentiam seu lisse subsistens. Ergo solius Dei esse est effectus proprius[2].

Semel autem ostenso Deum esse intime præsentem in omnibus rebus per virtutem, illico apparet adesse præsentein etiam per substantiam, quæ a virtute non discriminatur.

1. Cf. *Curs. Phil. Thomist.,* VI, p. 142 ss.
2. De hoc effato, cf. *Curs. Phil. Thomisl.,* t. V, p. 81-82.

VII. De ratione præsentiæ Dei in rebus.

Licet Deus sit per suam substantiam in qualibet re intime præsens, ratio tamen præsentiæ non est ipsa substantia. Hine quæstio de ratione *formali* præsentiæ Dei in rebus, ac consequenter de vero immensitatis conceptu. Justa Scotistas, Molinam, Lessium, Toletum, Franzelin, Hurter[1], formalis ratio præsentiæ Dei in rebus est illimitatum esse divinum, seu infinitas divinæ præsentiæ ; et consequenter immensitas est illimitata divinæ substantiæ diffusio, seu infinita divinæ substantiæ extensio ; juxta Thomislas[2], formalis ratio præsentiæ Dei iri rebus est applicatio virtutis, seu actio virtualiter transiens, ita ut Deus ibi tantum sit ubi operatur ; ac subinde immensitas est virtus qua valet se exhibere ubique præsentem[3].

VIII. Conclusio : Formalis ratio præsentiæ divinæ in rebus est operatio Dei virtualiter transiens.

Duplex actio in Deo distinguitur : actio nempe immanens tantum, ex qua nihil extra Deum procedit et actio formaliter immanens et virtualiter transiens, quæ, licet in Deo consistat, *virlulem* tamen habet præstandi quod præstat actio formaliter transiens, scilicet ponendi effectum ad extra : quia igitur in Deo remanet, dicitur formaiiter immanens et, quia virtute sua effectum externum producit, recte vocatur virtualiter transiens.

Probatur conclusio. Ratio quam assignat Scriptura cur sil Deus præsens in nobis est quia in nobis influit et causal vivere, moveri et esse : *In ipso enim vivimus, movemur el sumus**. Atqui causare in nobis est nobis adesse per virtutem, seu per actionem vritualiter transeuntem. Ergo ratio quæ ex Scripturis colligitur cur sit

1. Cf. Scot., II *Seni.,* dist. 3, q. v ; Molina in P. 1-8 ; Lessius, *De Summo Bono,* lib. II, c. m, v. 16; Tolet., *Comment,* in I. P., q. vin, a. 1; Franzelin, thés. XXXIII ; Hurter thés. XIV.

2. Cum Thomistis militant, card. Billot, thés. IX ; L. Janssens, t. I, p. 323 ; Van der Meersch, n. 214 ss.

3. Cf. comment. S. Thom., in h. l. ; et P. Froget *L'habitation du Saint-Esprit dans les âmes justes* I. P. ; Paris, Lethielleux.

•l. *Act.,* vu, 50.

Deus in nobis præsens est actio Dei virtualiter transiens.

Nec aliam exhibet S. Thomas ; quippe qui semper ad rationem causæ vel agentis provocat : « *Sed sicut agens adest ei in quod agit.* »

Probatur ratione theologica. Cum substantia divina sit absoluta et independens a rebus creatis, nullam ad ipsas importat habitudinem actualis præsentiæ nisi quatenus facit eas actu pendere a se. Atqui facit eas actu pendere a se per operationem virtualiter transeuntem, quatenus nempe ponit effectum extra se. Ergo non habet actualem præsentiam in rebus nisi per operationem virtualiter transeuntem.

Confirmatur. Substantia secundum se a loco abstrahit ; unde, sicut substantia corporea non est in loco nisi per contactum quantitatis, ita substantia spiritualis non est in aliquo nisi per contactum virtutis, seu per operationem virtualiter transeuntem ».

Hinc S. Augustinus excludit alium conceptum divinæ præsentiæ per modum diffusionis vel extensionis : « Ne igitur quasi spatiosa magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sed ita potius sicut est magna sapientia[1]. »

Restat igitur ut Deus sit in rebus præsens per applicationem virtutis[3].

IX. Applicat autem Deus non per virtutem a se emissam, sed per infinitam virtutem a se indistinctam. — Virtus quippe, productiva esse, non ut est tale vel tale, sed esse simpliciter et universalissime sumpti, est ipsa virtus universalissima, seu infinita, a Deo indistincta. Atqui applicatio virtutis divinæ ad res importat virtutem productivam esse simpliciter et universalissime sumpti ; nam quod Deus

1. Objectiones Molinæ et illorum qui ipsi adhaerent optime solvit, card. Billot, *De. Deo Uno,* (dit. 5, p. 113 ss. — Cf. etiam card. Satolli, in h. l., disp. II.

2. S. Augustin., *Epist. CLXXXV11, ad Dardan., c.* iv. n. 11; *P. L.,* xxiii 836.

3. Quapropter optime concludit Sylvester Ferrariensis : « *Ipsa substantia est id quod est in loco, operatio vero est sibi ratio exisleridi in loco;* sicut substantia corporis continetur loco, dimensio vero est sibi ratio quod a loco contineatur. » In III *Cont. Geni.,* cap. lxviii.

producit non est esse ut tale, sed esse ut sic et absolute. Ergo illa applicatio non fit per virtutem a Deo emissam, sed per virtutem infinitam a Deo indistinctam.

Quocirca applicatio virtutis infinitæ, seu operatio virtualité!· transiens, est formalis ratio omnipræsentiæ ; ipsa vero infinita virtus est formalis ratio immensitatis.

X. Hinc solvitur quæstio utrum Deus sit in spatiis imaginariis. — Quia ratio præsentiæ est operatio, Deus non est actu ubi non operatur actu. Atqui non operatur actu in spatiis imaginariis. Ergo non est actu.

Dici tamen potest esse *virlualiler,* quatenus virtutem habet sese exhibendi præsentem illa producendo[1].

Unde ante mundi creationem Deus non erat diffusus extra se, sed erat in se tantum. Ad rem S. Augustinus : « Antequam faceret Deus sanctos, ubi habitabat ? In se habitatabat Deus, apud se habitabat, et apud se est Deus[2]. » Et S. Bernardus : « Non est quod quæras ultra, ubi erat : præter ipsum nil erat, ergo in seipso erat[3]. »

XI. Cur dicatur Deus esse ubique per essentiam, praesentiam et potentiam (a. 3). — Hæc divisio, quæ a Petro Lombardo adhibetur[4], et jam a S. Gregorio M. innuitur[5], id utilitatis præ se fert ut omnes errores oppositos removeat. Quia enim maniehæi contendunt corporalia non esse a Deo nec ejus virtuti subdi, idcirco Deus dicitur esse in omnibus *per potentiam,* cui omnia sunt subjecta ; quia alii providentiam universalem quæ singula cognoscat negarunt, idcirco dicitur esse *per praesentiam,* quatenus omnia nuda et aperta sunt oculis ejus : quia demum alii fingunt Deum non immediate operari in omnes creaturas, sed in primas

1. Cf. P. Buonpensiere, O. P., in h. l., n. 431, Tabarelli, p. 207 ss.

2. S. Augustin., *Enarrat.,* in Ps. cxxii, 4 ; *P. L.,* xxxvn, 1632.

3. S. Bernard., *De Consider.,* lib. V, c. vi, n. 14; *P. L.,* clxxxii, 796.

4. Petr. Lombard., *I Sent.,* dist. 37.

5. Cf. S. Gregor. M., *Moral.,* lib. II, c. vm, et *Honiil.* VIII in *Ezech.* — Allinis modus loquendi habetur apud Richardum a S. Victore, Il *De Trinil.,* c. xxin, et apud S. Anselmum, *De Fide Trinil.,* c. iv.

lantum, idcirco dicitur esse in omnibus *per essenliam,* lanquam causa immediata largiens esse et conservari.

Polenlia seu virtus est principium immediatum quo res producit et est ratio formalis essendi in rebus (n. ix) ; *præsentia* autem innuit omnia *immediato conspectui* subjici ; *essentia* dicit vero immediationem non tantum virtutis sed et supposili.

XII. De speciali præsentia Dei in quibusdam. — Præter *communem* præsentiam, quæ attenditur in ordine *naturae,* sicut jam explicatum est, alia est *specialis* in ordine *graliæ* et alia *specialissima* in ordine hypostatico. In justis Deus est *specialiter* præsens, non solum quatenus speciales effectus producit, sed quatenus substantialiter et personaliter in anima sancta inhabitat[1]. Ordo autem hypostaticus *specialissimam* importat præsentiam, vi cujus esse divinum humanitati assumptæ ita conjungitur et communicatur ut sit una hypostasis vel persona.

Exigit porro donum præsentia? specialis in nobis ut et nos Deo inhæreamus per intellectum, frequentissime Deum cogitando, et per voluntatem semper illi placendo, quem modus diligendi est sine modo diligere[2] (q. ix).

XIII. De immutabilitate Dei (q. ix). — Eo ipso quod Deus, sit plenitudo essendi, seu primus motor immotus, vel actus qui nulli admiscetur potentiæ, non potest aliquid amittere vel acquirere, sed est absolute immutabilis. Platonici immutabilitatem divinam confessi sunt, quam negarunt monistæ, dum Deum vocabant indeterminatum quod se evolvendo fit omnia. Vetustissimum errorem suscitant recentiores pantheistæ et immanentistæ, qui legi progressus Deum ipsum subjiciunt, et Sociniani, qui docent esse divinum quidem mutationi non esse obnoxium, sed contingere posse in voluntate et decretis Dei variationem.

Fides catholica asseritur præsertim in conciliis Later. IV

1. P. Froget, O. P., *L'habitation du Saint-Esprit dans les âmes justes,* Paris, Lethielleux ; Ed. Hügon, *Le Mystère de la Très Sainte Trinité,* p. 262-286.

2. S. Bernard., *De Diligendo Deo,* c. i ; *P. L.,* clxxxii, 974.

et Vaticano, ubi Deus vocatur *incommutabilis*[1][2] Scriptura in hoc verbo S. Jacobi quasi tota resumitur : « *Apud quem non esi transmutatio nec vicissitudinis obumbratio*[3][4] » et Traditio patristica in hoc effato S. Gregorii Magni : « *Sed, quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra vicissitudinis intercidit*[3]. »

Ratio theologica desumitur, ut diximus, ex notione entis primi, motoris immobilis, actus puri absque ulla compositione, qui est simul plenitudo essendi. Ceterum, legatur littera S. Thomæ.

XIV. Pro difficultatum solutione. — Sufficit pauca recolere. 1° In Scripturis D. us dicitur *poenitere**, quatenus destruit opus quod antea condiderat, sicut agit homo quem facti pœnitet ; sed hoc mutationem importat solum ex parte effectus.

2° In actu divino tria possunt attendi : actus ipse, terminusque actus, ac relatio quæ ex actu exsurgit inter Deum et creaturam. Actus quidem est absolute æternus et immutabilis, sicut essentia divina ; terminus autem ad extra est in tempore et mutationem *exlrinsecam* tantum dicit, ex parte actus divini, quatenus illi respondet in temporé effectus qui prius non erat : sicut turris, quando a me cognoscitur, mutatur solum *exlrinsece,* eo quod ipsi respondeat cognitio mea, quæ prius non erat. Relatio demum est realis ex parte creaturæ, sed rationis tantum ex parte Dei.

Itaque Deus in se remanens immotus diversa pro diversis temporibus operatur ; et, si quandoque mutat opera, nunquam tamen mutat consilia.

Quoad cetera quæ immutabilitatem spectant recolantur dicta in *Melaphysica*[3].

XV. De aeternitate Dei (q. x). — Omnia quæ spectant æternitatis notionem, distinctionem ab ævo et tempore

1. Denzinger, 428, 1782.
2. Jac., i, 17.
3. S. Gregor. M., *Moral.,* lib. XII, c. xvn ; *P. L.,* lxxv, 1004. S. Augustin., *Traci.* XX11I *in Joan.,* 9, el Serm. VII, n. 7 ; *P. L.,* xxxv, 1588; xxxvm, 6.
4. *Genes.,* vi, 7.
5. *Curs. Philos. Thomist.,* t. V, p. 198-203.

requirantur in Philosophia nostra[1]. Satius erit in præsenti commemorare declarationes Ecclesiæ : in concilio Remensi, sub Eugenio III, 1148, in concilio Later. IV, in concilio Vaticano, ubi Deus dicitur *ælernus,* immensus[2] ; et textum S. Augustini : « Summum bonum, quo superius non est, Deus est ; ac per hoc *immutabile* bonum est, et ideo vere *ælernum* et vere *immortale*[3]. »

Ratio theologica desumitur ex immutabilitate. Æternitas sequitur immutabilitatem, sicut tempus sequitur motum ; nam æternitas est duratio absque successione, quæ quidem supponit prius et posterius. Unde qui est maxime immutabilis, non suscipiens prius et posthrius, est maxime æternus. Imo Deus est sua æternitas. Cum enim æternitas sit duratio esse divini, ille est sua æternitas qui est ipsum esse divinum. Deus porro est esse divinum. Ergo Deus est sua æternitas. Ex qua notione confutantur omnes formæ monismi et pantheismi, quæ æternitatem pessumdant, eo ipso quod Deum subjiciant evolutioni vel cum perpetuo *fieri* confundant.

XVI. Ex hoc etiam conceptu IMMUTABILITATIS, quæ est ratio æternitatis. colligitur differentia inter æternitatem, œvum et tempus. — Æternitas est duratio entis immutabilis et quoad substantiam et quod operationem ; ævuin est duratio entis immutabilis quoad substantiam, sed mutabilis quoad operationem ; tempus est duratio entis mutabilis et quoad substantiam et quoad operationem.

XVII. Hinc demum eruitur Deum so um esse proprie aeternum aeternitate essentiali. — Cium solus Deus sit suum esse et absolute immutabilis, creaturæ participant æternitatem eo modo quo participant immutabilitatem. Unde *ælerna* dici possunt quadruplici sensu : 1° quæ habent ducationem diuturnam, sicut dicuntur *monies æterni* ; 2° quæ habent interminabilitatem, sicut dicitur *ignis ælernus,*

1. T. II, p. 212-228.
2., Denzinger, 39.
3. S. Augustin., *De nat. bon. coni. Manisch.,* c. i, *P. L.,* xlii, 551.

■quamvis mutationem patiatur ; 3° quæ substantiam habent immutabilem, ut *creaturæ spirituales,* quæ sunt in ævo, et generatim ea omnia quæ, licet habeant initium, non tamen suscipiunt successionem et finem ; 4° et specialiter *visio beatifica* dicitur æterna, quia in illa nulla est nec esse potest variatio.

Itaque sensu proprio *ælernitas participata* est mensura operationis creatæ quidem, sed supernaturalis et quæ nullam variationem admittit, ut visio beatifica et amor beatificus ; *modus* autem *ælernitatis* est mensura rei supernaturalis, ut sunt virtutes infusæ, quæ utpote a Deo immediate derivatae, aliquid de ejus duratione participant.

Demum *modus ævilernitalis* est mensura alicujus operationis, quæ, licet non sit absolute invariabilis, non potest tamen deficere, sicut angelus semper habet cognitionem suæ essentiæ.

XVIII. De definitione æternitatis. — Optima est definitio Boetii, quam exponit et vindicat S. Thomas (ad 5) : « *Interminabilis vilæ lota simul et perfecta possessiol.* » — « Dicitur : *possessio,* quia in ætemitate nihil exspectatur ut futurum, sed Lotum est in possessione quieta et permanenti. — Additur : *lota,* 'non quia partes suscipit, sed in quantum nihil ipsi deest. *Simul et perfecta.* In tempore enim duo sunt consideranda : scilicet ipsum *tempus,* quod est successivum, et *nunc* temporis, quod est imperfectum. Hinc dicitur : *lota simul* ad removendum tempus, et : *perfecta* ad excludendum nunc· temporis... Dicitur : *vilæ,* quia subjectum æternum, vere æternum, non solum est ens, sed et vivens. Insuper vita se extendit quodam modo ad operationem, non autem esse. Protensio autem ducationis videtur attendi secundum operationem magis quam secundum esse. Melius ergo fuit definire : *possessio vilæ,* quam *possessio esse.* — Tandem additur : *interminabilis,* quia ens omnino immutabile, sicut nec successionem, ita nec principium aut finem patitur2. »

1. Bœtius, *De consolat. Philosophica,* t. V, pros. VI, *P. L.,* 1 x iii, 858.
2. *Curs Philos. Thomisl.,* II, p. 216-217.

Alia, æquivalens, traditur a S. Anselmo definitio : « *Interminabilis vita simul perfecte lota exislens*[1]. » Quam definitionem ipsi boetianæ definitioni esse præferendam putat L. Janssens. « Quum in duobus in quibus ab ea discrepat, majorem sibi vindicet profunditatem. Etenim a) constructio sine genitivo *(vita)* fortior est et efficacior ad significandum æternitatem esse ipsum Deum, quippe cujus vita est ejus esse. — *b)* Vita *exislens* pariter melius indicat æternitatem mensurare τὸ esse ipsum Dei ; dum vilæ *possessio* identitatem inter possidentem et possessum minus valide exprimit[2]. »

Licet id verum sit, attenta solum grammaticali constructione, quoad rem tamen identitas illa ex tota definitione colligitur, et aliunde *possessio* importat statum firmum et tranquillum ac plenam quietem, quæ etiam beatitudinem innuit. Quapropter definitio boetiana, non grammaticaliter sed philosophice inspecta, videtur plenior ac pulchrior et idcirco præferenda.

Regi autem sæculum immortali, invisibili, soli Deo, honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen[3].

XIX. Compendium totius doctrinæ de essentia et attributis divinis. — Traditur in illis thesibus quæ fuerunt a S. Congregatione Studiorum approbatæ, ut plane continentes Docturis Angelici principia et pronuntiata majora. Admissa enim doctrina fundamentali de essentia et existentia, illico habetur vera notio Dei ejusque distinctio a creaturis.

Eo ipso quippe quod Deus sit actus purus, nullam admittit imperfectionem, nullamve limitationem aut multiplicitatem ; sed est necessario *unus, simplicissimus,* et, quia est absque ulla compositione, est penitus *immutabilis,* et quia est absque limite quoad locum et ducationem, est absolute *infinitus, immensus, ælernus.*

Hinc infertur constitutivum essentiæ divinæ esse ipsum

1. S. Ansblmus, *Monolog.,* c. xxv.
2. L. Janssens, t. I, p. 385.
3. *I Tini.,* i, 17.

Esse subsistens ; hinc tandem habetur ipsa *puritate sui esse* a finitis omnibus rebus secerni Deum.

Quapropter exscribere opportunum ducimus has theses :

« I. Potentia et actus ita dividunt ens, ut quidquid est vel sit actus purus, vel ex potentia et actu tamquam primis atque intrinsecis principiis necessario coalescat.

II. Actus, utpote perfectio, non limitatur nisi per potentiam, quæ est capacitas perfectionis. Proinde in quo ordine actus est purus, in eodem nonnisi illimitatus et unicus existit ; ubi vero est finitus ac multiplex, in veram incidit cum potentia compositionem.

III. Quapropter in absoluta ipsius esse ratione unus subsistit Deus, unus est simplicissimus ; cetera cuncta quæ ipsum esse participant naturam habent qua esse coarctatur, ac tamquam distinctis realiter principiis, essentia et esse constant.

XXIII. Divina essentia, per hoc quod exercitæ actualitati ipsius *esse* identificatur, seu per hoc quod est ipsum Esse subsistens, in sua veluti metaphysica ratione bene nobis constituta proponitur, et per hoc idem notionem nobis exhibet suæ infinitatis in perfectione.

XXIV. Ipsa igitur puritate *sui esse,* a finitis omnibus rebus secernitur Deus[1]. »

1. *Acia Aposlolica Sedis.,* vol. VI, p. 383, sq. - Cf. opus nostrum : *Les vingt-quatre Thèses thomistes,* Paris, Téqui.

QUÆSTIO QUARTA

Quomodo Deus cognoscatur a nobis

AD Q. XII S. THOMÆ

In tractatu de Deo Uno considerat Doctor Angelicus quomodo Deus sit in sua natura et in suis attributis ; deinde, priusquam ad operationes divinas faciat gressum, exponit quomodo Deus a nobis cognoscatur : hinc sermo de visione intuitive et beata.

Redit quidem iterum quæstio in tractatu de novissimis, ubi de gloria disseritur ; sed speciali ratione, hic in tractatu de Deo Uno, expenditur, quo melius innotescat quid sit Deus in se, ex modo quo est intelligibilis vel incomprehensibilis respectu creaturæ.

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM ALIQUIS INTELLECTUS CREATUS POSSIT DEUM VIDERE PER ESSENTIAM, SEU DE VERITATE ET FACTO VISIONIS INTUITIVÆ

AD ART. 1 S. THOMÆ

I. Status quaestionis. — Quæritur utrum aliquis intellectus *creatus,* nempe in communi, sive angelicus sive humanus ; *possit,* absolute, abstrahendo a modo, sive per naturæ vires sive per gratiam ; *videre* Deum *per essentiam* id est immediate et intuitive, non tantum mediate, in alio et per aliud. *Visio* quidem actum visus proprie significat, sed propter dignitatem et certitudinem hujus sensus, extensum est vocabulum ad cognitionem aliorum sensuum,

1. Cf. Commentatores S. Thomæ, in. h. l.

etiam cognitionem intellectus, et demum ad cognitionem immediatam et intuitivam.

Possibilitatem porro visionis Dei intuitivæ negarunt, primis Ecclesiæ sæculis, nonnulli qui, testante S. Gregorio M., Deum dicebant etiam in regione beatitudinis, in claritate quidem sua conspici, sed in natura minime videri[1]. Postea, Almaricus, Waldenses, Arnaldistæ, contenderunt Deum non videri in se, sed in quadam irradiatione suæ claritatis. Sæculo XIV, Palamitæ et Armeni finxerunt pariter non videri Deum, sed æternam quamdam lucem a Deo derivatam « Videbunt claritatem Dei, quæ ab ejus essentia emanat, sicut lux solis emanat a sole et tamen non est sol[2]. »

11. Conclusio : Intellectus creatus potest videre Deum per essentiam et intuitive, imo de facto vident beati in cælo. — A posteriori et in actu exercito probatur possibilitas ex facto quod testatur fides ; a priori autem afferri possunt oplimæ congruentiæ quæ rem suadeant, non tamen demonstrent ; et valet pariter ratio evincere objectiones quæ in contrarium fiunt non esse cogentes.

Documenta ecclesiastica sunt :

1° Concilium Viennense, 1311, in quo reprobatur error Bcguardorum « quod anima non indiget lumine gloriæ ipsam elevante ad Deum videndum et eo beate fruendum[3]. » Ilie asseritur simul et necessitas luminis gloriæ, de quo infra, et possibilitas Deum vivendi et eo beate fruendi.

2° Definitio Benedicti XII, 1336 : « Vident divinam

1. Cf. S. Gregor. M., I *Moral,* XVIII, nis 83-93 ; *P. L.,* LXXVI, 91 ss.

2. Cf. *Libellus ad Armenos transmissus* a Bened XII, praesertim a. 7, 15, 23, 31. — Legatur hac de re : Le Bachelet, art. Benoit XII, in *Diction, lheol. calhol.,* col. 696 ss. — Palamas, qui etiam in errorem induxit Imperatorem Joannem Cantacuzenum, docebat videri a beatis non essentiam divinam, sed lumen aliquod simile illi, quo refulsit Christus in monte Thabor ; qua propter Palamitæ dicti sunt etiam *Thaboritæ.* Cf. Allatius, *De Concord, ulriusque Ecclesiæ,* lib. II, c. XVI.

3. Denzingbr, 475.

essentiam visione intuitiva et etiam faciali, nulla mediante creatura in ratione objecti visi se habente, sed divina essentia immediate se nude, clare et aperte eis ostendente, quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur, nec non quod ex tali visione et fruitione eorum animæ qui jam, decesserunt sunt vere beatæ et habent vitam et requiem æternam[1]. »

3° Concilium Florentinum : « Animas... in cœlum mox recipi et intueri clare Deum trinum et unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius[2]. »

III. Argumentum scripturisticum. — Ipse Christus diserte affirmat : « Beati mundo corde, quoniam ipsi *Deum videbunt.* — Angeli eorum semper vident *faciem Patris mei,* qui in ccelis est[3] ».

Promittit igitur Dominus nos Deum aliquando visuros, sicut vident nunc angeli, visione scilicet *faciali,* seu intuitiva[4].

S. Joannes : « Charissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus : quoniam *videbimus eum sicuti* est[5]. »

Hic opponitur visio patriæ cognitioni præsenti : in hac enim vita nondum est *apparitio,* seu revelatio Dei perfecta, in patria autem Deus nobis *apparebit* intuitive sicuti est.

Textus classicus est ille Pauli : « Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate ; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte ; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum[6]. »

1. Denzinger, 530. De illa Constitutione. Cf. Le Bachelet, in *Diction, theol. cathol.,* col. 657 ss.
2. Denzinger, 693.
3. Matth., v, 8 ; vin, 10.
4. Cf. S. Augustin., *De Civit.* Dei., lib. XXII, c. χχιχ ; *P. L.,* xli, 796 ss.
5. *1 Epist.* Joan., ni, 2.
6. *I Cor.,* xiii, 9-13.— Cf. *Comment.* S. Thomæ, in. h. l. ; Corluy, in. h. l.; P. Hugueny, O. P., *Revue Thomiste,* janvier 1905, p. 672 ss.

Apostolus antithesim instituit inter cognitionem viæ et cognitionem patriæ. 1°Præsens cognitio est per *speculum,* seu mediata, id est per speciem in altero resultantem, seu in medio creaturarum. 2° Est *in ænigmate,* quia etiam cognitio supernaturalis remanet obscura et confusa. Dicitur quippe ænigma sermo sub verbis obviis sensum profundum et difficilem continens ; ita in cognitione fidei sub verbis Immanis exhibentur conceptus rerum quæ nos excedunt et nonnisi per analogiam exprimuntur. 3° Cognitio viæ est ex *parle,* seu imperfecta, quæ objectum nec comprehendit nec adaequat nec intus legit. Cognitio autem patriæ erit 1° *facialis,* id est immediata, non per speculum ; 2° *clara,* non in ænigmate. ; 3° *perfecta,* non ex parte tantum.

IV. Traditio patristica. — Licet nonnulli scriptores ecclesiastici, ut Theodoretus, in modo loquendi defecerint, traditio ipsa patristica numquam defecit[1]. S. Basilius testatur fore in altera vita contemplationem nudæ divinitatis[2]. S. Chrysostomus, cujus mentem dubiam fuisse nonnulli exhibent, aperte profitetur visionem intuitivam « Quid dicemus quando, regis cubiculis adapertis, intueri licebit ipsum regem, non per speculum nec per ænigma, sed facie ad faciem, non amplius per fidem, sed per speciem[3,4]» Docent pariter Patres visionem non retardari ; sic S. Gregorius Nazianzenus patrem suum jam fruentem Deo cum angelis contemplatur[1].

Si quando Patres dicunt Deum esse prorsus invisibilem, id quadrupliciter intelligi potest : 1° de visione *comprehensiva,* quia infinitum a facultate finita comprehendi nequaquam potest[5] ; 2° de visione *corporali* ; 3° de visione

1. Cf. Tabarelli, *De Deo Uno,* p. 268, ss.
2. S. Basil., *Epist.,* VIII, n. 7: *P. G.,* XXXII, 257.
3. S. Chrysost., *Epist. I ad Theod.,* II ; *P. G.,* XLVII, 292.
4. S. Gregor. Nazianz., Orat. 18, n. 4; *P. G.,* XXXV, 989.
5. De facto Patres impugnabant Eunomium et sequaces, qui contendebant posse Deum a nobis cognosci sicut cognoscitur a seipso. De Theodoreto, est major difficultas. Illum tamen defendunt plures theologi. Cf. Petav., lib. VII, c. V ; Tournely, q. XIII, conci. 2. — De errore autem Eunomii. Cf. *Diction, théol. catliol.,* art. *Eunomius.*

quæ fiat *viribus naluræ* ; 4° de visione etiam supernatural! quæ fiat in *hac viial.*

V. Ratio theologica. Arg. Ium. — Intellectus creatus potest beatitudinem suam ultimam consequi. Sed ultima beatitude intellectus creati est visio Dei per essentiam. Ergo intellectus creatus potest videre Deum per essentiam. Dicimus *polesl,* sensu explicato, scilicet absolute, Deus quippe non assignat finem absolute impossibilem adeptu. Minor est de fide, nam in præsenti ordine unicus finis homini assignatus est Deus per essentiam videndus. Beatitude quippe uniuscujusque est ut attingat suum principium. Sed Deus est intellectui creato principium essendi. Ergo est etiam intellectus beati ludo.

Insuper, beatitude ultima consistit in operatione intellectus altissima qua altissimum objectum attingitur. Atqui operatio altissima est visio intuitiva et objectum altissimum est ipse Deus, non quidem ut in effectibus apparet, sed ut est in se. Ergo ultima beatitudo consistit in visione Dei.

Arg. IIuin. Quamvis Deus clare visus non contineatur intra objectum intellectus creati proportionatum, continetur utique intra objectum ejus adæquatum. Atqui intellectus, saltem supernaturaliter adjutus, valet objectum suum adæquatum attingere. Ergo intellectus creatus potest ad claram Dei visionem evehi. Declaratur argumentum. Objectum intellectus adæquatum est quidquid habet rationem veri, ideoque ens in tota sua latitudine, abstrahendo a modo quo attingitur verum[2]. Quælibet autem facultas potest objectum suum adæquatum assequi, sive per se et mediis propriis, sive alterius auxilio : sicut oculus potest attingere omne coloratum, dummodo ei sufficienter præsentetur, s ve ope telescopii sive alio modo, sicut auris percipere valet omne sonorum quod ipsi, sive naturaliter sive ope telephonii, objicitur. Deus pariter potest intellectui creato præsentari, dum modo ei convenienter

1. Cf. S. Augustin., *Epist.,* 148, c. u, n. 6, ss ; *P. L.,* xxxhi, 624 ss.

2. Cf. Curs. nost. *Philos. Thomist.,t.* IV, p. 114, ss : P. Garrigou-Lagrange, O. P., *De Revelatione,* p. 380 ss.

adaptetur. Illa autem adaptatio fit quatenus intellectus elevatur et fortificatur per lumen gloriæ.

Deus sub ratione entis continetur manifeste sub objecto adæquato intellectus ; at etiam sub ratione deitatis est formaliter ens et in se continet formaliter-eminenter modo simplicissimo, actualissimo, omnes perfectiones simpliciter simplices ; et idcirco quidquid perfectionis est in conceptu entis in Dei reperitur ; imo *lota ratio entis* in Deo est. Unde, si ens in tota sua latitudine est objectum adæquatum, non potest Deus sub ratione deitatis ab objecto adæquato excludi.

VI. Ratio desumpta ex naturali desiderio videndi Deum. — Incst homini naturale desiderium, cum videtur effectus, intuendi causam, non quomodocumque, sed ut est in se. Atqui omnia hujus mundi entia cognoscuntur ut effectus Dei. Ergo inest homini naturale desiderium intuendi eorum causam Deum, ut est in se. Sed desiderium naturale non debet esse absolute et simpliciter impossibile. Ergo possibile est homini Deum intueri ut est in se.

De vi illius argumenti nec non de natura hujus desiderii multa versarunt theologil. Alii contendunt esse desiderium innatum et efficax, ut Baiani et Jansenislæ, qui statuunt dona naturalia Adamo concessa fuisse naturæ debita. Alii volunt esse appetitum innatum sed inefficacem ad claram Dei visionem, ut Durandus. Alii, ut Augustinenses, cum L. Berti, dicunt esse appetitum innatum «t quodammodo efficacem, licet non absolute, quatenus dona illa supernaturalia, licet non sint simpliciter debita, ex convenientia tamen bonitatis divinæ aliquatenus debeantur, ita ut status naturæ puræ, in se quidem possibilis, de potentia Dei ordinaria dari non possit. Alii intelligunt desiderium inefficax et conditionatum, ita Vasquez, Suarez, Salmanticenses, Bannez et multi thomistæ, licet non omnes

1. Cf. Salmant., Tract. II, disp. I, dub. III.— Gonet, disp. I, a. 5; 1'. Pùgues, el generatim. commentatores D. Thom., in I. P., q. xn, etin lam, llæ, q. 3, à. 8. — Cf. Aliunde *Revue Auguslinienne,* janvier 1910; Didiot, *Logique surnaturelle,* etc. ; Garrigou-Lagrange, *De Revelatione,* p. 385-403, Van der Meersch, n. 300-303.

codem modo rem exponant. Alii accipiunt de desiderio mixto : supposito nempe hominem ordinatum esse ad finem supernaturalem, illud desiderium fit quasi naturale, quia tunc videt homo quosdam effectus Dei supernaturales, ut opera gratiæ. Ita Cajetanus, Didiot, etc.

At constat 1° non esse appetitum innatum efficacem. Etenim ad ea respectu quorum habet homo appetitum naturalem innatum reducitur per agens naturale. Atqui ad Deum explicite et intuitive videndum non reducitur homo per agens naturale ; secus desineret discrimen inter objectum Dei proprium et objectum proportionatum nostri intellectus. Ergo — Quapropter Baianismus destruit gratuitatem ordinis supernaturalis ; et hinc fuit ab Ecclesia damnatus[1].

Similiter excluditur opinio Augustinensium ; nam dona supernaturalia sunt simpliciter gratuita et status naturæ puræ est simpliciter possibilis, ut alibi probatur. Quia igitur Deus intuitive visus non est finis naturalis creaturæ, non potest dari respectu talis visionis desiderium naturale. Inde excluditur etiam opinio Scoti. Desiderium innatum est respectu objecti et finis naturalis, ut salvetur principium finalitatis : omne agens agit propter finem sibi proportionatum et naturalem. Quocirca appetitus vere naturalis est etiam efficax, vi principii finalitatis jam enuntiati.

Agitur itaque de desiderio *elicilo* quod sequitur cognitionem. Duplex porro est desiderium elicitum.

Viget imprimis desiderium absolutum et efficax quo aliquis tendit efficaciter ad bonum sibi ostensum ut proportionatum, sicut anima spiritualis vult suam immortalitatem, quo modo non appetimus Deum intueri. Nequit inesse desiderium naturæ absolutum et efficax ad ea quæ totaliter superant naturæ vires et conatum. At visio Dei clara, ut est in se, est soli Deo propria, excedens omnes intellectus creati vel creabilis vires ; sicut intellectus divinus et objectum ejus simpliciter excedunt cujusvis creaturæ intellectum et objectum.

Habetur autem desiderium inefficax et conditionatum

1. A. S. Pio V, 1a oct. 1567. — Cf. præsertim, prop. 21 et 26; Denzinger, 10021, 10026.

quatenus appetimus bonum non debitum si fieri potest, abstrahendo forte a modo quo fieri possit : sicut desidéramus immortalitatem corporis, in quantum est possibile, tametsi forte nesciatur quomodo possit adimpleri. Hoc sensu intelligenda videtur ratio S. Thomæ.

Quæ alii reponunt de desiderio mixto non sunt ad rem ; nam desiderium mixtum supponit ordinem supernaturalem, dum, e regione, intendit Angelicus ex desiderio naturali suadere possibilitatem ordinis supernaturalis. Agitur itaque de desiderio quodam vero quo visionem intuitivam appetimus, abstrahendo a modo quo fieri possit ; desiderio quidem elicito, quod sequitur cognitionem effectuum primæ Causæ.

Nec etiam dicitur desiderium explicitum videndi essentiam ut est ipsa Trinitas personarum, sed desiderium videndi essentiam saltem ut est radix attributorum quorum effectus in mundo conspicimus. Requidem in Deo essentia est idem cum personis, et idcirco non satiatur de facto desiderium nisi in visione personarum simul et essentiæ ; sed appetitus de quo inquiritur ab his abstrahit, et tendit in visionem essentiæ ut est in se.

Tandem est desiderium liberum, non solum quoad exercitium sed etiam quoad specificationem. Tunc enim solum dicitur desiderium liberum quoad exercitium et necessarium quoad specificationem, quando voluntas, licet non necessitetur ad actum, non potest tamen aliud objectum amare. Atqui voluntas in via potest amare, imo de facto amat plura quæ ad visionem intuitivam non ordinantur. Ergo desiderium quo illam appetit in via est liberum etiam quoad specificationem[1], in ordine ad visionem essentiæ ut est in se.

Quo sensu argumentum D. Thomæ ostendit visionem beatificam, nedum repugnare naturæ, imo *valde congruere el esse rationi omnino consentaneam.* Hinc non concludit S. Doctor desiderium esse inane si homo *non videat* Deum, sed si *non possit videre.*

1. Ilæc valent contra opinionem Suarezii, Vasquezii, Valentia, etc. De qua consuli possunt Salmanticenses, *De Gratia,* tract. 11, disp. I, dub. IV, III.

Et sane si deest etiam ipsa possibilitas implendi aliquando desiderium, frustra omnino illud est nobis inditum.

VII. Licet argumenta rationis suadeant possibilitatem visionis intuitivæ. non tamen demonstrant absolutel. — Demonstratio hujusmodi fieri nequit a posteriori, ex effectu, quia visio beata nullum producit effectum externum cum ipsa connexum, ex quo illa innotescat ; nec a priori, ex causa continente proxime effectum, nam nullam deprehendimus hujusmodi causam ; nec dici potest intellectus noster causa continens proxime visionem beatam, cum respectu illius solum habeat potentiam obcdientialem, cujus extensio soli Deo patet.

Objicitur : Evidens est ens in communi esse objectum adaequatum intellectus creati. Sed evidens est objectum adaequatum posse ab intellectu attingi. Ergo evidens est Deum utpote contentum intra objectum intellectus nostri posse ab intellectu nostro videri.

Resp. : Dist. maj. : Evidens est ens in communi *naturale* esse objectum intellectus creati adæquatum, concedo ; ens in communi prout dividi potest in naturale et *supernaturale.* nego. Contradist. min. et dist. conclus·. : Deus sub ratione entis in communi, concedo, Deus in se et clare visus, nego. « Non est evidens lumine naturali objectum adæquatum intellectus esse ens in communi prout abstrahit a naturali et supernatural!, cum lumine naturali non possit cognosci dari aliquod ens supernaturale. Unde, quamvis Deus clare visus revera sub illo contineatur, hoc tamen solo lumine naturali demonstrari nequit. Secundo, quamvis lumine naturali esset evidens ens ut. sic secundum rationem communem suæ analogiæ esse objectum adæquatum intellectus creati, nihilominus nequit inde evidenter concludi ac demonstrari possibilitas visionis beatificæ ; quia ad hoc salvandum non est necesse quod intellectus creatus possit attingere Deum ut in se est, et cognitione clara et intuitiva, qualis est visio beatifica ; sed satis est quod

1. Cf. Gonet, disp. I, a. 4, nls i.xiv, ss. ; Salmant., in I. P., q. xn, disp. III, II et III, n. 44-47 ; Billuart, dissert. IV, a. 3, appendix ; Tabarelli, op. cit., p. 281 ss.

abstractive aut alio modo imperfectiori sit ab illo cognoscibilis[1]. »

VIII. Discrimen attendendum. — Intellectus noster manifeste et apodictice probat Deum non contineri intra objectum adæquatum sensus, quia liquet diversum prorsus esse ordinem ; non probat autem cum omni evidentia Deum sub ratione deitatis esse intra objectum adæquatum intellectus, ut modo audivimus ; attamen id maxime suadet, ut diximus n. v. ; nam, cum Deus sub ratione deitatis contineat totam rationem entis, non videtur cur non esset objectum adæquatum illius intellectus qui pro adæqualo objecto respicit ens in tota sua latitudine sumptum.

1. Gonet, ibid., n. 71.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MODO VISIONIS INTUITIVÆ SEU DE SPEOIE AD VISIONEM INTUITIVAM CONCURRENTE

AD ART. 2 S. THOM®

I. Quæstiones solvendæ. — Concedunt omnes theologi non dari in visione intuitiva speciem *objeclivam,* id est objectum quod prius cognitum duceret in cognitionem Dei. De fide enim est nullam mediare creaturam in ratione objecti visi se habentem, sed ipsam essentiam nude et dare se ostendere menti beatorum, ut definit Benedictus XII[1]2 Fatentur etiam generatim, præter Aureolum, /Egidium a Præsentatione et Vasquez, non dari speciem impressam creatam in visione intuitiva. Disputatur vero utrum detur species expressa seu verbum mentale, et pariter utrum Deus uniatur intellectui beatorum per modum speciei intelligibilis[3].

II. Prima conclusio : Licet ad visionem intuitivam essentiæ divinæ requiratur ex parte potentiæ visivæ aliqua similitudo, quæ est lumen gloriæ, nulla tamen dari potest ex parte objecti species impressa creata[3].

Ex parte facultatis necessaria est quædam similitudo, ut potentia intellectiva adaptetur et proportionetur essentiæ divinæ intelligendæ . Cum autem Deus sit lux et claritas maxima, requiritur ex parte videntis aliquod lumen : sive naturale, ut est ipse intellectus, sive supernaturalc, videlicet lumen gloriæ, id est virtus elevans et

1. Denzinger, 530.
2. Recolantur notiones traditæ in Psychologia de necessitate et munere tum speciei intelligibilis tum verbi mentalis, cf. Hugon, *Curs. Philos.,* t. IV, p. 32 ss. — De opinione, Aureoli, cf. Capreol., IV *Seni.,* dist. 40, q. v.
3. De diversis sententies. cf. Salmant., Tract. II, disp. II.

confortans intellectum ut iste capax fiat Deum videndi actu.

Inde infert Vasquez S. Thomam admittere speciem impressam in visione beata, quia similitudinem requirit ex parte videntis. Sed perperam omnino, nam species impressa se tenet ex parte objecti ; et, licet sit actus et forma intellectus, est essentialiter *objectiva,* quippe quæ munus habet objectum repræsentandi.

Probatur itaque esse non posse speciem impressam creatam in visione intuitiva. Ad visionem, sive sensibilem sive intellectivam duo requiruntur, scilicet facultas objecto videndo proportionata, et unio objecti cum facultate, sive per seipsum sive per similitudinem sui repræsentativam. Atqui impossibile est aliquam similitudinem vel speciem creatam esse repræsentativam essentiæ Dei ut est in se. Ergo requiritur ut visio Dei fiat, non per similitudinem essentiæ divinæ repræsentativam. sed per ipsam essentiam divinam intellectui beato per modum formæ unitam.

Declaratur major. Visio, cum sit actus vitalis, debet procedere a potentia vitali, quæ vitaliter attingat objectum; ac proinde requiritur vitalis quædam unio facultatis et objecti, juxta axioma : *Ex objecto et potentia pariiur notitia.* Objectum porro potest esse facultati vitaliter præsens duplici modo : vel per seipsum, quando objectum est per essentiam intra videntem et actu intelligibile ; sicut essentia angelica est conjuncta intellectui angelico et est actu intelligibilis, et sic cognoscitur absque similitudine ; vel per speciem sui repræsentativam, quando ipsum objectum non est intra essentiam videntis aut non est actu intelligibile.

Ratio minoris est quia infinitum non potest per speciem finitam repræsentari.

Angelicus Doctor, ad hoc penitus demonstrandum, triplex affert argumentum.

Arg. Ium. Per speciem intelligibilem inferioris ordinis nequit perfecte et clare cognosci res superioris ordinis ut. est in se. Atqui omnis species creata est inferioris ordinis eum essentia divina. Ergo per nullam speciem creatam potest clare et perfecte cognosci essentia Dei ut est in se.

Major intclligitur de specie quæ remanet inferior etiam in

•■sse repræsentativol. Sensus non est speciem intelligihilem esse debere in eodem genere entis, quasi substantia non possit per speciem, quæ est de genere accidentis, perlecto cognosci ; sed oportet speciem in ordine repræsentalivo esse ejusdem immaterialitatis cum .objecto. Unde' substantia poterit per speciem intelligibilem de genere incidentis clare cognosci, dummodo species illa sit in eodem immaterialitatis et intelligibilitatis gradu. Si vero species sit minoris immaterialitatis et intelligibilitatis, jam liquet objectum non perfecte cognosci ; quia non repræsentatur aut exprimitur quantum est cognoscibile et intelligibilc.

Probatur min. Essentia divina et species creata non conveniunt in genre entis, quippe quod non prædicatur univoce de Deo et creaturis ; nec etiam in ordine repræsenlativo, cum Deus sit in summo actualitatis et intelligibilitatis vertice, utpote actus purus; dum species creata remanet semper actus potentiæ admixtus nec idcirco atl ingere valet summum intelligibilitatis gradum.

Unde hoc. argumentum evincit, non solum excludi de lacto speciem creatam, sed implicare ut detur species creata. Contra Suarez, Vasquez, Molinam. Fieri enim nequit, etiam de potentia Dei absoluta, ut actus potentiæ admixtus adæquet unquam actualitatem et intelligibilitatem actus puri.

Arg. IIum. Cum essentia divina sit suum esse et actus purus, nequit clare et adæquate exhiberi aut repræsentari nisi per speciem quæ sit pariter suum esse et actus purus ; quia, ut constat ex priori argumento, requiritur ad cognitionem adæquatam ut species gradum actualitatis objecti adæquet. Sed nulla dari potest, etiam de potentia Dei absoluta, species creata quæ sit suum esse et actus purus. Ergo absolute implicat essentiam divinam per creatam speciem adæquate repræsentari.

Arg. IIIum. Divina essentia est aliquod incircumscriptum cl infinitum omnem plenitudinem essendi involvens. Atqui nulla res creata valet ens incircumscriptum et infinitum

1. Cf. Gonet, Billuart, Pègues, etc., in h. l. S. Thomæ.

adæque repræsentare, cum omnis res creata sit in aliquo genere coarctata et restricta. Ergo.

Hæc ultima argumenta, ut diximus de priori, evertunt opinionem Suarezi, Vasquezii, Molinæ, de possibilitate speciei creatæ ; siquidem ostendunt repugnantiam metaphysicam[1].

III. Secunda conclusio : Essentia divina intellectui beato unitur per modum speciei intelligibilis. — Ita S. Thomas, Thomistæ et communius theologi ; contradicit tamen Suarez, eo motivo quia Deus tunc, intellectum nostrum informaret, quod est absonum.

Probatur. 1° Auctoritate Angelici : « Manifestum est igitur quod essentia divina potest comparari ad intellectum creatum *ut species intelligibilis*[2]. »—« Essentia divina unitur menti beatæ sicut *intelligibile intelligenii*[3][4] » — « Cum autem intellectus creatus videt Deum per essentiam, ipsa essentia divina fit *forma intelligibilis intellectus**. »

2° Ratione theologica. Ubicumque objectum est per seipsum intelligibile et proportionatum intellectui, unitur ipsi per modum speciei intelligibilis. Atqui essentia divina est per seipsam maxime intelligibilis, atque proportionate intellectui beato, qui lumine gloriæ elevatur, estque maxime præsens et unita intellectui beato. Ergo rationem habet speciei intelligibilis.

Objicitur : Species intelligibilis habet rationem formæ. Sed Deus nequit genere vices formæ. Ergo.

ftesp. : Dist. maj. : Species intelligibilis habet rationem formæ, quatenus hæc est actus *terminans,* concedo ; quatenus hæc est actus *informans,* nego. Contradist. min. et nego conclusionem.

Objectio Suarezii nihil evincit, nam species intelligibilis ut sic non influit per modum actus *informantis,* sed solum per modum actus *terminantis* et perficientis. Essentia porro divina, licet non possit informare, potest tamen terminare et perficere. Sicut in Incarnatione subsistentia

1. Cf. Card. Satolli, in h. l.
2. S. Thom., III. *Coni. Gent.,* cap. 1 i.
3. III l*. q. tx, a. 3 ad 3.
4. I l'., q. xii, a. 5.

divina supplet subsistentiam creatam, quatenus est actus terminans, ita, proportione servata, in visione intuitiva, essentia divina supplet speciem intelligibilem ; cujus munus «•st perficere intellectum, actuando et determinando. Si a utem species in nobis informat, id præstat, non præcise sub ratione speciei, sed sub ratione accidentis. Quocirca potest divina essentia munus exercere speciei, quin rationem formæ et accidentis ullatenus suscipiat.

IV. Utrum essentia divina prout rationem habet speciei intelligibilis active concurrat ad intellectionem[1]. — [1] diplex est speciei intelligibilis munus : 1° determinare el actuare intellectum, 2° concurrere active ad intellec-[1] ionem, eo quidem pacto ut intellectio simul ab intellectu et a specie intelligibili procedat[2]. Primum quidem munus essentiæ divinæ competere fatentur communiter theologi ; alterum autem munus denegant plures, ut Bannez et nonnulli Thomistæ, quorum hæc duo sunt fundamenta :

1° Species concurrit ut subordinata intellectui. Atqui essentia divina nequit intellectui creato subordinari. Ergo nequit concurrere.

2° Intellectio est actio essentialiter vitalis. At non foret vitalis, si procederet ab essentia divina, quæ est extrinseea. Ergo[3].

Sententiam affirmantem tenent Cajetanus, Salmanti-‹ enses, Complutenses, Gonet, etc.[1]

V. Tertia conclusio : Essentia divina, intellectui beato unita per modum speciei intelligibilis, active ad ipsam visionem concurrit. — Arg. IUU[1]. Essentia divina intellectum determinat ad specificationem actus. Atqui determinare ad specificationem actus est active concurrere. Ihgo essentia divina active concurrit ad illum actum qui «•»l visio intuitiva.

1. Cf. Cajetan, Bannez, Salmant., Joan., a S. Thom., Gonet, ni I. P. S. Thom.; q. xn. a.2; ex altera parte Vasquez, Tolet, In h. l.

Cf. *Curs. Philos. Thoinist.,* t. IV, p. 31-38.

‹ If. Bannez, in. h. l.

I. Consulantur præsertim : Cajetanus, Salmant., Gonet, lu h. l.

Major constat, cum a nullo possit determinari noster intellectus ad speciem actus visionis intuitivæ nisi ab ipso objecto, scilicet essentia divina ipsi intellectui unita. Prob. min. Determinare intellectum ad specificationem est illum complere et constituere in ratione principii actualis. At non potest complere et constituere in ratione principii actualis nisi aliquam activitatem depromat. Ergo determinare intellectum ad specificationem est depromere cum ipso activitatem quamdam, seu active cum ipso ad intellectionem concurrere.

Arg. IIum. Omnis actio quæ est de ratione speciei intelligibilis et quæ imperfectionem non involvit debet attribui essentiæ divinæ respectu intellectus nostri.

Atqui concursus activus est de ratione speciei intelligibilis nec ullam involvit imperfectionem. Ergo concursum illum activum habet essentia divina respectu nostri intellectus in visione beata. Prob. min. 1° Concursus activus est de ratione speciei. Nam intellectio ex duobus paritur : ex facultate et ex objecto per speciem facultati unito, juxta axioma : *ex objecto et potentia paritur notitia.* Ergo quod gerit vices speciei etiam intellectionem quodam modo parit. 2° Concursus activus est perfectio simplex. Reponitur enim in genere causæ efficientis. At, licet causalitas materialis vel formalis imperfectionem audiant, causa tamen efficiens id non importat, sed secundum se munus habet perficiendi seu largiendi actum.

VI. Convelluntur alterius sententiae fundamenta. — In creatis quidem concursus speciei subordinatur intellectui ; at id non est per se et sub ratione concursus activi, sed quia est accidens intellectus et quatenus accidens debet subjecto subordinari. Si vero species intelligibilis sit forma subsistens et actus purus, non postulat subordinari, sed proprium munus obit et concursum exercet independenter a sua concausa, licet cum ipsa. Hinc ruit primum fundamentum alterius sententiæ.

Nec stat secundum fundamentum. Sicut enim subsistentia divina in Incarnatione præbet humanitati creatæ subsistere, ita, proportione servata, in actu visionis, essentia divina, quæ est ipsum vivere, communicat intellectui

creato, cui vitaliter unitur, aliquod vivere divinum, seu aliquam vitalitatem supernaturalem.Unde vitalitas actionis supernaturalis in visione beata ex duplici capite repetitur

Ex parte quidem potentiæ, e lumine gloriæ, quod fit intellectui proprie intrinsecum et unum principium cum ipso efformat. Habitus quippe supernaturales fiunt aliquid sui subjecti et subinde intellectus his instructus et elevatus veram vitalitatem supernaturalem exserit.

Ex parte autem objecti vitalitas supernaturalis provenit efficienter ab essentia divina, quæ, cum sit esse vitale et intelligibile, communicat, unione sui, vitalitatem supernaturalem intellectui et intellectioni.

Hinc intelligitur excellentia et eminentia visionis in qua intellectus fit vere deiformis.

VII. Quarta conclusio : Dari nequit verbum mentale seu species expressa in visione intuitiva. — Ita censent fere communiter Thomistæ et multi alii theologi, dum oppositam sententiam tenent Suarez, Mazzella et alii non pauci 1.

Arg. Ium. Verbum mentale debet rem cognitam exprimere per modum imaginis. Atqui nulla res finita potest infinitam et incircumscriptam essentiam per modum imaginis exprimere. Ergo dari nequit verbum creatum in cognitione intuitiva essentiæ divinæ.

Arg. IIum. Requiritur verbum mentale quando vel res non est intellectui præsens vel non est sufficienter actualis ut terminus actu cognitus. Atqui essentia divina est intime et secundum se præsens intellectui beato ; aliunde est secundum se maxime actualis nec potest per verbum mental fieri actualior. Ergo in visione beata locus esse nequit verbo mentali.

Objicitur : 1° S. Thomas frequenter inculcat non dari intellectionem sine verbo, sed procedere verbum *ex hoc ipso* quod aliquid intelligit, verbumque esse de *ratione* intellectionis2.

1. Cum Thomistis sentiunt card. Billot, *De Deo Uno et Trino,* édit. 5, p. 152-154. — Tabarelli, p. 303 ss. ; L. Janssens, *De Deo Uno,* I, p. 434 ; Van der Meersch, n. 304. — Quæstionem late versant Salmant., Tract. II. disp. II, dub. IX. — Pro alia opinione cf. Suarez, *De Deo,* tract. I, lib. II, c. xx.

2. Cf. S. Thom., I P., q. xxvii, a. 1; qq. *disp.De Verit.,* q. ix, a. 5.

Besp. 1° Intelligenda esse verba. D. Thomæ hoc sensu quod verbuni semper formetur nisi eminentius suppleatur. Porro in visione intuitiva, essentia divina eminentissime supplet verbum creatum, sicut in Incarnatione subsistentia divina eminentissime supplet subsistentiam creatam.

2° « Hoc asserit de intelligente *connaturaliter* operante ; ideoque non oportet ut verificetur in intelligente qui intelligit... modo prorsus extraordinario et præter omnem suæ naturæ conditionem[1]. »

Ceterum Angelici argumenta quæ hic art. 2 evolvuntur valent pro qualibet specie, sive impressa sive expressa : verbum quippe mentale est inferioris ordinis eum essentia divina, nec ulla ratione potest esse incircumscriptum exprimere.

Objicitur 2° : Omnis actio creata debet habere terminum creatum. Sed intellectionis terminus est verbum. Ergo omnis intellectio creata debet habere verbum creatum.

Besp. : Dist. maj. : Omnis actio creata quæ est motus ad terminum debet habere terminum creatum, concedo, quia ideo præcise fit ut terminum producat ; actio vero quæ est ultima actualitas, ut visio beata, debet habere terminum, quem attingat, concedo ; terminum creatum, quem producat, nego, quia hujusmodi actio terminatur et quiescit in ipso verbo increato clare viso.

Itaque præfatum axioma : *omnis actio habet terminum* ita intclligitur ut actio habeat terminum vel quem *attingit* vel quem producit. Visio porro beata non habet terminum quem efficit, sed habet terminum quem attingit.

VIII. Hinc apparet quomodo visio beata sit stricto sensu immediata. — Triplex respectu cognitionis distinguitur medium, nempe medium, seu lumen *sub quo,* medium *in quo,* et medium *quo.* Medium vel lumen *sub quo* est. id 'quod facultatem roborat ad videndum, sicut lux materialis in visione oculorum, lumenque intellectus in intellectione naturali, ac lumen fidei in cognitione supernal.urali viæ. Istud porro medium datur etiam in patria, scilicet lumen glories, de quo infra ; sed minime impedit

1. Sylvius, *Comment.,* in h. h. I. P.

cognitionem immediatam, quippe quod se tenet, non ex parte rei visæ, sed ex parte potentiæ videntis.

Medium in *quo* est id quod prius cognitum manifestat aliud, sicut homo cognoscitur in sua imagine prius cognita ; et istud manifeste officit cognitioni immediatae ac subinde repugnat in patria. Medium *quo* est ipsa species expressa seu verbum mentale quo intellectus rem actu sibi exprimit et dicit. Nec istud dari ullatenus potest in visione beata, ut diximus. Remanet igitur ut visio sit simpliciter immediata, id est absque ullo medio ex parte objecti.

ARTICULUS TERTIUS

DE PERFECTA SPIRITUALITATE VISIONIS INTUITIVÆ

AD ART. 3 S. THOMÆ

I. De ratione et ordine articulorum. — Stabilita existentia et veritate visionis intuitivæ, ostensoque modo, jam investigatur ejus indoles, probaturque esse cognitionem ordinis *intellectualis* et *supernaluralis* : intellectualis quidem, ita ut nullus oculus nullave potentia sensitiva possit ad Deum videndum elevari, et hæc est ratio articuli 3 ; supernaturalis vero, ita ut nullus intellectus creatus possit per sua naturalia, id est per proprias vires, divinam essentiam videre intuitive, et hæc est ratio articuli 4. Unde in art. 3 probatur sensum carere etiam potentia obedientiali ad visionem intuitivam ; in art. autem 4 potentiam intellectus, quæ jam constat ex art. 1, esse, non naturalem et activam, sed obedientialem et passivam. Quocirca art. 3 est de perfecta *spirilualilale,* art. 4 est de absoluta *supernaluralilale* visionis intuitivæ ; art. 5 est de *medio* quo facultas evehitur ad illam supernaturalem visionem, videlicet de lumine gloriæ.

II. Conclusio : Essentia divina corporeis oculis vel aliis sensibus absolute invisibilis est, ita ut oculus etiam glorificatus nequeat elevari supernaturaliter ad intuitivam Dei visionem. — Prima pars est de fide, sive contra gentiles, sive contra anthropomorphistas, qui Deum fingebant corporeum et oculis visibilem. Secunda pars est certa, imo forte proxima fidei, quatenus est sequela necessaria dogmatis de spirit ualitate Dei absoluta, non tamen de fide.

Possibilit atem illius visionis, attenta potentia Dei absoluta, tuentur aliquatenus Valentia et Arriaga. Augustinus rem versavit. Si quando videtur dubitare et confitetur non parvam quæstionem esse, simpliciter concludit : « Eum

oculus corporis neque nunc videre potest neque tunc (in patria) poterit[1]. »

Sæculo XIX, D. Bougaud putavit oculum corporeum ad visionem Dei concurrere, ac subinde visionem illam non esse animabus possibilem ante resurrectionem nisi accepto quodam organorum corporalium supplemento[2].

Prob. Ia pars. Asseritur expresse in Scripturis. « Quod oculus non vidit nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ, præparavit Deus iis qui diligunt illum », scilicet visionem sui[3]. — « Lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit nec videre potest[4]. »

Ratione theologica. Facultas corporalis non potest naturaliter attingere nisi quæ intra objecti sui ambitum continentur. Atqui intra objectum oculi non cont inentur nisi quæ sunt ejusdem conditionis cum ipso, scilicet corpus vel qualitates corporeæ. Ergo facultas visiva corporalis non nisi corporea valet attingere, minime autem Deum vel spiritum.

Prob. IIa pars. Repugnat ut aliqua facultas etiam supernaturaliter feratur et evehatur extra objecti sui adæquali amplitudinem ; nam objectum adæquatum audit omnia ad quæ valet facultas, sive vi sua sive divinitus adjuta, elevari. Atqui Deus vel spiritus sunt extra objectum cujuslibet facultatis sensitivæ adæquatum. Ergo repugnat ut facultas hujusmodi elevetur ad Deum vel spiritum videndum. Prob. min. Id essentiale est facultati organicæ ut sit a materia dependens, cum ejus subjectum sit organismus animatus[5], ideoque ut cognoscat per speciem a materia dependentem, habeatque objectum a materia dependens. Atqui facultas a materia dependens, species ac objectum ijiiæ a materia non elongantur sunt in ordine totaliter diverso a spiritu, qui est a materia absolute abstractus «| segregatus. Ergo repugnat ut spiritus sit in eodem or-

1. S. Augustin., *Epistl. ad Italicam,* n. 3; *P. L.,* xxxm, 318.
i. Mgr Bougaud, *Le Christianisme et les temps présents,* 2e édit., I. V, ch. XIII, 3. — De hoc cf. L. Janssens, *De Deo Uno,* t. I, p. 440 ; Tabarelli, p. 307 ss.
3. *I Cor.,* h, 9.
4. *I Tim.,* vi, 16.
5. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* t. III, p. 86, 87 ss., 223-225.

dine c.um objecto facultatis organicæ. Hinc docent communiter philosophi catholici, contra Lockium, repugnare intrinsece substant iam materialem cogitantem1.

III. De sententia SS. Patrum. — 'Generation Patres tuentur impossibilitatem elevationis sensuum ad Deum videndum, et rationem ex *spirilualilale* Dei desumunt, quia nempe Deus esi omnis figuræ expers ; « Quonam ergo modo... fîguræ expers est, ac denique ejusmodi, ut nec tangi, nec oculis ‹erni queat2 ? » Unde *impossibile* simpliciter dicunt Deum ab oculis conspici : « Carnis quidem oculis contemplari Deum *impossibile*3.. » Hinc etiam concludunt Trinitatem personarum non posse sensibus attingi. « Non solum Patris divinitatem, sed ne Filii quidem et Spiritus Sam ii, quia una in Trinitate natura est, posse oculos carni- aspicere4 5»

IV. De mente S. Augustini. — S. Augustinus aperte fatetur oculos nostros in natura quam habent non posse Deum intueri, ni c invia, me etiam glorifica Los in patria6. Quæstionem tamen versat utrum oculi nostri in alios *præpollenliores* commutandi sint, qui etiam incorporalia attingere valeant, el concludit : « Quod ullis exemplis sive Scripturarum testimoniis divinarum vel difficile veil impos-ibile ostendere. » Explicat denique quo sensu concedi possit oculos in patria Deum visuros, quatenus apprehendunt effectum externum ex quo intellectus cognoscit Deum, sicut in præsenti statu dicuntur sensus videre vitam, apprehendendo aliquid sensibile, ‹ex quo intellectus illico vitam deprehendit, tametsi vitam sensus non percipiat".

1. *Ibidem,* p. 96-98.
2. S. Gregor. Nazianz., *Oral.* II, 28; *P. G.,* xx.xvi, 34.
3. S. C.YRit.L. Hieros, *Calech.,* IX, D, I, *P. G.,* xxxni, 638..
4. S. Hieron.., *In Isai.,* c. v, 1 ; *P. L.,* xxiv, 93.

Cf. S. Augustin., *Epist.* 92 *ad Italicam,* n. 3, *epist.* 147 *ad Pautinam, epist.* 148 *ad Forlunatianum : P. L.,* xxxni,318, 596 ss, 622.

6. Cl. S. Augustin, *De Civil. Dei,* lib. XXII, e. xxix, n. 3-6; *P. L.,* xi.i, 798.

V. Concludendum impossibilitatem illam posse sola ratione apodictice demonstrari. — Quia ratio evidenter ostendit ex una parte. Deum non contineri intra objectum sensus adæquatum et ex altera parte non posse sensum, ni penitus destruatur, extra suum objectum adæquatum ferri aut extendi.

ARTICULUS QUARTUS

DE ABSOLUTA SUPERNATURALITATE VISIONIS INTUITIVÆ

AD ART. 4 S. THOMÆ

I. Errores et opiniones. — Anomæi, Eunomiani, sæculo iv, contendebant Deum ab homine in hac vita non solum videri, sed etiam comprehendi[1]. Fuerunt medio ævo pseudo-mystici, Beguardi, quorum hæc erat doctrina[2]: « Quælibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata, nec indiget lumine gloriæ ipsam elevante ad Deum videndum et eo beate fruenduin[3] »

Ontologistæ volunt essentiam divinam, saltem ut est causa creaturarum, esse objectum naturale, imo et primum quod mens nostra intuetur.

Certum est de fide intellectum non posse naturaliter Deum intueri ut est in se. Quidam tamen Scholastici, ut Durandus, Molina, Ripalda, Arriaga, censent non repugnare ut creetur aliqua substantia intrinsece supernaturalis completa[8], cui lumen gloriæ foret naturale et visio beatifica naturaliter debita. Quam opinionem Vasquez vocat ineptam, Nazarius, temerariam, Bannez insignem ignorantiam[4].*

1. Eunomius, sicut asserebat omnia Dei nomina esse synonyma et significare *innascibilitalem,* ita volebat Deum a nobis in hac vita cognosci quantum cognoscibilis est. Cf. art. Eunomius, in *Diction, theol. calhol.*

2. Denzinger, 475.

3. Cf. Ripalda, *De Ente supernatural!,* t. I, disp. XXIII, et t. 1K, disp. ultima, sect. XL.

I. Cf. Bannez, *Comment,* in I. P., q. χπ, a. 4; Sai.mant., *De visione beali/ica,* tract. II, disp. III; Gonet, disp. I, a. 1, nl" xm-xxxix ; Suarez, *De Deo Uno,* n. 202 ; Frassen, *De Deo Uno,* disp. III, a. 7, sect. 1, q. i ; Lugo, *De Deo Uno,* disp. XXI1; Franzelin, *De Deo Uno,* tlies. XIV.

II. Prima conclusio : Nullus intellectus creatus potest per suas naturales vires Deum intuitive videre ut est in se.

De fide. — 1° Ex cone. Arausicano II et Tridentino sess. VI, can 1-3, hominem nihil posse in ordine supernatural! nisi supernaturaliter adjutum. Ergo de fide a fortiori est non posse videre Deum intuitive nisi supernaturaliter adjuvetur.

2° Ex laudato concilio Viennensi damnante errorem Beguardorum.

3° Ex damnatione propositionum Ontologistarum, praesertim primæ : « Immediata Dei cognitio, habitualis saltem, intellectui humano essentialis est, ita ut sine ea nihil cognoscere possit ; si quidem est ipsum lumen intellectuale[1]. »

Igitur, si Deum auctorem naturæ anima per suas nequit vires intueri, a fortiori non valet Deum ut est in sua vita intima naturaliter videre. In Scripturis visio Dei exhibetur : 1° ut totaliter transcendens et inaccessibilis : « Oculus non vidit, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit[2] », scilicet non solum sensus cognitionem excedit, sed et partem hominis intimam cor, seu mentem. « Lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit sed nec videre potest », scilicet naturaliter[3].

2° Ut soli Deo propria. « Deum nemo vidit unquam : Unigenitus Filius, qui est sinu Patris, ipse enarravit[4][5] » Illi ergo soli visio est naturalis qui est in sinu Patris. Solus autem Filius est in sinu Patris. Hinc soli Filio est naturalis visio Dei.

Scriptura aliunde testatur cognitionem quam habemus naturaliter de Deo non esse intuitivam, nec videri a nobis Dieum ut est in se, sed solum *per ea quæ facia surd:,* per *speculum,* in *ænigmale*[6].

Patres hanc veritatem in suis scriptis contra Eunomium

1. Denzinger, 1659.
2. Isai., lxiv; *I Cor.,* n, 9.
3. *I Tim.,* vi, 16.
4. Joan., i, 18; Cf. Matth., xi, 25-30; Luc, x, 21-24.
5. *Rom.,* I, 20.
6. *I Cor.,* xiii, 9-13.

ita vindicant ut videantur, primo intuitu, etiam possibilitatem visionis intuitivæ inficiari ; at rationes illorum penitius inspect® duo asserunt : 1° non posse videri per naturæ vires ; 2° videri per gratiam. Horum testimonia in hoc textu S. Epiphanii resumuntur : « Deum quidem videri, præsertim ab humana natura, non posse fatemur ; neque quod aspectabile est, id quod videri omnino non potest, intueri fas putamus. Sed idem tamen invisibilis Deus, pro sua benignitate et potentia, imbecillem aciem ita virtute sua corroborare dignatur, ut quod videri aliquis non potest, aspiciatl. »

Ratione theologica. Non potest aliquid naturaliter cognosci quidditativa cognitione, et intuitiva et immediata, nisi objectum cognitum et natura cognoscentis conveniant in eodem essendi modo seu in eodem actualitatis et irnma-Lerialitatis gradu. Atqui nullus intellectus creatus vel creabilis potest habere naturaliter eumdem essendi modum seu eumdem actualitatis et immaterialitatis gradum cum Deo. Ergo nullus intellectus creatus vel creabilis potest naturaliter videre Deum intuitive et immediate.

Probatur major. Ut aliquid cognoscatur quidditative, oportet ut forma intelligibilis qua objectum cognoscitur sit species propria,nempe repræsentet rem ut est in se! et insuper, cum species sit ad modum recipientis, oportet ut subjectum cognoscens et objectum cognoscendum fiant unum intentionaliter, a‹· proinde sint in eodem essendi modo seu in eodem actualitatis et immaterialitatis gradu. Quare, si subjectum in ordine inferiori consistat, non poterit recipere naturaliter speciem repræsentantem quidditative rem superioris ordinis, quæ majoris est immaterialitatis.

Non valebit ergo intellectus objectum illud superioiis actualitatis attingere intuitive nisi ad illud elevetur dono quodam gratuito, vi cujus ponatur in eadem intelligibilitatis linea; non quidem per æqualitatem absolutam, sed per æqualitatem proportionis, qua fiant unum *inlenlionuliler.*

Declaratur min. Deus est summa immaterialitas, summaque actualitas, cum sit suum esse, ideoque et summa

1. S. Epihhan., *Uteres.,* lxx, n. 7 ; *P. G.,* xlh, 350.

intellectualitas ; dum omnis intellectus creatus vel creabilis remanet semper potentiæ admixtus. Quare, ut attingat intuitive Deum intellectus, debet a Deo evehi supernaliter ad eumdem intelligibilitétis gradum'.

III. Ad cujus doctrinæ pleniorem intelligentiam recolendum est in triplici gradu entis res constitui. — Sunt 1° res in materia, ut est forma corporis; 2° res absque materia, quæ tamen non sunt suum esse, ut angeli ; 3° ens absque ulla materia et potentia quodque est suum esse.

Hinc triplex in cognitione gradus. Primus gradus subdividitur. Quædam enim forinæ habent esse in materia singulari, a qua penitus dependent, et his respondet cognitio *sensitiva,* quæ est singularium tantum. Est vero alia forma, in materia quidem existens, sed a materia independens, et huic proprium est cognoscere tamquam objectum naturale *quiddilatem rei materialis a materia abstractam.* In secundo gradu consistunt angeli, qui, eurii sint a materia segregati, habent pro naturali objecto *quidditatem rei spiritualis /inilæ,* seu substantiam separatam creatam. In ultimo gradu est Deus, qui pro naturali objecto habet *actum purum,* seu essentiam infinitam.

IV. Secunda conclusio : Repugnat ut creetur substantia supernaturalis. vel cui lumen gloriæ aut visio beatifica sint naturales.

Prob. Ia pars. Ordo supernaturalis transrendit omnem ordinem creatum vel creabilem, si quidem dicit quod superat omnes exigentias totius naturæ. Atqui nulla creari potest substantia quæ transcendat omnem ordinem creatum et creabilem. Ergo nulla dari potest substantia supernaturalis creata.

Confirmatur. Si daretur substantia supernaturalis, ipsum *supernaturale* esset prædicatum naturæ debitum. Atqui debitum et supernaturale, seu non debitum, e regione

!. Quæ argumenta militant contra omnes erroris formas jam n'•signatas, etiam ontologismum.

De ontologismo potest consuli card. Billot, *De Deo Uno.* q. n, Hies. II et noster *Curs. Philos.,* t. IV, p. 51 ss.

opponuntur, seu contradictorie. Ergo contradictionem implicat substantia supernaturalis.

Prob. IIa pars. Arg. Ium. Ultima dispositio ad formam aliquam non est naturalis nisi habenti formam, sicut dispositio ultima ad formam ignis non est naturalis nisi habenti formam ignis. Atqui lumen gloriæ est ultima dispositio ad essentiam divinam ut est forma intellectus. Ergo lumen gloriæ non est naturale nisi habenti essentiam divinam ; ac proinde, quia repugnat dari creaturam cui competat essentia divina, repugnat quoque dari creaturam cui naturale sit lumen gloriæ. Arg. IIum. Ut visio essentiæ divinæ sit naturalis alicui substantiæ, oportet ut illa substantia sit in eodem spiritualitatis et actualitatis gradu cum essentia divina; nam omnis fa ultas est in eodem ordine cum objecto suo naturali, proprio ac debito. Atqui repugnat dari substantiam creatam quæ sit ejusdem spiritualitatis et actualitatis cum essentia divina, quæ est actus purus. Ergo implicat dari substantiam creatam cui naturalis sit visio essentiæ divinæ[1].

V. Ordo ergo supernaturalis creatus in accidentibus consistit. — Ordo quidem hypostaticus est supernaturalis simul et substantialis, quatenus persona divina esse et subsistere divinum communicat naturæ humanæ ; al. ordo ille non est creatus, nec natura humana in Christo fit per unionem hypostaticam substantialiter divina.

Ordo porro supernaturalis creatus totus in accidentibus reponitur.

Ratio cur substantia creata esse nequeat supernaturalis, est quia exigit necessario sua prædicata, et proinde quasunt substantialia sunt debita; dum supematurale excludit omnem rationem debiti. Accidens, e contra, rationem indebiti compatitur. Triplicis quippe generis esse possunt accidentia : alia sunt necessaria, ut proprietates ; alia sunl contingentia, quæ tamen de potentia naturali subjeci i

1. Cf. Commentatores D. Thom., in I P., q. xn ; Cajetan, .Ioan, a S. Thom., Salmant., Tract. II, disp. Ill ; Sylvius, in h. I. ; Gonzalez, disp. XXV ; Gonet, disp. I, a. 1, nlß xm-xxxix ; Gotti, De *uisione Dei,* in li. 1., thés. XXIX, etc.

educuntur, ut scientia in homine, calor in aqua ; alia demum a solo Deo educuntur de potentia subjecti obedientiali, et hæc sunt manifeste indebita et supernaturalia. Quapropter ordo supernaturalis creatus vccari debet *ordo accidentium, non debitorum*[1].

1. *Cursus Philos. Thomisl.,* t. VI, p. 86 ss. — De his iterum, iu tractatu *De Gratia.*

ARTICULUS QUINTUS

DE LUMINE GLORIÆ[1][2]

AD ART. 5 S. THOM.E

I. Existentia luminis gloriæ est dogma fidei. — Omîtes qui tenent visionem beatificam fieri posse viribus naturae consequenter volunt frustraneum ac supervacaneum notis prorsus esse lumen gloriæ. Is error proprius fuit Beguardis, qui propterea expresse damnati sunt in concilio Viennensi : « Nec indiget lumine gloriæ ipsam elevante ad Deum videndum et eo fruendum*. » Tria hic asserit concilium : 1° lumen gloriæ esse necessarium ut *quaelibet* intellectualis natura *elevetur* : unde etiam pro angelis statuitur necessitas luminis gloriæ ; 2° ut Deum *videat* ; 3° ut Deo *beate fruatur.*

Scriptura et Patres non diserte loquuntur de lumine gloriæ sensu theologico, prout est facultas quædam supernaturalis, vel habitus infusus ; sed æquivalenter rem ipsam asserunt, dum inculcant Deum luce sua beatos illuminare, illosque suo lumine reddere *valentes* seu *potentes* ad suam essentiam videndam. Sic interpretantur doctores verba ps. xxxvi : « *In lumine luo videbimus lumen* », et Apocalypsis : « *Claritas Dei illuminavit eam*[3]. »

Juxta Origenem lumen illud est « *virlus Dei* per quam quis illuminatus vel veritatem rerum omnium pervidet, vel ipsum Deum cognoscit qui veritas appellatur[4]. » Juxta S. Irenæum claritas Dei est quid vitale, si quidem « *vivificat* » beatos[5].

1. Praeter commentatores D. Thomæ in h. l. consuli etiam possunt : Bipalda, *De ente supernatural/',* disp. XXIV ; Lessius, *De Summo Itono,* lib. II, c. vm ; Petavius, lib. VIII.
2. Denzinger, 175.
3. *Apoc.,* xxi, 23.
4. Oiuoen., *De Princip.,* I, 1 ; *P. G.,* xi, 121.
5. S. Bien., *P. G.,* vu, 103ö.

Citandus est præsertim S. Epiphanius, qui pulchre scribit : « Verum invisibilis Deus pro sua begnignitate ac potentia imbecillitatem *vi sua* corroborare dignatus est, ut quod invisibile est cerneret. Porro quod videat id quod invisibile est et infinitum, non sic videt qua infinitum est; sed quatenus natura fert ejus quod assequi non potest, adeo *valens* reddita ut *obtentis viribus* id facere possit[1] ».

Unde, licet non sit de fide, lumen gloriæ esse quoddam accidens supernaturale, seu habitum quo intellectus elevatur et habilitatur ad Deum intuitive videndum, est tamen de fide requiri aliquod lumen gloriæ, requiri nempe ut Deus vi sua intellectum corroboret iliique vires novas conferat in ordine ad visionem intuitivam[2].

II. Ratio theologica[3]. — Omne quod elevatur ad aliquam formam perfectam supra naturam debet ad illam aptari aliqua dispositione, quæ sit ejusdem ordinis cum forma ipsa, secus non vere, et proprie disponeret. Atqui intellectus, in visione intuitive, elevatur ad formam intrinsece supernaturalem. Ergo debet ad illam aptari aliqua dispositione intrinsece supernatural , vi cujus possit formam divinam recipere. Sed dispositio intrinsece supernaturalis quæ respicit objectum intelligibile est. quoddam lumen supernaturale, sicut forma et objectum illud. Ergo requiritur in visione beatifica lumen quoddam intrinsece supernatural·?, quo mens disponatur et elevetur.

Objicitur : Sufficere ut virtus naturalis extendatur nec. requiri auxi'ium diversi ac superioris ordinis·.

Resp. : Requiri virtutem superioris ordinis, imo et permanentem. Licet enim *extendatur* virtus, non ideo transilit ordinem suum, nec unquam attingit objectum quod ipsam totaliter transcendit. Ut objecto superiori conjungatur, debet supra seipsam evehi virtute superaddita, quæ sit ejusdem ordinis cum objecto, et ut fiat, conjunctio illa modo suavi et quasi connaturali. requiritur virtus permanens quæ rationem habet *facultatis* supernaturalis.

1. S. Epiihan, *Hæres.,* lxx, n. 7 ; *P. G.,* xt.n, 349.
2. Cf. L. Janssens, *De Deo Uno,* p. 448-449, 452.
3. Cf. Commentatores S. Thomæ, in. h. L, art. 5.

Sicut in via non sufficit extendere virtutem intellectus aut voluntatis ut eliciantur actus fidei et charitatis, sed requiruntur habitus infusi et intrinsece supernaturales, ita, et a fortiori, non sufficit ad visionem intuitivam extensio virtutis naturalis, sed nova et transcendentis ordinis requiritur virtus, qua intellectus ad gradum ipsius objecti evehatur.

III. Utrum de potentia Dei absoluta fieri possit ut intellectus creatus videat Deum absque lumine gloriae per modum habitus vel saltem per modum transeuntis communicato ? — Molina et Vasquez. existimant id fieri posse per assistentiam Dei cxtrinsecam aut concursum siinultaneum ; Suarez per potentiam obedientialem activam[1]. Negant vero Thomistæ et alii plurimi[2].

Sententia negans est omnino eligenda. Facultas naturaliter incapax producendi effectum se præstantiorem, nunquam illum attinget nisi intrinsece immutetur et virtuosior reddatur ; si enim penitus eadem, absque ulla intrinseca mutatione, persistit, in sua quoque naturali inertia perpetuo remanebit. Atqui per virtutem divinam extrinsecam assistentem facultas nullatenus in seipsa immutatur, cum illa assistentia sit extra facultatem nec ullum ipsi robur intrinsecum addat ; per concursum autem simultaneum facultas non redditur virtuosior, quippe qui effectum tantum, non vero potentiam attingit. Ergo nequit intellectus per assistentiam extrinsecam aut concursum simultaneum habilis fieri ad Deum in se videndum.

Aliunde repugnat potentia obedientalis activa.

Potentia obedientialis dicitur in ordine ad effectus supernaturales, et potentia activa censetur quæ in sua virtute continet effectum. Quocirca potentia obedientalis activa intelligenda est, quæ in suæ virtutis ambitu con-

1. Cf. Molina, disp. I ; Vasquez, disp. XLVI ; Suarez, lib. II, c. xvi, n. 5.

2. Cf. Comment. D. Th., in h. l.. Cajetan, Bannez, Joan, a S. Tiiom., Sa.mant., Gonet, disp. III, a. 3 ; et recentiores. — Legantur etiam Capreolus, IV *Seni.,* disp.XIX , q. iv; Alvarez, *De Auxiliis,* disp. LXV1I.

linet effectum supernaturalem, ideoque activam exigentiam habet respectu supernaturalis.

Atqui absolute implicat ut supernaturale, quod est totaliter transcendens et indebitum, possit intra potentiam activam vel exigentiam activam creaturæ contineri. Ergo implicat potentia obedientalis activa.

Imo, si hæc doctrina nimium produceretur, non foret absque immanentismi periculo ; nam, si reapse supernaturale continetur intra potentiam creaturæ activam, jam videtur esse aliquod naturœ nostræ *postulatum,* ut contendunt modernistæ.

Quapropter, ut intellectus habilis reddatur in ordine ad Deum videndum, debet recipere in se vim quamdam divinam, qua ipse intrinsece immutetur et elevetur.

Vis autem illa potest communicari vel per modum permanentis vel per modum transeuntis. Ut visio fiat connatural! et habituali modo, debet procedere a principio habituali et permanenti, et hujusmodi est lumen gloriæ in patria ; si autem visio communicetur solum transeunter, remanente statu viæ, ut admittit S. Augustinus de Moyse, dum esset in monte[1]2 et S. Thomas de Moyse et de Paulo, dum iste raptus est in tertium cœlum*, sufficit virtus ejusdem generis, nempe quæ sit per modum transeuntis communicata.

IV. Quid sit proprie lumen gloriæ. — Ex concilio Viennensi de fide est lumen gloriæ esse *donum* gratuitum quo natura intellectualis *elevatur* ad Deum videndum et eo beate fruendum. In quo vero consistat hæc elevatio non tradit fides ; theologi porro alii aliter explicant.

Quidam ponunt esse ipsum donum increatum, vel personam Spiritus Sancti, ut vult Thomassinus, vel essentiam divinam intellectui beato unitam[3], aut divinum et increatum lumen beatorum menti intime affulgens, ut contendit

1. Cf. S. Augustin., *Super Genesim.,* lib. XII, c. xxvi ss. ; *P. L.,* xxxv, 477 ss.

2. Cf. S. Thom., *Comm,* in *II Cor.,* xn,et IIa IIbe, q. cxlv, a. 3, ad 1 174, a. 4.

3. Cf. Thomassin., *De Deo,* lib. IV, c. xv.

Berti1.— Quæ opinio impossibile adstruit. Lumen quippe gloriæ debet esse principium quoddam quod fiat *nostrum,* ul potentiam nostram intrinsece immutet, corroborando et *elevando.* Atqui persona Spiritus Sancti vel lumen increai um fieri principium nostrum intrinsecum nequaquam potest ; essentia autem divina rationem quidem habet speciei inte.lligibilis, sed illud munus se tenet ex parte objecti, non ex parte principii, sicut esse debet lumen gloriæ. Unde personam Spiritus Sancti vel lumen increatum vel essentiam divinam dici lumen gloriæ absonum est.

Alii, ex schola scotistica, lumen gloriæ videntur ad caritatem reducere. Quod est etiam rejiciendum : nam exhibetur lumen gloriæ a concilio Viennensi ut principium *visionis,* elevans nempe intellectum *ad Deum vivendum.* Nequit autem eharitas esse visionis principium.

Eodem jure excluditur opinio eorum qui censent lumen gloriæ non aliud esse quam visionem intuitivam. quæ est ipsa lux intelligibilis. Quod enim requiritur *ad* visionem non est ipsa visio. Porro, juxta laudatum concilium, lumen gloriæ requiritur ad visionem. Ergo non est visio ipsa ; sed potius visio distinguitur et a lumine gloriæ, tamquam a suo principio, et a verbo mentali, tamquam a suo termino.

Communius traditur lumen gloriæ esse qualitatem creatam intellectui divinitus infusam, qua intellectus intrinsece perficitur et elevatur.

In genere vero qualitatis quid sit, utrum potentia an habitus ? Docent Thomistæ, contra Ledesma et Cabreram, esse habitum simpliciter, qui tamen modum habet potentiæ2.

Potentia enim simpliciter dicta indifferenter se habet ab bene vel male agendum, habitus vero determinate ad bene agendum si sit bonus, vel determinate ad male agendum si sil malus. Atqui lumen gloriæ se habet determinate ad bene agendum, scilicet ad Deum clare et perfecte videndum. Ergo lumen gloriæ non est potentia simpliciter dicta, sed habitus.

1. I.. Beht i, lib. III, cap. m. — De hac opinione. Cf. card. Gotti, in h. l.

2. Cf. Doni Soto, IV *Seni.,* disp. XLIV, q. n, a. 4; Gonet, disp. III, a. 4.

Modum tamen habet *poleniiae.* Nam habitus supernatural·» non supponunt in subjecto potentiam proximam, (um respectu supernaturalis non habeat subjectum nisi potentiam obedientialem ; sed conferunt etiam simplici 1er posse cum facile agere. Atqui conferre simpliciter posse est habere modum potentiæ. Ergo habitus supcrnaturales, subindeque lumen gloriæ, modum habent potentiæ.

V. De triplici munere quod gerit lumen gloriae. — Imprimis lumen gloriæ evehit superius intellectum creatum et corroborat in ordine ad intuitivam Dei visionem : facultas quippe naturalis non fit capax attingendi objectum supematurale nisi physice et intrinsece elevetur.

Secundo, disponit intellectum ad recipiendam formam intelligibilem divinam. Oportet enim ut id quod evehitur ad formama supra naturam disponatur ad ipsam dispositione quæ sit ejusdem ordinis. Est igitur lumen gloria? illa dispoitio quæ intellectum reddit deifonnem jamque proportionatum speciei divinæ recipiendæ.

Tertio, concurrit active cum intellectu ad actum superuaturalem visionis e'iciendum, eo quidem pacto ut actus si mul ab intellectu et a lumine procedat.

Liquet omnino lumen gloriæ non se habere passive, cum ;ul id præcise conferatur ut potentiam suapte natura incapacem roboret et cum ipsa operationem eliciat. Qua talione vero id præstet, an principaliter, an instrumentaliter ? Suarez, Vasquez, volunt instrumentaliter. Thomisl;e vero principaliter, quatenus intellectus lumine gloriæ instructus et perfusus oit vera causa principalis in suo offlinel, nec. dici possit intellectus instrumentum visionis nisi quodam lato et improprio sensu...

Probationes ita proponi possunt. Effectus connaturalis alicui potentiæ activæ procedit ab illa tamquam a causa principali. Sed visio intuitiva est connaturalis intellectui lumine gloriæ instructo. Ergo visio procedit ab intellectu per lumen gloriæ elevato tanquam a causa principali.

I. Cf. S. Thom.,1® 11»e, q. xxi, a. 2; qq. *dispp., De veril.,* >|. xxiv, a. 1 ad 5; Commentatores D. Thomje in I P., q. xit, a. 4 ; : i arez, *De Attribut.,* lib. II, c. xvi.

Constat major ex discrimine quod inter instrumentum et causam principalem viget : effectus nunquam fit instru-i mento connaturalis, dum causae principali effectus est vel naturalis, si potentia sit vi sui proporitonata, vel fit con-j naturalis si potentia per formam permanentem elevetur. Sic charitas fit connaturalis justo.

Declaratur min. Intellectus lumine gloriæ instructus esi jam deiformis jamque Deo proportionatus ; ac proinde visio eodem jure erit intellectui proportionata et connaturalis.

Confirmatur. Causa quæ instrumentaliter tantum concurrit non se movet ab intrinseco et *vilaliter,* sed quatenus instrumentum movetur ab agente principali. Atqui intellectus in visione beata se movet ab intrinseco et motu vitæ maxime intensæ, quæ est vita æterna. Ergo.

Demum, instrumentum per actionem causæ principali fertur extra objectum suum adæquatum, ut aqua in sacramento attingit gratiam, quæ est totaliter extra ipsius ambitum. In visione autem intellectus lumine gloria; perfusus non fertur extra objectum adæquatum, ut ex præcedentibus constatl. Quocirca intellectus et lumen gloriæ unum principium activum efficiunt, a quo visio beata elicitur, sicut amor Dei procedit principaliter a voluntate per charitatem informata.

VI. Lumen gloriæ cum cæteris habitibus supernaturalibus comparatum. — Tenent fere communiter Thomistæ lumen gloriæ esse gratia sanctificante imperfectius simpliciter, perfectius tamen secundum quid, charitate autem perfectius simpliciter.

Quod se habet per modum essentiæ et naturæ perfectius simpliciter est eo quod se habet per modum facultatis et proprietatis. Atqui gratia sanctificans se habet per modum essentiæ vel naturæ, principiique radicalis, lumen vero gloriæ, per modum facultatis, ac proprietatis, principiique proximi. Ergo gratia sanctificans est simpliciter perfectior.

1. Cf. Gonet, disp. III, a. 3 et 5; Salmanticenses, disp. III, dub. 11 : Bii.i.i art, disp. IV, a. 5 ; card. Gotti, *De lumine gloriæ,* q. iv, dub. III ; Tabarelii, *De Deo Uno,* p. 329 ss.

Secundum quid tamen lumen gloriæ est perfectius, quia per ipsum modo magis immediato magisque firmo et inamissibili finem ultimum consequimur quam per gratiam.

Est tandem perfectius charitate. Principium quo attingitur objectum beatificans est perfectius eo quod supponit objectum jam præsens. Sed lumen gloriæ est principium quo attingimus objectum beatificans, scilicet essentiam divinam, charitas vero in cœlo et amor beatus id non præstant, sed supponunt objectum jam præsens jamque obtentum. Ergo.

ARTICULUS SEXTUS

DE I.XÆQUALITATE ET GRADIBUS VISIONIS BEATIFICÆ

AD ART. 6. S THOMJE

I. Errores. —.Jam Origenistæ admisisse videntur æqualitatem beatitudinis propter æqualitatem animarum, quæ ante unionem cum t orpore erant sanctæ virtutes[1]2 Jovinianus autem expresse docuit omnes beatos fore in cælo æquales', quem errorem admiserunt medio ævo Cathari[3] et sæculo xvi Novatores. Nitebatur Jovinianus falso Stoicorum fundamento, nimirum peccata et vitia, et, ex opposito, merita esse in omnibus paria. Aliud est Novatorum fundamentum, scilicet homines constitui justos per imputationem justitiæ Christi : unde, quum una et eadem sit Christi justitia, una quoque et eadem erit pro hominibus, in terris justitia, cui una et eadem respondebit in coelis gloria, etiam pro Deigenitrice[4].

II. Fides catholica est beatos in cælo pro meritorum diversitate alium alio perfectius intueri divinam essentiam.

Scriptura testatur 1° mercedem coelestem, scilicet visionem beatificam, esse secundum opera : « *Tunc* reddet unicuique secundum opera ejus[5]. » Et Paulus : « Qui parce seminat parce et metet[6]. » Atqui justorum opera et merita sunt diversa, ut illi textus indicant, scilicet *parce* vel *mullum* seminare.'Ergo et diversa praemia diversaque visio.

Scriptura testatur 2° mansiones in cælo fore diversas : « In

1. Denzinger, 203.
2. Uf. S. Hieron., *In Jouinian.,* lib. II, et speciatim, c. xm ; *P. L.,* xxm, 281, ss.
3. Cf. Moneti, *Adv. Cathar.,* iv, 2.
-l. Ita Luther, *Serin. de Natio. Virginis.*
5. Mattii., xvi, 27.
0. *II Cor.,* ix, 6.

domo Patris mei mansiones multæ sunt[1]2 » — Atqui mansio in coelo non est aliud nisi visio et amor beatus. Ergo diversa visio diversusque amor in « celo. Scriptura testatur 3° in resurrectione beatos differre gloria, sicut stella differt a stella in claritate*. Porro, licet ille textus de gloria corporis intelligatur, indirecte etiam de gloria animæ est accipiendus, nam gloria corporis ab anima derivatur. Ergo erunt in cælo gradus in animæ gloria, qua* est visio.

Traditio patristica est constans et firma. S. Polycarpus martyr exclamat : « Præmia mea ex doloribus pensabo[3] », major nempe gloria erit juxta acerbiorem passionem.

S. Irenæus : « Quanto plus dilixerimus (Deum), hoc majorem .ab eo gloriam accipiemus[4]. »

S. Augustinus ex parabola operariorum in vinea laborantium ostendit unam esse beatitudinem objectivam, quia unus est denarius diurnus, sed aliunde probat diversam esse beatitudinem formalem propter diversum laborem. « Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea jubet dari omnibus... Sed multæ mansiones diversas meritorum in una vita æterna significant dignitates[5]. »

Definitiones Ecclesiæ. Concilium F'orentinum confitetur beatos in coelis « intueri clare ipsum Deum trinum, et unum *pro meritorum tamen diversitate otium alio perfectius*[6]. »

Concilium Tridentinum definit esse *augmentum* gratiæ cl augmentum gloriæ[7]. Atqui ubi est augmentum ibi est necessario inæqualitas. Ergo est inaequalitas gloriæ, seu visionis, sicut et gratiæ.

III. Rationes theologicæ. — Arg. Ium. Facultas vi-

1. Joan., XIV, 2.
2. *I Cor.,* xv, 41-42.
3. *Acia S. Pohjcarpi,* seu Epist. Ecclesiæ Smyrnensis de martyrio, n. 10; *P. G., v,* 1032.
4. S. Iren., *Coni. Hæres,* iv, 13; *P. G.,* vu, 109.
5. S. Augustin., *In Joan.,* Tract. LXVII, 2; *P. L.,* xxxv, 1812.
6. Denzinger, 693.
7. Sess. VI, can. 32.

dendi Deum non competit vi naturæ, sed per lumen g'oriæ, ac proinde quo perfectius est lumen gloriæ, eo perfectior ac plenior est facultas videndi Deum. Atqui lumen gloriæ majus vel minus infunditur pro diversitate charitatis. Ergo et pro diversitate charitatis major vel minor erit facultas videndi Deum.

Prob. min. Ubi est major charitas ibi est majus desiderium ; nam id præcise præstat major charitas ut mens nostra majori impetu et desiderio in Deum feratur. Atqui desiderium efficit quodam modo desiderantem aptum ad susceptionem desiderati, et Deus ipse magis diligit illum a quo magis diligitur atque idcirco majorem illi facultatem confert in ordine ad visionem sui. Ergo qui majorem habet charitatem suscipit, eo ipso majorem aptitudinem majoremque facultatem in ordine ad Deum videndum. Sed major facultas videndi Deum est majus lumen gloriæ. Ergo qui majore pollet charitate plenius ac perfectius suscipit lumen gloriæ.

Arg. IIum. Ad officium justi judicis pertinet non solum ut malis infligatur pœna et bonis conferatur præmium, sed etiam ut in poenarum et præiniorum distributione proportio cum meritis et demeritis servetur. Atqui ut justus judex se habet Deus in conferenda visione beata, quæ dicitur *merces, corona juslilиæ'.* Ergo diversam pro diversis meritis visionem tribuit.

IV. Quæ sit illa inæqualitas-, — Duplex distinguitur diversitas : alia *inlensiva,* ex modo videndi, quatenus idem objectum perfectius et darius videtur ; alia *extensiva,* quæ ad plura objecta se porrigit. Quidam theologi diversitatem intensivam ita intelligunt ut visiones angelorum et hominum specie essentiali inter se differant. Ita Durandus, Molina, etc. Negant vero Thomistæ et theologi communius[3].

Probatur breviter hæc ultima sententia. Species essentialis desumitur ex objecto et modo formaliter diverso

1. Matt ii., v ; *II Tim.,* iv, 5, 12.
2. Cf. Sai.mant., disp. V,
3. Gonet, disp. IV, cælerique commentatores S. Thomæ in h. l.

illud attingendi. Atqui in visione beata sive pro angelis sive pro hominibus est idem objectum, scilicet essentia divina ut est in se ; modusque attingendi est idem, scilicet i lare, immediate, absque ullo medio prius cognito. Ergo visio beata sive in angelis sive in hominibus ejusdem est speciei essentialis. — Nec reponatur diversam fieri speciem visionis ex diversitate specifica potentiæ ; nam principium visionis non est potentia naturalis, sed potentia devata per lumen gloriæ. Unde, si est idem specie lumen gloriæ, eadem quoque specie erit visio. Atqui idem specie in omnibus inest lumen gloriæ : est quippe lumen gloriæ habitus, qui potest quidem minus vel magis intendi, sed in omnibus eamdem habet tendentiam in Deum clare et immediate videndum. Ergo visio potest esse quidem magis vel minus intensa, vel etiam ferri ad plura objecta in Deo videnda ; sed ejusdem est speciei essentialis in omnibus.

V. Inaequalitatis ergo causa duplex assignatur : alia moralis, alia physica. — Moralis quidem est diversitas meritorum, ut monet concilium Florentinum : « *Pro meritorum diversitate alium alio perfectius.* » Causa autem physica est diversitas luminis gloriæ. Res itaque est sic intelligenda : ubi est majus et perfectius lumen gloriæ, ibi est major et perfectior facultas videndi Deum ; sed lumen gloriæ majus vel minus infunditur juxta gradum charitatis et meritorum, quia major charitas efficit desiderantem magis aptum, ut explicatum est, n. m. Ergo,

VI. Utrum diversitas visionis provenire etiam aliqualiter possit ex majori intellectus perspicacitate[1]. — Affirmant Scotus, Durandus, Molina. Id etiam asserit, æquivaleiiter, Cajetanus, dum dicit Verbum divinum, si assumpsisset naturam angelicam, potuisse cum eodem lumine gloriæ quod habet nunc melius videre Deum quam nunc videt in natura humana.

1. Cf. Scot., III, *sent.* dist. 12, q. m, et IV *Sent.,* dist. 50; Duhand, III, *Sent.* dist. 14, q. i ; Molina, P. I. q. xn, a. 6, disp. II; i x.iETAN., *Comm, in* III. P., q. XI, a. 4. — De diversis sententiis consulantur Joan, a S. Thom.; Salmant., Tract. II, disp. V, dub. 111 ; P. Pègues, t. I, p. 249 ; Tabarelli, *De. Deo Uno,* p. 337 s.

In ista ergo sententia, si anima et angelus habent lumen gloriæ æque perfectum, perfectius videt angelus quam anima ; si duæ animæ sint æquales in charitate et lumine gloriæ, perfectius intuetur anima quæ est perspicacioris intellectus. Negant vero communius theologi.

Ratio quam evolvit Angelicus, hic a. 6, evincit omnino non posse fieri majorem visionem nisi majus sit lumen gloriæ : « *Facultas videndi Deum non compeiit intellectui creato secundum suam naturam, sed per lumen gloriæ : unde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius Deum videbit.* » Et ad 3 : « *Diversitas videndi Deum erit per diversani facultatem, non quidem naturalem, sed gloriosam.* »

Ex quibus sic arguitur : Unica facultas videndi Deum est facultas gloriosa. Atqui facultatem gloriosam unice ptæstat lumen gloriæ. Ergo unicam facultatem videndi Deum efficit lumen gloriæ : ergo ubi æqualc lumen gloriæ, ibi æqualis visio.

Confirmatur. Gradus visionis non est minus supernaturalis quam visio ipsa secundum se. Atqui visio secundum se tribuitur tantum lumini gloriæ. Ergo et gradus visionis est lumini gloriæ tantum adseribendus ; ac subinde major perspicacitas intellectus nequit gradum præstarc in visione.

VII. Diversitas visionis in diversis non impedit perfectam beatitudinem singulorum. — Perfecte beatus ille censetur in quo capacit as beatitudinis est totaliter satiata. Sed in singulis beatis satiatur plene illa capacitas. Ergo singuli sunt perfecte beati. Explicatur min. Tota capacitas beatitudinis ex lumine gloriæ repetitur et ex charitate, quæ ipsi proportionatur. Unde, licet illi qui majus lumen gloriæ suscipiunt, majorem habeant, capacitatem et idcirco sint beatiores,.in omnibus tamen satiatur plene capacitas, quia omnes vident secundum lotum proprium lumen gloriæ et amant secundum totam propriam charitatem.

\ 111. Hinc oriri nequit tristitia vel invidia. — « Etenim beati hanc diversitatem cognoscunt in contemplanda essentia divina, adeoque hanc diversitatem intelligunt ul ordinalissimam, in eaque Dei sapientiam, benignitatem,

potentiam splendide elucentem.perspiciunt, et de ea laudant l*eum; præterea concivibus coelestibus quos perfecto amore amant, congratulantur de majori felicitate qua gaudent, illosque admirantur propter promptam ac generoam cooperationem auxiliis divinis, vi cujus merita acquisiverunt plural. »

1. Van der Meersch, *De Deo Ino el Trino,* n. 308.

ARTICULUS SEPTIMUS

DE INCOMPREHENSIBILITATE DIVINÆ ESSENTIÆ

AD ART. 7 S. THOM.E

I. Notio comprehensionis. — Dupliciter sumitur comprehensio : 1° pro rei *assecutione* et obtcntione, sicut dicit Apostolus : Sic currite, ut *comprehendatis*[1] » ; 2° pro cognitione *adæquanle* et exhauriente objecti cognoscibilitatem, tum *intensive,* quoad omnia quæ in ipso sunt, tum *extensive,* quoad ea quæ valet operari[2].

Ad comprehensionem proprie dictam tria requiruntur : 1° Ut *lotum* videatur et nihil ejus lateat. 2° Ut videatur *totaliter in seipso, seu intensive.* Magnum quippe intercedit discrimen inter cognosci *lotum* et cognosci *totaliter* : potest enim aliqua propositio tota intelligi, quin intelligatur totaliter, quantum esi cognoscibilis, vel percipi tota symphonia, quin totaliter percipiatur. 3° Ut res cognoscatur *totaliter etiam extensive,* quoad omnia quæ postet vel agere vel suscipere. Non exhauritur enim intelligibilitas objecti si cognoscitur tantum in seipso ; debet etiam videri ejus virtus et ea ad quæ se extendere valet, nam virtus ex suo objecto innotescit[3].

II. Errores. — Fides catholica. — Anornæi contendebant Deum posse a creatura totaliter comprehendi, imo docebat Eunomius Deum in hac vita cognosci a nobis quantum cognoscibilis est. Quidam theologi, ut Augustinus Favaroni,

1. *I Cor.,* ix, 24.

2. Primo sensu, non autem altero, dicuntur beati *comprehensores* : « Visio Dei per essentiam potest dici comprehensio in comparatione ad visionem viæ, quæ ad essentiam non pertingit; non est tamen comprehensio simpliciter. » S. Thomas, *De Verit.,* q. vm, a. 2 ad 5.

3. Cf. Tabauei.i.i, op. cit., p. 241 ss.

de Roma, existimarunt saltem animam Christi videre Deum cognitione comprehensiva.

Documenta Ecclesiae. Concilium Lateranense IV : « Unus solus est verus Deus... *incomprehensibilis*[2] ». Concilium Vaticanum : « Sancta Ecclesia credit unum esseDeum... *incomprehensibilem*[3]. » Hæc verba important quandam eminentiam absolutam, quæ omnem intellectum et in quolibet statu, etiam glorioso, omnino transcendit.

Nicolaus V approbavit damnationem a Concilio Basileensi latam contra propositionem Augustini de Roma : « Anima Christi videt Deum tam clare et intense quam clare et intense Deus videt seipsum[3]. »

III. An de fide sit Deum esse incomprehensibilem etiam respectu beatorum. — Ex documentis allatis, est de fide Deum incomprehensibilem esse saltem respectu viatorum ; existimat autem Vasquez non esse fide Deum non posse a beatis comprehendi, temerarium tamen dicere beatos Deum comprehendere[4].

Communior porro sententia existimat id esse de fide, quia præcitata verba sunt absoluta, universalissima et incompreherisibilitatem enunciant respectu cujusvis intellectus creati, quantumvis per gratiam vel gloriam elevati. Suarez suam sententiam sic proponit : « Ego vero existimo dogma fidei esse aliquem modum incomprehensibilitatis convenire Deo in ordine ad omnem intellectum creatum, quantumcuinque elevatum ad cognoscendum Deum, et in ordine ad omnem actum intelligendi creatum quantumcumque perfectum. Non assero hanc meam censuram esse de fide, de hoc enim aliis judicium relinquo ; sed explico modum quo intelligo dogma fidei[5]. »

Nos vero censemus verba conciliorum, sicut et verba Scripturæ, sensu obvio accepta importare absolutam incomprehensibilitatcm, etiam respectu beatorum.

1. Gap. *Firmiter,* Denzxnger, 428.
2. Sess. III, cap. i.
3. Cf. Barth. Carranza, O. P., *Summa conciliorum,* sess. II, eonc. Basileensis.
1. Vasquez, disp. LII, c. n.
5. Suarez, *De Deo,* Tract. I, lib. II, c. v, n. 6.

IV. Testimonia scripturistica. — Testatur Scriptura 1° Deum esse supra omnem cognitionem : « Ecce Deus, magnus, vincens scientiam nostram[1]. » 2° Deum esse prorsus incomprehensibilem : « Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viæ ejus[2]. »

Licet illi textus de cognitione viæ accipi possint, tantum incomprehensibilitatem Dei efferunt, ut de quavis cognitione, etiam patriæ, merito intelligantur. Hinc concludit S. Gregorius M. . « Nec tamen videbimus sicut videt ipse seipsum[3]. »

V. Argumenta rationis incomprehensibilitatem absolutam innuunt. — Fuit quorumdam theologorum opinio, cui favet aliquatenus Vasquez[4], fieri posse de potentia Dei absoluta ut Deus a beatis comprehendatur. Rationes Angelici absolutam impossibilitatem demonstrant[5][6]

Arg. Iu,n. Unumquodque cognoscitur secundum quod est actu. Deus vero est infinite in actu. Ergo est infinite cognoscibilis. Sed repugnat absolute ut creata cognitio liai unquam infinita, quippe quæ major esse nequit essentia et facultate in quibus recipitur. Ergo repugnat ut Deus a creatura tantum cognoscatur quantum est cognoscibilis.

Arg. II'1'". Eo perfectius vel imperfectius intellectus creatus cognoscit, Deum quo majori vel minori lumine gloriæ perfunditur. Atqui repugnat ut lumen gloriæ, utpote accidens in potentia finita receptum, fiat infinitum. Ergo repugnat ut intellectus creatus infinite seu comprehensive Deum cognoscat.

Arg. 111um. Ut res comprehendatur, debet cognosci, ut jam explicatum est, quantum est cognoscibilis, tum intensive, in se, tum extensive, quoad effectus®. Atqui

1. Job, xxxvi, 26.
2. *Hom.,* x, 33.
3. S. Gregorius M, .*Moral.,* lib. XVII, c. 1,1v, *P.L.,* i.xvi, 95. ITsecipua loca Patrum consulenda indicat Cl. L. Janssens, *De Deo* 17/10, p. 159.
4. Vasque?., disp. LI1 et ss.
5. Cf. S, Thom., IV *Seni.,* dist. 49, q. n, a. 3; et hic I. P., q. xn, a. 7.
6. « Totum autem eonprehenditur videndo, quod ita videtur

impossibile est essentiam divinam adæquate cognosci in se, cum sit pelagus essendi absque limite, et quoad effectus, quia divina virtus nunquam exhauritur et semper potest divina fecunditas novis atque novis modis absque fine participari.

VI. Quomodo ergo videatur totus nisi comprehendatur. — Nonnulli theologi sentire videntur, cum Toleto et Thomassinol, Deum non videri *totum* ; alii, cum Vasquez, \ ideri simul *totum et totaliter,* et incomprehensibilitatem in hoc reponi quod videri nequeant omnes ejus effectus possibiles. Tenendum est porro Deum totum videri, quia res simplex aut nullatenus aut tota videtur. Aliunde est de fide dari in visione beata inæqualitatem. Quæ quidem (onsistene debet primario in visione ipsius essentiæ, nec solum in visione effectuum, secus inæqualitas foret accidentalis dumtaxat. Unde concluditur incomprehensibilitatem considerandam esse primario respectu essentiæ divinæ. Nec ergo essentia nec virtus divina comprehenditur, nec Deus totaliter videtur, nec omnia in Deo videntur.

Standum est itaque in explicatione jam tradita : aliud est *totum* videri et aliud *totaliter* videri. Contingit enim diam in cognitione naturali ut attingatur objectum totum quidem, non tamen totaliter, sicut aliquod principium \el effatum inetaphysicum a nobis totum percipitur, non tamen cognitione exhauriente illius intelligibilitatem. Ita Heus in coelo objicitur totus intellectui, sed *modus* Dei infiniti non potest fieri *modus videntis* : unde licet, totus videatur, non videtur totaliter ab intellectu finito (cf. ad 3)2.

ni nihil ejus lateat videntem. » S. Augustin., *Epist.* C.XLV1I, i ni, n. 21 ; P. *L.,* xxxm, 606.

I. Gf, Tolet, in h. J. ; Thomassin., *De Deo,* lib. VI, e. xix ; l'in confutatione, vide commentatores S.Thomæ in h. 1., et Fran-/i i.iN, thés. XVII.

Cf. Comment, in h. 1., sive veteres, sive recentiones, Tabaci m.i, Billot, thés. XIV, Janssens, Buonpensiere, etc.

ARTICULUS OCTAVUS

DE OBJECTO VISIONIS INTUITIVÆ

AD ART. 8 S. THOMÆ

I. Status quaestionis. — Constat ex dictis Deum non comprehendi, darique in visione diversitatem tum intensivam, tum extensivam. Jam vero quaeritur quid de facto videant in essentia divina beati, num omnia quæ Deus effis cit vel efficere potest. Licet S. Thomas in hoc articulo disserat de objecto secundario, nempe de his « quæ facit Deus vel facere potest », haud abs re tamen erit, per modum unius conspectus, considerare quæ objectum visionis tum primarium tum secundarium spectant. Objectum primarium est ipse Deus, essentia nempe Dei unius et trini, seu substantia et personæ ; objectum autem secundarium importat omnia quæ a Deo fiunt vel fieri possunt, nempe existentia quæ scientiæ visionis subsunt, et possibilia quæ a scientia simplicis intelligentiæ cognoscuntur.

II. Conclusio : Nullus creatus intellectus videndo Deum videre potest in eo omnia ; sed plura vel pauciora secundum quod perfectius vel minus perfecte Deum videt. — Proh. Ia pars. Solus ille intellectus potest in causa omnes effectus et rationes effectuum videre qui causam totaliter comprehendit : ut enim plene innotescant omnes effectus a causa producibiles, oportet causam totam et totaliter intueri. Atqui nulla creatura potest totaliter cognoscere causam omnium effectuum creatorum, nempe divinam virtutem, quæ est infinita, sicut ipsa essentia. Ergo.

Prob. IIa pars. Omnia alia a Deo continentur in ipso sicut effectus in causa, ac proinde cognosci possunt sicut effectus. Porro quanto aliqua causa manifestius innotescit, tanto plures effectus in ea videntur. Ergo secundum quod perfectius vel minus perfecte cognoscunt beati Deum, plores vel pauciores effectus vident.

III. Quid de facto videant beati de objecto primario quod est Deus. — Beati de Deo vident quidquid actu formaliter et necessario continetur in Deo. Cum enim visio nil intuitiva et quidditativa, attingit ipsam Dei quiddilatein, Deum nempe sicuti est, scilicet unum in natura, et trinum in personis. Unde intuentur personas earumque ad invicem relationes. Definit enim concilium Florentinum « intueri Deum *unum el Irinum* ».

Imo implicat videri essentiam intuitive absque personis, nam essentia est realiter personæ et personæ constituntur relationibus, quas oportet esse simul natura et cognitione[1]. Generatim statui debet beatos in cœlis de Deo omnia illa videre, quæ crediderunt in via ; nam visio est fidei præmium.

Cognoscunt quædam libera Dei decreta, non tamen omnia. Requirit status bcatitudinis ut beati ea videant quæ ad seipsos spectant. Porro ad ipsos spectat nosse quædam Ubera Dei decreta, ut illa quæ circa proprium bonum vel parentum salutem versantur. Ergo illa cognoscunt[2]. Non tamen omnia, præsertim quæ respiciunt prædestinationem singulorum hominum, quippe quæ sunt Dei omnino propria ; nec etiam futura libera, quæ sunt in Dei potestate ; nec a fortiori diem ultimi judicii, de quo dicit expresse Christus : « De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in coelo[3]. »

IV. De objecto secundario, seu creaturis. — Pauca de hoc tradidit revelatio, ut probe intclligamus solum Deum esse sufficientissimum nostræ bcatitudinis objectum. Sunt tamen quædam principia certa quæ in hujus rei explorationem nos tuto manuducunt.

Beatitudb perfecta debet omne legitimum desiderium complere et satiare. Ad certe non satiaret omnia desideria

1. Ita communius theologi contra Scotum. — Cf. de hac ipuestione Salmant., Tract. II, disp. VI, dub. II.

Quomodo *ex vi visionis* divinæ essentiæ videant beati libera Iη·i decreta fuse exponunt Sai.mant., tract. II, disp. VII, dub. III.

3. Marc., χιιι, 32. — Anima Christi tamen hæc cognovit a primo instanti; vide dicenda in III P. de scientia animæ Christi H decretum S. Officii, 7 junii 1918.

si carerent, beati cognitione eorum quæ ad seipsos spectant. Ergo hoc inconcussum principium retineri potest : cognoscere beatos in cœlo quæ ad ipsos spectant[1].

Ut autem hæc amplitudo determinetur, beatus debet tripliciter considerari : 1° ut est ad ordinem supernaturalem elevatus ; 2° ut est pars universi a Deo per se intenta ; 3° ut est talis persona, quæ privatum vel publicum munus in Ecclesia gessit.

Quoad ordinem gratiæ, debent beati cognoscere illa *extra* Deum mysteria (nam mysteria in Deo sunt objectum primarium) quæ in via crediderunt : ut ea quæ spectant ad Ecclesiam, societatem supernaturalem, oeconomiam et efficaciam sacramentorum, præsentiam Christi in Eucharistia, vias Providentiæ quibus ipsi vel alii cum ipsis vel per ipsos ad salutem adducti sunt Visio quippe horum omnium est præmium fidei et ad Dei amorem maxime accendit.

Quatenus beatus est pars universi, debet cognoscere totam mundi machinam illiusque compaginem, ordinem et pulchritudinem, ac diversas rerum species, proprietates, virtutes ; et præcipue quæ ad animas humanas, quæ sunt partes pulchriores universi, et ea quæ ad coelestium spirituum, qui sunt mundi invisibiles, hierarchies et choros sped ani. Quia enim Deus in illo triplici mundo, corporeo, humano, spirituali, maxime manifestatur, talis requiritur in beatis cognitio, ut Deum ipsum plenius cognoscant et diligant. Non tamen vident omnia singularia, lacta vel cogitata hominum, cum ista omnia sint proprium Dei objectum nec aliunde beatitudinem constituant.

Quatenus vero est talis persona, beatus cognoscit ea quæ ad ipsum spectant : unde pontifex novit quæ pertinent ad Ecclesiam quam rexit, fundator Ordinis, quæ ad Ordinem, pater et mater, quæ ad familiam.

Certum est etiam sanctos cognoscere preces ad ipsos ore vel corde directas, quia certissime ad ipsos spectant. lia communiter theologi.

I. Citatur hac de re concilium Parisiense anni 15'28, in decretis ftdei, c. xiii : « *Ilealis pervium esse uniforme illud divinilatis speculum, in quo quidquid illorum interest illueeseat.* »

V. Comprehensores sunt vere beati.

Quapropter ex visione objecti sive primarii, sive secundarii et ex amore consequente sunt in omnibus desideriis satiati et idcirco simpliciter ac perfecte beati. Hinc definitio Benedicti XII, 29 januarii 1336 : « Nec non quod rx tali visione et fruitione eorum animæ, qui jam decesserunt, *sunt vere beatæl.* »

I. Denzinger, 530.

ARTICULUS NONUS

DE MEDIO IN QL'0 VISIONIS BEATÆ

AD ART. 9 S. THOM/E

I. Duplex modus videndi in Deo : formaliter et causaliter.

Agitur de medio in quo beati res cognoscant. Quoad objectum beatitudinis primarium nulla movetur quæstio, cum jam constet Deum non posse per ullam speciem creatam repræsentari ; sed de objecto secundario.

Res autem creatæ dicuntur videri vel *formaliter* vel *causaliter* in Verbo : formaliter quidem quæ videntur eodem actu, eodempe medio et eodem lumine, ac Deus ipse, ita tamen ut essentia divina sit ratio cognoscendi eætera I causaliter vero, quæ non videntur in essentia divina, sed per revelationes extra Verbum et *vi status beatitudinis.* Recte quidem dicitur *causaliter,* quia status ille beatitudinis requirit, seu est causa, ut videantur ; sed quum essentia divina non sit medium in quo videntur, non sunt cognita formaliter in Verbo.

II. Conclusio : Quæ a beatis videntur in Verbo *formaliler* non cognoscuntur per eorum species creatas, sed per essen tiam divinam intellectui unitam ; quæ autem videntur in Verbo *causaliter* cognoscuntur per species infusas vel ordi natas.

Probatur. Unumquodque cognoscitur secundum quod similitudo cogniti est in cognoscente. Porro duplex est similitudo : alia propria et adæquata objecto, ita ut res dicat ur in seipsa per suam speciem cognosci ; alia autem non propria, sed alicujus quod est simile rei ; quo casu res dicitur cognosci in suo simili. Igitur dupliciter possunt res cognosci in Deo : uno quidem modo in seipsis per species proprias, alio autem modo in suo simili, nempe in essentia divina, quæ est perfecta omnium similitudo.

Si cognoscuntur in essentia prius cognita tanquam medio, est visio formaliter in Verbo ; si autem per species proprias ab essentia divina derivatas, est visio causaliter in Verbo.

Ratio hujus divisionis est quia beati non vident omnia simul ab initio ; sic ex Daniele discimus angelos non cognovisse omnia quæ populum Judaicum spectabant[1] ; constat etiam angelos non perspectas habuisse ab initio omnes circunstantias Incarnationis ; certum est pariter beatos non intueri a primo instanti quædam futura libera quæ (amen necesse est ipsos aliquando scire ; nec ab initio preces quæ in decursu temporum ad ipsos porrigentur. Cum ergo visio quæ fit in Verbo formaliter sit invariabilis et lota simul, debet esse alius cognoscendi modus, nimirum per species proprias extra Verbum.

Istæ species a Deo quidem infunduntur, sed vi status beatitudinis requiruntur.

Aliunde, sicut potest naturaliter intellectus ex speciebus acquisitis alias excudere, ita, proportione servata, ex cognitione quam habent in Verbo possunt beati species et cogniliones vel deductiones elicere.

Constat igitur visionem extra Verbum fieri per species infusas vel ordinatas.

III. Illa quæ cognoscunt permanenter beati de liberis Dei decretis cognoscunt in essentia divina et per lumen gloriæ, non per relevationes extra Verbum.

Ita communiter Thomistæ post Angelicum. « Hac quidem visione cognoscunt mysteria gratiæ[2]. »

Porro mysteria gratiæ ad libera Dei decreta referuntur, — Ratio theologica est quia lumen gloriæ ob suam eminentiam manifestare potest essentiam divinam et ea quæ vult Deus beatis modo permanenti revelare.

IV. Quæ vident de creaturis modo permanenti, vident in Deo tamquam in objecto prius cognito. — Visio enim permanens fieri debet medio immobili, quod est essentia divina. Est quippe visio beatorum exemplata a visione

1. Daniel, x, 13.
2. S. Thom., I P., q. lvii, a. 5. Cf. Commentatores in q. xn, a. 9.

Dei. Sed visio Dei sic se habet ut cognoscendo seipsum omnes creaturas in seipso intueatur tamquam in causa. Ergo beati, essentiam Dei intuendo, contemplantur in illa creaturas modo permanenti, pluresque vel pauciores juxta mensuram et intensionem luminis gloriæ.

V. Qua ratione creaturae videantur in Deo ? Non cognoscuntur tanquam in specie immediate repraesentante ipsas sicut in praesenti species nostra impressa objectum refert sed tamquam in medio prius cognito, seu tamquam in causa ideali et efficiente virtualiter — eminenter continente creaturas. — Creaturae quippe cognoscuntur in Deo eo modo quo divina essentia illas refert. Atqui divina essentia non est species immediate repræsentans creaturas, sed immediate repræsentat seipsam et in seipsa exhibet creaturas ut in causa exemplari et efficiente. Ergo creatura· non cognoscuntur in essentia divina tamquam in spe< ic immediate repraesentante ipsas, sed tamquam in causa exemplari et efficiente, illas virtualiter — eminenter continente, quæ prius cognita est medium aptissimum ad illas perfecte cognoscendas.

VI. Si autem videntur in ipsa essentia prius cognita, cur a iquæ videantur et non omnes ?

Ratio hujus se tenet : 1° ex parte luminis gloriæ. Cum enim illud sit finitum, non confert virt utem videndi omnia, sed plura vel pauciora secundum quod esi magis vel minus intensum. 2° Ex parte essentiæ divinae. Hæc quippe repriesentat res actu existentes vel futuras non necessario, sed adjuncto liberæ voluntatis decreto. Ergo non necessarie, sed pro suo beneplacito, beatis t alia vel talia objeci a exhibet.

Unicuique autem repræsentat, ut explicatum est, quidquid ad ipsum spectat et quod ipse vim cognoscendi habet juxta mensuram sui luminis gloriæ.

\ II. An fieri debeant indefinite revelationes extra Verbum. — Fiunt revelationes novæ extra Verbum quamdm superest aliquid de novo addiscendum de his quæ pertineiJ ad salvandos et statum Ecclesiae : ad hoc enim ordinant ili

revelationes extra Verbum!, sicut etiam ministerium angelorum fit propter bonum Ecclesiae et salutem electorum. Peractis autem resurrectione et ultimo judicio, nihil remanebit de novo addiscendum,sed omnia erunt in termino el consummatione ; jamque desinent novæ revelationes.

Speciebus quidem acquisitis utentur beati et remanebit adhuc cognitio extra Verbum, sed non fiet revelatio nova.

VIII. Animadvertendum doctrinam quam in hoc articulo exposuimus non eam esse cui contradicere sit absolute nefas, imo aliqui contradixerunt, Ecclesia vero nihil definivit ; sed tamen ita esse in *principiis* theologicis fundatam, ut vera el scientifica dici queat.

Quæ animadversio de sequentibus etiam valet.

ARTICULUS DECIMUS

DE IMMUTABILITATE VISIONIS INTUITIVÆ

AD ART. 10 S. THOM/E

I. Conclusio : Quæcumque videntur a beatis in Verbo formaliter simul, non successive, videntur : quæ autem extra Verbum, non simul sed successive videntur.

Probatur Ia pars. Quæcumque cognoscuntur una specie, etiam una visione simul videntur ; quia ex specie seu forma specificatur actio. Atqui quæ videntur in Deo formaliter una specie videntur, nempe in medio essentiæ divinæ, quæ est species unica repræsentans actu multa. Ergo.

Insuper, beatitude, quæ est visio formalis, consistit in actu, non in habitu. Oportet igitur ut ea quæ ad visionem formalem pertinent, unico actu cognoscantur ; non successive, sicut in habentibus habitum. Demum, quum aliquis ad ultimum finem pervenerit, debet quiescere, non successive moveri. Porro finis ultimus nostri intellectus est visio essentiæ divinæ. Ergo in visione beata intellectus debel esse quietatus, uno actu consequendo perfectionem, non autem successive moveri.

Prob. IIa pars. Quæ videntur extra Verbum cognoscuntur per multas species proprias. Atqui idem intellectus non potest simul pluribus speciebus informari, sicut nec idem corpus simul diversis figuris figurari. Ergo quæ videntur extra Verbum non actu simul sed successive videntur.

11. De mensura visionis beatificæl. — Quæstio jam soluta annexam habet de mensura visionis.

Vasquez censet visionem aliquatenus mensurari tempore ; quia, licet sit iota simul, intelligitur tamen ad modum tem-

1. Cf. S. Thum., i I'., q. xn, a. 10, III *Coni. Genl.,* cap. lx ss. Commentatores in h. l., I. P.

puris ; Scotus et Suarez volunt mensurari ævo ; Ferrariensis, Bannez, et plures alii Thomistæ dicunt mensurari æternitate essentiali ; demum. Capreolus, Cajetanus, Joannes a S. Thoa. Gonet, ac communiter Thomistæ, æternitate participata.

III. Non mensuratur tempore. — Quæ mensurantur Iempore debent tempori subjici, ac proinde mulari secundum prius et posterius. Visio autem beata successionem non admittit, sed est penitus et simpliciter immutabilis; tum ratione *principii,* quod est intellectus lumine gloriæ firmatus et essentia divina per modum speciei impressæ, tum ratione *termini,* qui est essentia divina ut Verbum.

IV. Non mensuratur ævo. — Visio quippe beata est participatio divinæ intellectionis. Quod autem divinam intellectionem participat non potest subjici mensuræ inferioris ordinis, sii ut est mensura ævi. Ergo.

B. Mensuratur æternitate, non essentiali, sed participata. — Ita expresse Angelicus : « Esse divinæ substantiæ in æternitate est vel magis est ipsa æternitas, visio autem prædicta in *participatione* æteraitatis est* ».

Ratio hæc est : Quod æternitate essentiali mensuratur debet esse ab æterno et simpliciter indefectibile. Visio porro beata nec est ab æterno, ncc est simpliciter indefecclibilis, nam deficeret si Deus concursum retraheret. Ergo icternitate participata mensuratur.

Virtutes autem infusæ, quatenus a Beo immediate derivantur aliquid de ejus duratione mutuantur, et sic dicuntur habere *modum* æternitatis.

I. S. Thom., III *Cont. Geni.,* c. 1 x i.

ARTICULUS UNDECIMUS

:DE 1NCOMPOSS1BILITATE VISIONIS CUM PRÆSENTIS I V1TÆ STADIO

M) ART. 11-13 S. THOMÆ

I. Ordo trium posteriorum articulorum.

Solutis quæstionibus de. cognitione Dei prout fit in patria, nonnulla investigantur de cognitione Dei pro statu vitæ præsentis : utrum possit haberi cognitio intuitiva, et, hoc excluso, quæ sit cognitio quam viribus propriis de Deo comparamus, a. 12, et demum de cognitione superiori quæ per gratiam potest haberi.

II. Status quæstionis. — Certum est Christum fuisse simul viatorem et comprehensorem, ut in III P. ex professo traditur ; quæstio itaque solum movetur de homine puro. Tria igitur quæri possunt : 1° utrum, in hac vita, fieri possit connaturaliter visio essentiæ divinæ ; 2° utrum fieri possit per miraculum ; 3° utrum de facto fuerit homini mortali concessa.

III. Prima conclusio : Non potest videri Deus per essen tiam ab homine puro in via constituto, absque speciali miraculo.

Scriptura testatur : 1° legem ordinariam divinæ Providentiæ esse ut Deum nemo videat unquam in hac mortali vita constituius, juxta illud : « Deum nemo vidit unquam[1]. » 2° Deum in præsenti videri tantum per speculum in ænigmate, id est cognitione mediata et obscura[2]; vivere iu corpore opponi visioni, ita ut sit *peregrinari a Domino*[3].

1. Evang. Joan., i, 18.
2. *1 Cor.,* xni, 12-13.
3. « Dum sumus in corpore peregrinamur a Domino. » *II Cor.,* •.v. 6.

\<·η autem peregrinaremur a Domino, si visio Dei cum i.latu praesenti posset de lege ordinaria componi.

Ratio theologica ex conditione viatoris liquet. Modus enim cognoscendi sequitur modum naturæ cognoscentis. Atqui, quamdiu versamur in hac vita, modus animae nostræ est ut habeat esse in materia. Ergo nec cognoscimus naturaliter nisi quæ habent esse in materia vel a materia abstrahuntur; non autem actum purissimum, qui est essentia Dei. Quocirca modus connaturalis homini viatori esi ut intelligat per species a phanthasmatibus abstractas. Sed species abs.tractæ non possunt repræsentare Deum ul est in se. Ergo nequit Deus naturaliter videri a nobis prout in se est.

Dato autem infundi species supernaturales intellectui humano, sicut traditur pro Adamo et B. Virgine, yel sicut interdum fieri potest in nonnullis status mystici phasibus.. nondum videtur intuitive Deus, quia illæ species finitæ nequeunt infinitam Dei essentiam repræsentare ut est in sel.

IV. Secunda conclusio : Per miraculum tamen id fieri potest, modo transeunti. — Quum facultas videndi Deum intuitive ex lumine gloriæ repetatur, poterit fieri visio intuitiva modo transeunti si lumen gloriæ per modum l ranseuntis communicetur. Atqui lumen gloriæ potest intellectui viatoris per modum transeuntis infundi. Ergo potest visio intuitiva per modum transeunt is fieri ab homine xiatore.

Ratio minoris est quia non repugnat illa communicatio neque ex parte Dei, qui potest devare omnem intellectum in quovis statu existentem, neque ex parte intellectus nostri, qui habet semper potentiam obedientialem ut lumine gloriæ perficiatur. Diximus tamen : *per modum transeuntis,* quia si fieret permanente!·, jam mutarentur i onditiones vitæ præsentis et mors induceretur.

V. Ad factum quod attinet, probabile est visionem in-

I. Cf. *Curs. Philos. Thornist.,* v, p. 135, 137 ; Van der Meersch. *De Deo Uno el Trino,* n. 281 ss.

tuitivam fuisse quibusdam in via concessam per modum transeuntis.

Probabilem opinionem facit auctoritas S. Augustini el S. Thomæ, qui sunt insignes in Ecclesia Dei doctores. Uterque autem tradit concessam fuisse visionem et Moysi, qui fuit magister Judæorum, et Paulo, qui fuit magister gentium[1]. Nititur illa sententia verbis Scripturae, nempe quoad Moysen, *Exod.*[2] et *Num.,* ubi dicitur Moyses loqui cum Domino *ore ad os, facie ad faciem* ; et quoad Paulum II Epist. ad Cor.[3], ubi dicitur Paulus *raplus usque ad lerlium ccelum, usque ad paradisum, el audivisse arcana verba,* quæ non licet homini loqui.

Si autem, id concedatur de Moyse et Paulo, concedi a fortiori debet de B. Virgine ; cum sit effatum omne privilegium sanctis collatum fuisse excellentiori modo Deiparas (ommunicatum.

Fatendum est nihilominus de Moyse et Paulo aliter sentire multos recentiores, qui reponunt verba Scripturæ *loqui ore ad os, facie ad faciem,* importare non proprie visionem intuitivam, sed solum affectum familiaritatis, eo modo quo amicus ad amicum loquitur ; et testimonium S. Pauli intelligi posse de raptu usque ad locum beatis reservatum deque perceptione divini luminis, seu de cognitione supernatural! et intellectuali ; quæ mortalium lingua exprimi nequeat[4]. *Audire* ve.'ba non est *videre* intuitive.

Ad B. Virginem quod attinet, probabilitas est major ; nam munus Matris Dei in immensum excedit munus Moysis vel Pauli et quandam congruitatem præstat ad visionem

1. Cf. S. Augustin., *Super Lib. XII ; Genes, ad Ulter,* c. xxvi-xxvn ; P. /.., xxxiv, 477 ss; S. Tiiom., hic ad 2, et 11" II"°, q. cxlv, a. 3, cl q. clxxiv, a. 4.

2. *lixod.,* c. xxxni; *Num.,* xn.

3. *II Cor.,* xii, 2 ss.

4. Cf. Laurent., Janssens, *De Deo Uno,* I, pp. 472-474. — Mulli alii Patres, ul Irenæus, negant etiam de Moyse. IV *Coni. Hieres.,* c. xx, n. 11 ; *P. G.,* vn, 1039. Objicitur tandem Augustinum seniorem factum sententiæ neganti favere, v. g. *De Trinil.,* lib. II, c. xvi ; *P. L.,* 862.

Quidquid sil, opinio affirmans, licet dubia, non *demonstratur* falsa.

intuitivam aliquando per modum transeuntis communicandam. Quapropter plures theologi docent B. Virginem in via donatam fuisse aliquando hujusmodi visione, praesertim in ultima periodo, quæ meritis culmen apponebat[1].

VI. De cognitione Dei quæ naturaliter haberi potest in hac vita (a. 12).

Naturalis nostra cognitio a sensu originem sumens tantum se extendere potest quantum manuduci potest per sensibilia. Atqui ex sensibilibus intellectus duci potest in cognitionem Dei ut est prima causa, nam deprehendendo effectus colligit causam et quasdam perfectiones quæ ex illa notione logice deducuntur ; non tamen ex sensibilibus manuducitur intellectus in cognitionem essentiae, ut est in se.

Triplici itaque modo cognoscitur Deus a nobis in præsenti statu : 1° *per viam causalilalis,* quatenus ex effectibus ad ipsum ut causam certissime assurgimus ; 2° *per viam excellentiæ,* quia omnis perfectio effectus debet excellentiori modo contineri in causa non univoca ; 3e *per viam remotionis,* quatenus removendo a Deo omnes creaturarum limites et imperfectiones comparamus de ipso veram atque scientiticam cognitionem, licet non adæquatam[2].

VII. De perfectiori cognitione quæ in via per gratiam habetur (a. 13).— Duo ad perfectam cognitionem conducunt : ex parte quidem objecti species, ex parte autem subjecti *lumen inielligibile.* Porro ex utroque capite præstat cognitio gratiae : ex parte enim speciei, possunt elïormari divinitus nova phantasmata aptiora ad res divinas repi-æsentendas, vel de novo et melius ordinari phantasmata

1. Cf. P. Lépicier, *Tractatus de Beatissima Virgine Maria, Matre Dei,* edit. 4, p. 401-403. - Scribit etiam, I'. Muncunill, S. J. : Eliam Beata Virgo Maria essmliam divinam aliquando probabiliter vidit ante suam mortem. » *Tractatus De Deo Uno el Trino,* p. 139.

2. De doctrina Patrum quoad præsens argumentum, cf. Le Hac.hei.et, art. *Dieu* in *Diction, théol. cathol.,* col. 1131 ss.

jam efformata ; ex parte autem luminis, potest per gratiam confortari et roborari intellectus, quo efficacius et vividius divina intelligat.

Quæ omnia alibi explicantur, ubi de revelatione, de fide, de prophetia, de gratia, disseritur[1].

1. Cf. S. Thom., II^a II^ae, q. CLXXII, a. 2 et 3, et qq. *dispp. De Verilate,* q. XII, a. 7.

QUÆSTIO QUINTA

De nominibus Dei

AD Q. XIII S. THOM Æ

Quuin unumquodque· nominetur sicut et cognoscitur, ex dictis de modo quo Deus a nobis cognoscatur vel sil incomprehensibilis, jam innotescit quomodo Deus possit a nobis nominari ve) sit penitus ineffabilis. Hinc quæstio de *nominibus* Dei, an scilicet Deus possit, a nobis nominari et quomodo nominetur.

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM POSSIT DEUS .1 XOHIS X0W1NARJ

AD ART. 1 ET 2 s. THOMÆ'

I. Licet non possit a viatoribus Deo imponi nomen quod ipsum quidditative exprimat, possumus tamen ei vera nomina imponere, quæ diversas ejus perfectiones aliquatenus declarent. — Prob. Ia pars. Quum nomina sint signa conceptuum et significent mediante conceptu, unum quodque nominamus sicut cognoscimus. Atqui Deum non (agnoscimus quidditative, sed conceptu analogico, ut <·χ dictis supra et ex tota psychologie constat 1. Ergo nec nomen quidditativum possumus ei imponere3.

1. Cf. Commentatores in h. l. et P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* 1l P., c. in : Van der Meersch, n. 317 ss.
2. Cf. nostr, *Curs. Philos. Thoinisl.*. V, p. 135 ss.
3. Unde rejicienda omnino est opinio Vasquez, in I. P., q.xm, ilisp. LVIIjCap. n, posse Deum a viatoribus nomine quidditative exprimi, quia nomina significant, ait. non secundum cognitionem loquentis, sed secundum cognitionem audient s. Verum hoc est. pervertere notionem locutionis, quæ est immediatum signum conceptuum loquentis.

Prob. IIa pars. Unumquodque nominatur sicut, cognoscitur. Atqui Deus tripliciter cognoscitur : 1° per viam causalilatis. 2° per viam excellentiæ seu eminentiae, 3° per viam remotionis. Ergo tripliciter possumus Deum nominare : juxta primum modum, nominamus illum *ens, bonum, justum,* etc. ; juxta alterum modum, dicimus Deum *supersubstantialem, superbonum, supersapientem,* etc. ; juxta tertium modum, dicimus Deum esse *incorporeum, immutabilem, infinitum,* etc.

II. Ecclesia jure merito praedicat Deum esse ineffabilem. — Definit concilium Lateranense IV : « Firmiter credimus et simpliciter confitemur quod unus solus est verus Deus... incomprehensibilis, omnipotens et *ineffabilis*[1] »

Rationem assignat S. Gregorius Nyssenus : « Nec nomine nec cogitatione, nec ulla mentis apprehensione comprehensibilem ; non solum humana, sed etiam angelica et omni suprahumana apprehensione altiorem manentem, *ineffabilem* et *inenarrabilem* et omni vocum significatione excelsiorem[2]. » Et S. Augustinus : « Est quiddam invisibile... summum, æternum. incommutabile et *nulli effabile* nisi tantum sibi[3][4] »

Liquet omnino ineffabilitatem ex infinitate et incomprehensibilitate Dei oriri : quum enim res nominentur sicut cognoscuntur, ille qui non potest cognosci comprehensive, nec potest exprimi nomine quod ejus cognoscibilitatem exhauriat. Ecclesia tamen non definit quousque se. extendat illa ineffabilitas ; unde superest explicandum.

III. Qua ratione Deus sit ineffabilis. — Non hoc sensu quod nullus possit de illo haberi sermo ab hominibus, vel nullo conceptu intelligi, aut nullo nomine exprimi possit Deus ; nam nomina nostra, sicut et conceptus nostri de Deo rebusque divinis, licet sint inadæquata et imperfecta, sunt tamen *vera* quæ illi objecto soli conveniant·l.

1. Cap. *Firmiter,* Denzinger, 428.
2. S. Gregor. Nyssen., lib. I *Coni. Eunom.* ; *P. G.,* xlv, 461.
3. S. Augustin., *Epist.* CC.XXXII *ad Madaurenses,* n. 5 ; *P. L.,* xxxiii, 102.
4. Cf. Hugon, *Réponses Ihéologiques,* « Les concepts dogmatiques. »

Hinc cavendum est a pessimo agnosticism! errore, qui l >eum non solum ineffabilem, sed et prorsus ignotum pronuntiatl.

Duplici ergo ratione dicitur ineffabilis : 1° quia nulla creatura potest Deum nominare nomine comprehensivo exhauriente ejus cognoscibilitatem ; 2° quia nec nomine quidditativo potest a viatoribus nominari, quod ejus quidditatem proprie et simpliciter exprimat. Ne ab angelis quidem, nam sola visio intuitiva et beata est cognitio proprie quidditativa.

IV. Utrum beati possint nomine quidditativo Deum nominare. — Negant plures e holasti i, cum Bannez, Sylvio* ; affirmant alii, cum Gonet, Billuart, etc. His adhaerendum videtur. Deus nominatur sicut cognoscitur. Sed cognoscitur a beatis quidditative vi ipsius visionis intuitivæ. Ergo et nomine quidditativo potest nominari.

At recolatur in visione beata nullam efformari speciem neque impressam neque expressam ; ac subinde, sicut non est conceptus creatus in visione, ita nec est nomen creatum quod Deum exprimat, sed « illud nomen nihil aliud est quam ipse Deus quatenus cognoscitur et in actu visionis a beatis apprehenditur2. »

V. Utrum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter (a. 2). — Triplicis generis sunt nomina Dei, alia *positiva* et absoluta, ut ens, bonus ; alia *negativa,* ut incorporeus, immortalis ; *alia relativa,* ut Dominus.

Nomina quidem positiva significant substantiam, licet imperfecte. Principium quippe inconcussum est Deum nominari, sicut cognoscitur. Porro divinam substantiam cognoscimus vere, licet imperfecte et deficienter, prout in creaturis relucet vel repraesentatur. Ergo Deum signi-

2. Cf. Encyclic? *Pascendi,* Denzinger, 2072 ss ; P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* II, P., c. v; *De Revelatione,* p. 276 ss.

2. Cf. Comment, in l. P., q. xm.

3. Laurentii s Janssens, l, p. 487. Citatur pulchrum effatum S. Bonaventur·é : « Unicum esse Dei nomen adæquatum, Verbum scilicet æternum ; sed hoc nomen non est adæquatum comprehensive nisi in ore Altissimi. » II *Seni.,* dist. 22, q. i .

ficamus nominibus quæ substantiam exprimant. Hine traditio catholica pronuntiat cum S. Athanasio : « Si quis igitur existimet adeo, ut cum dicimus Deum, vel Patrem nominamus, non invisibilem ipsam et incomprehensibilem significemus *substantiam* sed aliquid eorum quæ circum ipsam sunt, reprehendit synodum, quæ scripsit *e substantia Dei* esse Filium[1]. »

Nomina autem negativa non ponunt aliquid in Deo, sed potius imperfectiones ab eo removent. Nomina tandem relativa non ponunt aliquid in Deo, sed relationem dicunt, rationis quidem ex parte Dei, qui est prorsus independens, realem vero ex parte creaturarum, quæ reapse dependent a Deo.

1. S. Athanas., *De Decretis Nicæn. Synod.,* n. 22 ; *P. G.,* XXV, 453.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MODO QUO NOMINA DIVINA SIGNIFICENT

I. Quædam nomina proprie dicuntur de Deo quantum ad rem significatam, nulla vero quoad modum significandi (a. 3). — Quædam enim nomina significant perfectiones simpliciter simplices, ut sunt bonitas, sapientia, etc., quæ Deo proprie conveniunt, imo magis proprie quam creaturis, quoad ipsam rem significatam. Modus autem significandi est deficiens ; quia significantur ut qualitates fmitæ, et ab invicem distinctæ ; et idcirco nulla nomina, quoad modum significandi possunt proprie Deo adscribi.

Sunt tandem alia nomina quæ non solum in modo significandi, sed et in significato, defectum involvunt, vel dicunt proprium et determinatum modum quo creaturæ divinas perfectiones suscipiunt et hæe nomina, ut patet, non dicuntur de Deo nisi metaphorice.

Itaque nomina nostra, sicut et conceptus nostri de Deo. non sunt propria quatenus Dei essentiam exprimant ut est in se, sed sunt propria, quatenus substantiam designent, et ipsi soli, non autem autem alteri objecto, conveniant

II. Varia nomina quæ de Deo dicuntur non sunt mere synonyma (a. 4). — Nomina quæ designant unam rem sub diversis conceptibus seu diversis rationibus non sunt mere synonyma ; quia conceptus diversi ratione diversa important nomina diversa ac proinde non mere synonyma.

Porro nomina Deo attributa significant quidem unam i cm sed sub diversis conceptibus diversisve rationibus ; quum intellectus noster nequeat uno motu et una repræ- . idatione perfectiones divinas effari. Ergo mere synonyma dii i nequaquam possunt.

I. Cf. opuse. nostr. *Wponses Urologiques,* p. 151, 177 ss.

Unde, beati, sicut uno actu intuitivo Deum attingunt, ita uno exprimunt nomine ; nos vero, sicut diversis motibus diversisque conceptibus Deum cognoscimus, ita ipsi diversa nomina imponimus. Recolantur dicta de attributis divinis*.

III. Nomina communia Deo et creaturis non prædicantur de his univoce, nec pure æquivoce. sed analogice (a. 5). — Non univoce, seu secundum eandem rationem ; quia creatura, utpote effectus Dei inadæquatus, non recipit similitudinem sui Agentis secundum eandem rationem, sed deficienter.

Non pure æquivoce, quia demonstrationes nostræ de Deo, ex medio creaturarum, non nituntur fallacia æquivocationis, sed vero fundamento, sicut vera et necessaria est connexio inter effectum et causam.

Analogice autem dicuntur ea inter quæ viget quædam proportio vel habitudo, ita videlicet ut unum referatur ad aliud tamquam ad principale. Atqui creaturæ habent cum Deo habitudinem et proportionem, sicut effectus qui assimilatur suæ causae, non secundum eandem formam, sed secundum quamdam proportionem, et referuntur ad Deum sicut ad principale, in quo habent suam rationem essendi. Ergo nomina illa communia prædicantur analogice2.

Hinc inter xxiv propositiones a S. Gong. Studiorum approbatas ut plane continentes sancti Thomæ *principia el pronuntiata majora,* die 27 julii 1914, habetur ista : « Ens quod denominatur ab esse, non univoce de Deo ac de creaturis dicitur, nec tamen prorsus æquivoce, sed analogice, analogia tum attributionis tum proportionalitatis. »

1. Ilii· iterum confutatur sententia eorum qui cum Eunomio, Ariano, el Nominalibus distinctionem mere nominalem ponunt inter diversa Dei attributa et ipsam essentiam. Cf. supra q. tert. art. 1, n. 5.

'i. Ad pleniorem explicationem, ci'. *Curs, Philos. Thoniisl.,* I, p. 15 ss. ; V, 19 ss; Garrigou-Lagrange, *Dieu,* p. 208 ss. ; *De l{e.uelaliom·.* 202 ss. ; card. Satolli, in h. l., S. Thomæ ; Tabarelli, p. 382 ss.

IV. Nomina quæ de Deo dicuntur metaphorice prius de creaturis quam de Deo dicuntur ; nomina autem quæ de Deo proprie dicuntur prius de illo dicuntur quoad rem significatam, non vero quoad nominis impositionem, nec quoad modum significandi (a. 6). — Nomina metaphorice dicta conveniunt Deo solum per similitudinem cum creaturis, et idcirco per relationem ad illas. Porro per prius de aliquo dicitur quod ei per se convenit, et per posterius, quod convenit per ordinem ad aliud. Ergo nomina illa prius de creaturis quam de Deo dicuntur.

Nomina autem quæ Deo proprie conveniunt designant perfectiones simpliciter simplices, quæ Deo competunt per essentiam, et idcirco per prius, creaturis autem solum per participationem, ideoque per posterius.

Quoad nominis impositionem, prius cognoscimus perfectiones creaturarum ac subinde prius illas nominamus ; et pariter quoad modum significandi, quia hujusmodi nomina prius adhibentur ad significandas creaturarum perfectiones et hinc retinent modum significandi qui creaturis competit, quique est deficiens.

V. Quædam nomina importantia relationem ad creaturas dicuntur de Deo ex tempore et non ab œterno (a. 7). — Nomina importantia relationem ad extra dicunt relationem rationis ex parte Dei, qui est in ordine totaliter diverso a creaturis nec ordinatur ad ipsas ; realein autem ex parte creaturarum, quæ realitcr ad Deum ordinantur ut essentialiter ab ipso dependentes. Porro nihil obstat nomina relationem hujus modi importantia dici ex tempore, quatenus enuntiant actionem transeuntem in exteriorem effectum, qui de facto est in tempore, ut creare, gubernare ; dum nomina quæ important habitudinem sequentem ad actionem mere immanentem, ut scire, velle, conveniunt Deo ab æterno, quum ipsa actio immanens sil reapse ab æterno.

Itaque inter nomina relativa, quædam dicuntur ex tempore, quædam vero ab æterno.

Inter illa porro aliqua significant directe substantiam divinam, ut creator, gubernator ; alia autem significant ipsam habitudinem ad creaturas et important actum divi-

num, qui est ætermis entitative, temporalis vero denominative'.

VI. De nomine Dei *maxime* proprio (a. 8-11). — Nomen antiquissimum apud Semitas erat *El*[r] quod significat Celsum, Potentem ; apud Hebræos nomen tetragmaton, ineffabile I h v h., *lehovah,* vel ut jam communiter periti tradunt, *lahtveh, Qui est,* qui habet perseverantiam in esse ; insuper *Elohim,* Adorabilis, *Adonai,* Dominus.

Tria praecipua sunt nomina adjectiva, *Shaddai, Elyon, Kadosh.* (|uæ indicant Deum esse sibi sufficientissimum, altissimum, sanctum.

Ex quibus liquet Deum apud Semitas agnitum fuisse ut absolute transcendentem, omnipotentem, cui omnia subduntur in ceelo et in terra, sursumque et deorsum, Ensque simpliciter, seu plenitudinem essendi, sanctitatis fontem.

Quæ quidem monotheismum aperte statuunt et polvtheismum prorsus eliminant[1].

Quoad vocem græcam θεό , aliqui derivant a voce sanscritica *deva,* a radice *dio.* quæ audit *lucere ;* ab illa autem voce *deva, div* derivaretur, Ζεύ , gen. = οτôς, et inde *Deus, divus.* Quæ omnia videntur esse extra propositum. Communiter Patres derivant a verbo Θεάσθαν, *videre, providere*[3]; et sic nomen *Deus,* ut explicat hic Angelicus, a. 8. desumitur ab operatione, sed quoad rem significat ipsam naturam et substantiam. Quidquid sit de variis nominibus vel etymologiis, nomen Qui *esi, ô* ὠν, ad quod reduci videtur nomen *lahvveh,* est præ cæteris nomen Dei proprium. Significat enim non formam quamdam abstractam vel determinatam, sed ipsum Esse, quod est essentia solius

1. Cf. *Cnrs. Philos. Thomist.,* II, p. 47.

2. Idea illa *unius ac supremi* Entis invenitur universaliter. Nani omnes religiones important « la croyance en un être suprême, créateur, organisateur et maître du monde, en même temps «pie père des hommes », Mgr Le Roy, *La Religion des primilijs,* p. 461.

3. Iia S. Theophil. Antioch., *Ad Autolyc.,* lib. II, n. 4 ; *P. G.,* vi, 103 ; et S. Greoor. Nyssen , *P. G.,* xlv, 123, et *Cont. Eunom,* Mb. Nil; *P. G.,* xi.v, 1107.

l »oi. Insuper, cum Deus non possit a mortalibus cognosci ni est in se, illa nomina sunt magis propria quæ sunt magis communia et absoluta. Hujusmodi porro est esse ; nam celera nomina vel sunt minus communia vel videntur ipsum esse determinare aut explicare. Demum, illud nomen importat permanentiam in esse et omnem successionem excludit, quod est maxime proprium entis primi, absoluti, æterni1.

2. Ilæcad propositum nostrum sufficiunt quoad cetera consuli possunt:Petav., lib.VIII, c. vin et ix; Franzelin, thés. XXII, Txbarelii, p. 398 ss. ; *Diction, théol. cathol.* et *Diction. Biblique·,* art. « Dieu » ; Corluy, *Spicilegium.,* I, 97, 167, etc.; Vigouroux, *la Bible et les découvertes modernes,* lib. III, c. iv ; P. Lagrange, i i. P., *Les Religions Sémitiques* ; Van Kastern, *Jahve et El. Shaddai,* in *Science Catholique,* 15 mars 1894 ; Ch. Robert, *La Itéoélation du nom divin Jehovag, Rev. Biblique,* avril 1894.

QUÆSTIO SEXTA

DE SCIENTIA DEI

AD *Q.* XIV S. THOM.Æ

Ordo quaestionum in *Summa Theologica* est maxime logicus et perspicuus. Ostenso quippe existere Deum et quid sit Deus in se, tum quoad essentiam tum quoad attributa, et quomodo a nobis cognoscatur et nominetur, inquirendum venit de operationibus divinis. Primo quidem de operationibus mere immanentibus, sicque est *intelligere,* quod est actio maxime vitalis, et hic quaestiones de *scientia,* quibus logice conjunguntur quaestiones de *ideis,* de *verilale* et *falsilale, ac vita Dei.* Sic est etiam *velle,* et hinc quaestiones de *voluntate, amore, juslilia, misericordia* Dei. Deinde quae spect ant intellectum et voluntatem simul, et hinc quaestiones de *providentia, praedestinatione, libro vilæ.* Demum de actionibus quæ effectum ponunt ad extra et sunt virtualiter transeuntes, et hinc quaestiones de *polenlia* Dei. Tandem consideratur in sua beatitudine, ut absolvatur et coronetur tractatus de Deo Uno.

Béatitude autem Dei habetur in sua vita intima, nempe in hac ineffabili divina familia quæ est Trinitas personarum. Et hinc sequitur tractus de Deo Trino.

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA VERÆ SCIENTIÆ IN DEO[1]

AD ART. 1 S. THOM/E

I. Doctrina fidei. — Duplici acceptione potest hic sumi scientia : pro ‹ ognilione intellectuali certa et evidenti, ac

1. Cf. Gomment. *Summ. Theol.* **in Ii.** 1. Cajetan, Bannez, Molina, Sylvii s, Toi.et, Suarez, Vasquez, Salmant., Gonet,

l>i'0 cognitione intellectuali certa et evidenti *per causas.* i >ari quidem scientiam in Deo saltem primo modo est de lide ; scientiam autem prout est cognitio per causas Deo adseribunt communiter theologi, licet contradicat aliquatenus Vasquez. Concilium Vaticanum confitetur unum Deum... intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitum... cujus oculis omnia nuda et aperta sunt, ea etiam quæ libera creaturarum actione futura sunt[1].

Innumera sunt testimonia Scripturæ : « Qui fecit cœlos in *intellectu**. » — « *Sapientiæ* ejus non est numerus[3]. » — « *Ipse* habet *consilium* et *intelligeniiam**. » — « Omnis *sapientia* a Domino Deo est, et cum illo fuit semper[4]. » · «0 altitudo divitiarum *sapientiæ* et *scienliæ* Dei[5]. » Unde non solum est scientia in Deo, sed sunt divitias cognitionis, scientiæ et sapientiæ.

Ratio theologica illico innotescit ex ipsa notione Dei. Quidquid sit de etymologia θεό , omnes Deum intelligunt qui videt, qui providet, qui disponit, res in finem, qui ordinem mundanum constituit, ac proinde sumine intelligentem et sapientem ; qui omnes creaturarum perfectiones, et idcirco scientiam possidet eminenter.

Unde, licet Dei cognitio maxime discrepet a nostra, vocatur tamen scientia sicut nostra. « Cum enim scientia Dei longe distet ab humana scientia, ita ut irridenda sit comparatio, utraque tamen scientia vocatur[7]. »

II. Fundamentalis ratio scientiæ perfectissimae est summa immaterialitas divina. — Hic est processus An-

Uilluart, Kleutgen, Billot, Janssens, Buonpensiere, Lépicier, Van der Meersch, Muncunill, etc ; insuper Petav., lib. IV; Mgr Ginoulhiac, *Histoire du dogme catholique,* vol. l, l. III ; Monsabré, conf. 1874 ; Farces, *L'Idée deDieu;* Gahrigou-Lagrange, *Dieu,* etc.

1. Cap. i; Denzinger, 1782, 1784.
2. *Ps.* XXXV, 5.
3. *Ps.* CXLV, 6.
4. Job., xii, 13.
5. *Eccli.,* i, 1.
6. *Rom.,* xi, 33.
7. S. Augustin., *Quæsl. ad Simplic.,* lib. II, q. n, n. 2; *P. L.*. xi., 139.

gelici Doctoris. Immaterialitas est prima radix intellectualitatis, ita quidem ut secundum modum immaterialitatis, sit modus cognitionis et scientiæ. Atqui Deus est in summo immaterialitatis vertice. Ergo est in summo (ognitionis et scientiæ.

Probatur major. Cognitio fit in quantum forma cogniti' est in cognoscente secundum esse intentionale, ita videlicet ut cognoscens et formam propriam retineat et formam cogniti recipiat. Porro quod possit aliorum formam rei i-pere, propriam retinendo, provenit ab immaterialitate. Ergo immaterialitas est radix et causa qua cognitio fiat.

Declaratur major subsumpta. Hæc est ratio cognitionis ut sibi aliud vitaliter assimilet, non quidem physice, quod esset impossibile, sed intentionaliter. At assimilate vitaliter aliud est recipere alterius formam retinendo propriam. Hinc non cognoscentia habent tantum formam suam, cognoscentia vero habent et formam suam et formam alterius intentionaliter sibi unitam. — Ratio autem min. subsumptæ hæc est : Assimilate aliorum formam arguit illimitationem et amplitudinem. Sed illimitatio ex immaterialitate provenit, si quidem materia est id quod restringit et coarctat.

Confirmatur. Cum cognitio sit vitalis et intcntionalis assimilatio, illa solum possunt cognoscere quæ possunt intentionaliter aliquid sibi assimilate. Atqui intentionalis assimilatio importat qtiandam independentiam a materia, quæ nonnisi physb uni contactum admittit ; et eo perfectior est cognitio quo purior et spiritualior est assimilatio. Ergo propria radix cognitionis est immaterialitas et spiritualitas.

111. Multiplici porro acceptione dicitur aliquid immateriale'. — Sumitur 1° pro excessu supra conditiones materia·, ila tamen ut a materia dependeat : sic anima bruti non esi extensa sicut materia, sed aliunde a materia dependet in esse el operari. 2° Pro independent ia a materia in esse e.l operari, licet materiam informet, ut est anima

1. De multiplici modo quo aliquid dicitur materiale, cf. *Curs. Philos, Thomisl.,* III, pp. 61, 62, 85.

rationalis. 3° Pro exclusione omnis informationis, licet admittatur compositio potentiæ et actus, ut in angelis. 4° Pro exclusione, cujusvis potentiæ, ita ut adsit actualitas pura, et sic est Deus.

Quæ sunt in infimo immaterialitatis gradu infimam habent cognitionem ; quæ in secundo gradu, perfectiorem ; quæ in tertio perfectiorem adhuc sibi vindicant scientiam ; Deus tandem, qui est in ultimo immateiialitatis et actualitatis vertice, perfectissima cognitione gaudet.

IV. Divina cognitio respectu quorumdam objectorum rationem habet scientiæ veræ. — Scientia proprie dicta est cognitio rerum per causas. Sed Deus res creatas cognoscit per causam, imo primani et altissimam, scilicet seipsum. Ergo scientia proprie dicta Deo competit. — Nec opponatur scientiam esse cognitionem discursivam ac. subinde repugnare Deo; nam, si cognitio per causas est discursiva, id se tenet ex parte subjecti vel status in quo versatur subjectum ; at vi sui et essentialiter id non importat scientia, quum possit causa eodem intuitu cum effectibus perspici[1].

Hinc liquet scientiam divinam excludere omnes imperfectiones quæ in nostra scientia concurrunt. In nobis enim est accidens, in Deo est ipsa essentia ; in nobis est habitus, in Deo est actus ; in nobis est multiplex et successiva, in Deo una et tota simul; in nobis variatur, ac oblivioni vel progressui subjicitur, in Deo nullam patitur vicissitudinem, eum sit ipsum esse divinum æternumet immutabile actusque purus[2]. Imp, juxta plures Thomistas. scientia in Deo et intellectus ne virtualiter quidem discriminantur, cum non .equivaleant pluribus reaiiter distinctis nec concipi possit intellectus divinus ut in potentia respectu scientiæ.

1. De objectionibus quas nonnulli scholastici urgent cf. Salmant., tract. III, disp. I, dub. II.

2. Ad rein S. Augustinus. « Quæ Dei scientia est ipsa et sapientia, et quæ sapientia ipsa essentia sive substantia. Quia in illius mituræ simplicitate mirabili non est aliud sapere, aliud esse; hi'd quod est sapere hoc est esse. » *De Trinil.,* lib. XV, c. xm ; *P. L.,* in, 1076. Et S. Thomas, hie. ad 1 : « Unde scientia non est qualitas in Deo, vel habitus, sed substantia et actus purus. »

V. De quibusnam objectis sit in Deo scientia per causas. — Est proprie de creaturis, quæ causam habent. Respectu autem essentiæ divinæ non est scientia, sed simplex intelligentia. Quærunt tamen scholastici utrum respectu attributorum divinorum sit scientia proprie dicta. Negant plurcs, ut Durandus, Ferrariensis, quia causam non habent attributa divina ; affirmant tamen communius theologi. Ad notionem quippe scientiæ veræ non requiritur necessario causa realis, sed sufficit *ratio virlualis,* seu ratio a priori. At divina attributa, licet causam realem non suscipiant, rationem tamen a priori habent, quia concipiuntur derivari ab essentia tamquam a radice. Ergo illorum cognitio dici potest scientia proprie dicta[1].

Aliunde scientia ipsa dici potest attributum divinum, quatenus intelligitur ab essentia derivari et illam respicit ut rationem virtualem, seu rationem a priori, a qua ipsa oritur[2].

VI. Licet cognitio Dei sit simplicissima, possumus tamen in ea. per modum appropriationis, distinguere intelligentiam. scientiam, sapientiam, consilium et artem (ad 2). — Dicitur intelligentia secundum quod cognoscit primum omnium principium, suam nempe essentiam ; scientia vero quatenus cognoscit essentiam ut causam rerum et radicem attributorum ; sapientia autem ut se cognoscit tanquam altissimam omnium causam; consilium demum quatenus dirigit decreta divina de rebus producendis ; ars denique, quatenus ipsi productioni rerum præsidet.

VII. Non habet tamen rationem memorise formaliter sumptæ. — Nam hujus munus est retinere species intelligibiles post actualem considerationem ; Deus autem non intelligit per species intelligibiles, nec indiget revocare considerationem jam habitam, quippe qui omnia simul in sua essentia et unico atque invariabili actu intuetur.

1. Cf. Salmant., Gonet, etc. in h. l.
2 Cf. Salmant., dub. IV.

ARTICULUS SECUNDUS

DE OBJECTO PRIMARIÔ SCIENTIÆ DIVINÆ

A.'0 **ART. 2-4 S. THOM®**

I. Status quæstionis. — Quia ex perfectione objecti repetitur perfectio scientiæ, ostenso jam competere Deo scientiam, investigatur ejus objectum. Tenendum est porro objectum scientiæ primarium in ente infinito esse non posse nisi infinitum. Objectum enim primarium debet esse ejusdem immaterialitatis cum facultate Sola autem essentia divina est ejusdem immaterialitatis cum divino intellectu. Ergo.

Objectum autem secundarium quod ratione primarii attingitur sunt omnes creaturæ sive actuales sive possibiles[1].

Probat autem Angelicus in art. 2. Deum se cognoscere per seipsum, in art. 3 se proprie comprehendere, in art. 4 divinam scientiam esse ipsam Dei essentiam seu substantiam.

II. Deus seipsum per seipsum intelligit. — S. Paulus asserit Deum per suum Spiritum se videre intuitive et intime quoad omnia secreta et profunda quæ sunt in essentia Dei, et cognitione ita propria ut soli Deo conveniat : Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est ? Ita et quæ Dei sunt nemo cognovit nisi Spiritus Dei[2]. »

Probatur ratione psychologica simul et theologica. I numquodque actu intelligitur secundum quod est actu unum cum intelligente. Atqui in Deo id quod intelligitur

1. De quæstionibus disputatis cf. Salmanticenses, Tract. III, disp. III, dub. II.
2. *I Cor.,* n, 10-11.

el intelligens sunt omnibus modis unum, ita scii cet ul Deus cognoscens et Dens cognitus sit prorsus idem. Ergo Deus perfecte seipsum cognoscit.

Declaratur argumentum. Cognitio importat talem unionem objecti cum facultate, ut intellectus in actu sit intellectum in actu, id est facultas actu intelligens fiat unum cum re actu intellecta. Et hoc est discrimen inter operationem transeuntem, in qua terminus exit ad extra, et operationem immanentem, in qua terminus est operanti conjunctus et unitus. Identitas porro facultatis et objecti sequitur actualitatem, sicut diversitas potentialitatem, a subinde viget perfecta identitas ubi est perfecta actualilas. Atqui in Deo est perfecta actualitas. Ergo et perfecta identitas inter cognoscentem et cognitum.

Quæ ratio etiam evincit Deum se cognoscere per seipsum. Ille quippe se per seipsum intelligit qui habet speciem intelligibilem non dictinctam a seipso.Sed in Deo species intelligibilis non distinguit ur a Deo. cum sit ipsa essentia divina. Ergo Deus se per seipsum intelligit.

III. Deus seipsum perfecte comprehendit (a. 3). — Dicitur aliquis sensu proprio *comprehendi* quando tantum 'cognoscitur quantum cognoscibilis est. Atqui Deus tantum se cognoscit quantum est cognoscibilis. Ergo Deus se perfecte comprehendit.

Constat minor ex ('itato textu.S. Pauli ; qui enim scrutatur *omnia* profunda Dei cognoscit Deum quantum cognoscibilis est.

Probatur ratione theologica. Cum cognitio proportionetur actualitati, habetur cognitio comprehensiva quando actualitas in cognoscendo est sicut, actualitas in essendo. Atqui in Deo, qui est actus purissimus, actualitas in cognoscendo est sicut actualitas in essendo. Ergo Deus habet cognitionem sui comprehensivam.

Confirmatur. Ille se perfecte comprehendit qui habet verbum in quo perfecte exprimitur quidquid est in ipso. Sed Deus habet verbum sibi æquale per omnia, in quo perfecte. exprimit ur quidquid in ipso est. Ergo. Ad rem S. Augustinus : « Tamquam se ipsum dicens Pater genuit Verbum sibi æquale per omnia. Non enim se ipsum integre per-

h'teque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in ' jus Verbo quam in ipsol. »

IV. Intelligere in Deo non est accidens, sed ipsa Dei substantia (a. 4). — Si divinum intelligere aliud esset a substantia, se haberet ad ipsam sicut actus ad potentiam, perfectioque ad perfectibile. Sed jam constat repugnare Deo quamvis potentialitatem. Ergo repugnat intelligere a substantia discriminari.

Quod etiam hoc modo manifestatur : intelligere comparatur ad intellectum sicut esse ad essentiam, quatenus intelligere consequitur speciem intelligibilem, sicut esse consequitur formam. Atqui in Deo essentia est esse. Ergo intellectus est intelligere. Sed iterum intellectus divinus est essentia divina. Ergo intelligere divinum est ipsa essenlia seu substantia divina.

Imo volunt plures et insignes Thomistæ ipsummet *nlelligere* esse formale constitutivum essentiæ divinæ. Quam quæstionein alibi præoccupavimus2.

1. S. Augustin., *De Trinit.,* lib. XV, c. xiv ; *P. L.,* x1ii, 1076.
2. Supra, q. II, art. II, p. 68 ss.

ARTICULUS TERTIUS

DE OBJECTO SECUNDARIO SCIENTIÆ DIVINÆ

AD ART. 5-7 S. THOMÆ

I. Doctrina fidei. — Deum cognoscere omnia alia a se negarunt multi ethnici necnon gnostici et manichæi, qui contendebant Deum res saltem materiales ignorare aut non curare. Stoici, Tullius, multique rationalistse, Deo subtrahunt scientiam actuum liberorum, et præsertim præscicntiain, ut infra dicetur.

Doctrina catholica ubique se prodit et in his verbis concilii Vaticani tota resumitur : « Universa quæ condidit Deus providentia sua Luetur atque gubernat... ea etiam quæ libera creaturarum actione futura sunt[1]. »

Scripturæ testimonia ad plures classes revocari possunt. 1° Occurrunt loci in quibus dicitur omnia *esse nuda el aperla oculis ejus*[2]. '2° Loci, qui Deo adseribunt scientiam omnium temporum differentias comprehendentem. « Ecce, Domine, tu cognovisti omnia, novissima et antiqua[3]. » 3° Loci ubi Deus dicitur cognoscere et curare omnes res etiam minimas, lilia agri, volucres coeli, et omnes capillos capitis nostri numerasse[4]. 4° Loci, qui asserunt Deum intueri etiam secreta cordium : « Omnia corda scrutatur Dominus et universas mentium cogitationes intelligit[5][6] » 5° Loci qui Deo vindicant scientiam futurorum et etiam mere possibilium : « Vocat ea quæ non sunt tamquam ea quæ sunt[8]. »

Traditio patristica in his effatis resumitur : S. Irenæi :

1. **Cap. i,** *De Deo rerum omnium creatore;* Denzinger, **1782.**
2. *Hebr.,* **iv, 13.**
3. *I's.* **cxxxvm, 5.**
4. Mattii,, x, **29 ss.**
5. **Ps. xxviii, 9.**
6. *Rom.,* **iv, 17.**

« Nihil omnino eorum quæ facta sunt, et quæ fiunt et fient scientiam Dei fugit[1] ».

Et S. Cyrilli Hierosolymitani : « Deo notas esse omnes pluviæ guttas, non solum quæ nunc in terras decidunt, sed quæ ab orbe condito distillarunt[2]. « Et S. Fulgentii : « Firmissime tene et nullatenus dubites Deo incommutabiliter, non solum præterita et præsentia, sed etiam futura omnia esse notissima[3]. »

Cæterum omnia quæ de scientia futurorum dicentur præsentem doctrinam supponunt et confirmant.

II. Ratio theologica.— Deus, cum seipsum comprehendat, perfecte etiam comprehendere debet suam virtutem et ea omnia ad quæ se extendere valet. Atqui virtus divina ad omnia alia a Deo se extendit et ad omnia possibilia se extendere valet. Ergo Deus cognoscit omnia alia a se, tum actu existentia tum possibilia.

Confirmatur. Manifestum est Deum cognoscere omnia quæ sunt intelligibiliter in suo intelligere ; nam cognitio fit eo ipso quod cognitum sit intelligibiliter in cognoscente. Atqui omnia alia a Deo sunt intelligibiliter in intelligere Dei. Ergo cognoscuntur a Deo. Declaratur minor. Omnia alia a Deo præexistunt in Deo tamquam in causa et ad modum causæ. Sed in Deo esse causæ est ipsum intelligere et modus causæ est ipse modus intelligibilis. Ergo omnia alia a Deo sunt in intelligere Dei modo intelligibili.

Proponi potest sub alia forma[4]. Cognita causa, præsertim formali et exemplari, cognoscitur effectus; cum enim causa formalis sit rei constitutiva, perspecta ipsa, perspicitur res, et, cum causa exemplaris sit ipse typus causæ formalis, cognito exemplari, perfecte innotescit causa formalis et ipsa res. Atqui Deus est causa exemplaris omnium rerum ; nam essentia cujusque creaturæ non est nisi quædam essentiæ divinæ imitatio et participatio. Ergo Deus cognoscendo suam essentiam ut tali modo imitabilem et tali modo participatam novit creaturas omnes.

1. Iren., *Coni. Haeres.,* l. II. c. xxvi, 3; vn, 8, a. 1.
2. S. Cyrill. Hierosol., *Calech.* \'J, n. 4; *P. G.*. xxxm, 544.
3. S. Fulgent., *De Fide ad Petrum.,* c. xXxm : *P. L.,* i.xv, 703.
4. Ex ipso S. Thom., q. n ; *De Veril.,* a. 3.

III. De formula cognoscere res « in seipsis ». — Dici possunt res cognosci *in seipsis* duplici sensu. Potest primo accipi « in seipsis » ex parte rerum, ita ut sensus sit res cognosci ut sunt in seipsis et non aliter, et jam liquet Deum cognoscere omnes res ut sunt in propria natura. Secundo, accipi potest « in seipsis » ex parte medii cognitionis, ita ut res cognoscantur per speciem propriam directe et immediate sui repræsentativam. Hoc modo accepta cognitio rerum in seipsis non est perfectio simpliciter simplex ; quia melius est rem cognoscere per speciem superiorem quam per speciem propriam.

Recolatur iterum distingui triplex medium : 1° Medium *sub quo* est lumen sub quo res videtur, et istud non obstat cognitioni immediatæ, ut liquet de lumine gloriæ in visione beata. 2° Medium *quo* est ipsa species impressa qua fit cognitio, et hæc vi sui non facit cognitionem mediatam ; sic cognitio visus potest esse immediata et intuitiva, licet per speciem impressam fiat, et cognitio naturalis angelorum est immediata, quæ tamen fit per species inditas. 3° Medium *in quo* prius cognito aliud cognoscitur, sicut conclusio in principiis, vel sicut res in speculo in quo resultat ejus similitudo; et hoc medium facit cognitionem proprie mediatam.

Quæstio itaque, in præsenti est utrum res creatæ cognoscantur in essentia divina tamquam in medio prius cognito.

IV. Præcipuæ sententiae. —Quatuor recenseri possunt. Prima quæ est nominalium, tenet Deum res cognoscere in seipsis tantum[1]. Secunda cum Vasquez, Becano, etc., vult Deum cognoscere creaturas in sua essentia ut est species immediate repræsenlativa creaturarum. Tertia dicit Deum res cognoscere et in sua essentia et immediate in seipsis : ita Arriaga, Frassèn, Wurceburgenses, plerique molinistæ, generatim illi qui volunt futura cognosci in eorum veritate objectiva. Quam opinionem sic proponunt Wurceburgenses : « Deus illas cognoscit *in seipso,* et qui-

1. Cf. Nueol, Occam el Gabriel, in I *Sent.,* dist. 35; pro confutatione tegatur Capreolus in h. l.

dem tot titulis quot essentialiter cum illis connectitur. ' ognoscit etiam *immediate in seipsis*[1]. »

Suarez censet illam non carere probabilitate nec habere inconveniens, licet contradicat D. Thomæ[2].

Quarta sententia, cui adhærent omnes Thomistæ et multi etiam extranei[3], exprimitur hic ab ipso Angelico : \lia autem a se non videt in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso. »

V. Conclusio : Deus omnia alia a se cognoscit, non in ipsis nec per propriam eorum speciem, sed in seipso tamquam in causa visa, seu tamquam in medio in quo omnia relucent.

\rg. Ium. Immediate *in seipsa* ex parte medii eognos- . ilur res quæ videtur vel per propriam essentiam actu ı mijunctam intellectui cognoscenti, vel per propriam et ndæquatam speciem. Atqui absolute implicat ut creaturæ sive per suam essentiam immediate sive per proprias ; pei ies conjungantur intellectui divino et ipsum determinent ad intelligendum : tunc quippe Deus a creatura perficeretur in intelligendo, sel solum medium Deo dignum Ih oque possibile est essentia. Ergo oportet ut creaturæ ‹ «ignoscantur in essentia Dei prius visa.

\rg. IIum. Objectum quod immediate attingitur debet ‹-bs«' in eodem immaterialitatis gradu cum ipso intellectu. \l creaturæ in seipsis inspectæ non sunt in eodem imma- l« rialitatis gradu cum intellectu divino, sed solum quatenus in ipsa essentia divina repræsentantur. Ergo non possunt ««ignosci in seipsis, sed solum in essentia Dei, in qua relu- l mi. prius cognita.

\rg. l IIum. Deus infinite perfectus nequit habere dupli- «cm cognoscendi modum, quorum unus non sit perfectio «.... pliciter simplex; Atqui modus cognoscendi res in seipsis ıî"Iî est perfectio simpliciter simplex, nam melius est rem

i I. Cf. Wurgeburgenses, *De Deo,* disp. III, a. III, n. 117, I I 119, 122, 125, 137. Cf. etiam P. Muncunill, *De Deo,* p. 175.
' Si arez, *De Deo.,* lib. III, c. u, n. 16.
i. Cf. card. Billot. *De Deo,* thés. XXI; Van der Meersch. I II 398 ss.

cognoscere per speciem superiorem, et melius est ex parte cognoscentis omnia cognoscere in seipso tamquam unico medio, quam in alio medio extra se. Ergo nequit Deus res cognoscere nisi in seipso.

Concludamus ergo cum S. Augustino : « *Non enim extra se quidquam positum in'uebatur*[1] »; et cum Angelico : « *Id quod est extra seipsuin non intuetur* nisi *in seipso* (ad. 1).

VI. Deus cognoscendo res in se eas videt non in communi tantum sed propria et distincta cognitione (a. 6). — Hæc conclusio refellit plures rationalistas et deistas qui, licet Dei existentiam confiteantur. Deo tamen subtrahunt cognitionem propriam et distinctam quæ ad singula cl minima se extendat. Doctrina fidei jam fuit vindicata η. I. Sufficit breviter recolere probationem quæ evincit Deum res omnes cognoscere, non solum secundum quod communicant in ratione entis, sed etiam secundum quod unum ab alio distinguitur.

Quæ cognoscuntur ut actus imperfecti in actu perfectissimo cognoscuntur propria et distincta cognitione, quemadmodum, cognita causa *totius* effectus, cognoscitur effectus secundum omnia quæ sunt in ipso, et sicut perspecta totaliter imitabilitate alicujus essentiæ cognoscuntur omnes et singuli modi quibus participatur.

Atqui creaturæ omnes ita a Deo cognoscuntur : Deus, quippe, actus perfectissimus, usque ad ultimam differentiam intuetur actus imperfectos qui a se pendent et secundum omnes respectus quibus a se pendent; Deus, causa totius effectus creati seu causa universalissima efficiens et exemplaris omnium quæ sunt in rebus, intuetur in se omnia et singula quæ in rebus sunt et fiunt ; Deus, archetypus in quo præexistunt intelligibiliter omnia, intuetur perfectissime omnes modos quibus sua essentia est imitabilis el participabilis ad extra. Ergo Deus omnia alia a se cognoscit propria, distincta et perfectissima cognitione.

VII. Scientia Dei esse nequit discursiva sed omnia simul perfecte intelligit (a. 7). — Dupliciter dici posset

1. S. August., l. LXXXIII *Quæstion.,* q. LXVI, n. 2; *P. L.,* XL, 30.

scientia discursiva : improprie, secundum simplicem actuum successionem ; et proprie ac formaliter, secundum causalitatem, perveniendo de cognito ad incognitum. Neutrum porro dici potest de Deo : non est enim in Deo successio actuum, quia haec importat et multiplicitatem operationum et transitum de potentia ad actum, quæ omnia Deo repugnant ; nec a fortiori esse potest discursus per causalilatera, qui arguit ignorantiam, potentialitatem, ac multiplicitatem.

Quia igitur unicum est scientiæ divinæ medium, nempe ipsa Dei essentia, est tota simul semperque in actu et uno simplicissimo ac perfectissimo intuitu omnia intelligit ; vel, ut pulchre dicit S. Augustinus, « non singula cogitando aspicit, sed una æterna et immutabili atque ineffabili visione complectitur cuncta quæ novit[1]. »

1. S. Augustin., *De Trinil.,* iib. XV, c. vu ; *P. L.,* x1 ii, 1066.

ARTICULUS QUARTUS

DE CAUSALITATE SCIENTIÆ DIVINÆ DEQUE PRÆCIPUIS EJUS DIVISIONIBUS

AD ART. 8 S. THOMJE

I. Quanti sit momenti doctrina S. Thomæ in hoc art. 8. — Tradit hie S. Doctor principia quæ totam regunt quæstionem de scientia existentium et futurorum. Si enim scientia Dei sit *causa rerum secundum quod habel voluntatem conjunctam,* si res ideo sunt quia Deus novit, liquet omnino existentia et futura non cognosci independenter a libera determinatione divinæ voluntatis ; unde quæ traduntur in art. 13 supponunt præsentem doctrinam jam stabilitam ; et ipsa præsentialitas in æternitate ad quam tunc provocat Angelicus non est medium cognoscendi futura libera nisi adjuncto voluntatis decreto.

Omnes theologi concedunt scientiam Dei esse saltem directivam in productione rerum ; sed quæstio movetur utrum sit etiam factiva et qua ratione ; negant plures extra scholam D. Thomæ, affirmant vero Thomistæ, adhibita tamen distinctione inter scientiam simplicis intelligenliæ et scientiam visionis[1].

II. Conclusio : Scientia Dei est causa rerum, non quidem se sola, sed prout adjunctam habet voluntatem. — Scriptura effectionem rerum modo scientiæ et intellectui, modo voluntatis consilio tribuit, ut inde innuat utrumque concurrere : « Præparat orbem in sapientia sua, et prudentia sua extendit coelos[2] ». — Hinc dicitur « omnium

1. Cf. Ni.vahez, liti. 1, c. vi ; Salmant., Joan, a S. Thom., Syi.vhs, Gonet, Bii.i.uart, Buonpensiere, el recentiores commentntores in h. l.

2. .Ierem., x, 12.

artifex sapientia[1]. » Pariter Deus, teste Paulo, « operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ[2]. » — Itaque in S. Scriptura causa rerum est sapientia et consilium voluntatis. Atqui sapientia et consilium voluntatis important scientiam cui conjungitur voluntas. Ergo causa rerum, juxta S. Scripturam, est scientia Dei prout adjunctam habet voluntatem .S. Augustinus scientiæ Dei tribuit causalitatem quæ est arti propria : « Sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia, antequam omnia fabricet[3]. »

Ratio theologica. Scientia Dei se habet ad res quas producit sicut scientia artificis ad res quæ arte fiunt. Atqui scientia artificis non solum est directiva, sed vera causa eorum quæ arte fiunt. Ergo scientia Dei non solum est directiva, sed vera causa rerum. — Ratio majoris est quia primæ et perfectissimæ causæ competit perfectissimus operandi modus, qui est per intellectum et voluntatem simul, ut convenit proprie artifici. Declaratur min. Ars non solum dirigit, nec solum perficit potentiam in ordine ad operationem, sed ponit formam in artificiato, hoc quidem processu : 1° ars ostendit finem, 2° voluntas artificis intendit finem, 3° voluntas imperat actum, 4° ars et scientia dirigunt actum, 5° tandem ars et scientia ponunt formam in opere. Confirmatur[4]. Omnis scientia vel est causa sciti, vel causatur a scito, vel utrumque causatur ab una causa : quia vel mensurat res, vel mensuratur a rebus, vel utrumque subjacet mensuræ superiori. Atqui dici nequit scientiam Dei a rebus causari, vel res et scientiam divinam ab una causa superiori dependere. Relinquitur ergo ul scientia Dei sit causa rerum.

Prob. IIa pars. Scientia ex propria ratione non dicit ivi productionem, sed potius contemplationem, ac subinde, ul sit rausa, requirit voluntatem adjunctam. Forma quippe non i.st actionis principium prout est in agente, sed prout dicit inclinationem ad effectum. Porro in auctore intelli-

1. *Sap.,* vn, 21.
2. *Ephes.,* i, 11.
3. S. Augustin., *In Joan.,* tract. I, ɳ. 17; *P. L.,* xxxv, 1387.
4. Ex ipso S. Thom., q. n : *De Peril.,* a. 13.

gente inclinatio ad agendum est voluntas. Ergo scientia Dei causa est rerum prout adjunctam habet voluntatem.

Quod clarius elucet si recolatur Deum res producere per imperium : Dixit *el facia sunl,* mandavit *el creala sunl.* Atqui imperium est actus intellectus præsupposita voluntate. Ergo Deus res producit per actum intellectus seu scientiae, adjuncta voluntate.

III. Hinc apparet discrimen inter scientiam divinam et scientiam nostram. — Scientia Dei causât res et ipsæ res scientiam nostram causant. Quocirca res naturales aptissime dicuntur *mediæ* inter scientiam Dei et nostram : utpote causatæ a scientia Dei, sunt posteriores ipsa et mensuratae ab ipsa ; sed, quia sunt causa nostrae scientiae, priores sunt ipsa et ejus mensura.

Hinc melius est accipere scientiam a rebus per inventionem quam a magistro per doctrinam; ratio hujus est quia res naturales sunt immediata scientiae et sapientiae divinæ signa, dum verba doctrinæ sunt signa conceptionum quæ sunt in mente magistri. « Sicut igitur dignius est doceri a Deo quam ab homine, ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturas quam per hominis doctrinam[1]. » — Quo vero clarius appareat qua ratione scientia Dei sit causa rerum, nonnulla sunt disserenda de divisionibus scientiæ divinæ.

IV. Præcipuæ divisiones scientiæ Dei.

Quamvis in Deo una sit ac simplicissima scientia, diversa tamen habet objecta diversaque est objectorum habitudo ad scientiam. Quapropter, si Dei scientia consideratur juxta terminos quos respicit, plura distinctionum fundamenta præbet, ac diversas partitiones suscipit.

Dividitur imprimis in *speculativam* et *praclicam* (a. 16). Speculativa dicitur quæ verum considerat, sed res nullatenus efficit, sicut illa qua Deus seipsum videt ac possibilia intuetur; practica vero quæ objectum producit. De seipso quidem habet Deus scientiam speculativam tantum, quia nullam erga seipsum exercet aut exercere potest causa-

1. S. Thom., III, P. q. XII, a. 3 ad 2.

litatcm ; de omnibus autem rebus extra se habet scientiam speculativam simul et practicam. De possibilibus habet scientiam praticam virtualiter tantum, speculativam autem quoad modum considerandi et etiam quoad finem, quia nunquam reducentur in actum.

Itaque in Deo scientia de seipso et scientia de possibilibus in aliquo conveniunt, quatenus utraque est speculativa, sed aliunde maximo discrimine differunt : de seipso enim non potest esse nisi speculativa scientia, de possibilibus vero potest esse pratica saltem virtute, si quidem valet illa efficere.

De rebus autem in aliqua temporis differentia existentibus habet Deus scientiam practicam et quoad *objectum,* quia illud producit, et quoad *jinem,* quia illum efficaciter intendit, et quoad *modum,* quia considerat res ut de facto producendas.

Secundo, dividitur in *necessariam* seu naturalem, et *liberam.* Necessaria est quæ antecedit liberum Dei decretum et respicit Deum in seipso et rerum essentias in mero possibilitatis statu ; libera autem quæ respicit objecta a voluntate Dei dependentia, ut ea omnia quæ in aliqua temporis differentia sunt vel erunt.

Tertio, dividitur in scientiam *simplicis intelligentiæ* et Scientiam *visionis,* de qua partitione est uberius disserendum.

V. De scientia simplic s intelligentiæ et scientia visionis. — Scientia simplicis intelligentiæ ea est qua Deus videt omnia quæ sunt in sua potentia vel in potentia creaturæ, quæque tamen nec sunt nec fuerunt nec erunt; est igitur scientia divina prout terminatur ad creaturas solum sub ratione possibilium. Scientia autem visionis est qua Deus attingit rerum futuritionem, existentiam et præsentiam in sua æternitate. Dicitur *visionis,* metaphora a sensu corporis desumpta : sicut enim oculus videt res extra se positas ut præsentes actu, ita Deus res omnes in aliqua temporis differentia extituras intuetur ut actu in sua æternitate præsentes.

Possibilia itaque sub sola scientia simplicis intelligentiæ

cadtml. rcalia vcro sub scientia visionis, quippe quæ sunl jam præsentia respectu Deil.

Scientia porro visionis iterum subdividitur in scientiam *approbationis,* versantis circa bona quæ Deo placent ei sucum ferentis determinationem voluntatis divinæ ad res scitas ac decretum approbativum ; et in scientiam *impro bationis,* qua Deus actus liberos peccatorum cognoscit, sed defectum et rationem peccaminosam nullatenus vult, quapropter hæc scientia solum decretum permissivum importat.

Inter scientiam simplicis intelligent!» et scientiam visionis ponit Molina scientiam *mediam* ; quia existimat dari objectum medium, nempe futuribilia, seu futura conditionata, quæ nunquam erunt, sed fuissent posita conditione : hæc quippe, ait, non sunt mere possibilia, nec sunt futura absoluta, sed media, scilicet eonditionata, quæ posita conditione evasissent absoluta.

Reponunt ceteri theologi non esse de facto objectum medium, nam vel res erit aliquando et jam scienti» visionis objicitur, vel nunquam erit et sic ad scientiam simplicis intelligent!» refertur.

Si quæstio foret et nomine, transmitti posset divisio2, at aliud intendunt molinistæ. Scientia enim media, juxta ipsos, est cognitio fui urorum conditionatorum *ante* omne Dei decretum et independenter a decreto. Implicat porro aliquod fusurum habere veritatem et esse independenter a libero Dei decreto ; si enim aliquod contingens antecedit liberum Dei decretum, Deus non est respectu illius proprie liber. De his mox disseretur.

VI. Conclusio : Etsi scientia simplicis intelligent!» dici possit remote et in actu primo causa rerum, scientia tamen qua Deus res efficit in actu secundo est scientia

1. Sacra Congregatio S. Officii in decreto 6 junii 1918, de scientia aninne Christi, hanc terminologiam approbat, dum *certam* dici posse declarat sententiam « quæ statuit animam Christi nihil ignoravisse, sed ab initio omnia cognovisse in Verbo praeterita, pro'senlia el futura, seu omnia quæ Deus scit *scientia visionis.* » Cf. *Arta Aposlolicæ Sedis,* 1 julii 1918, vol. X, p. *<82.

2. Cf. Bu.i.rviir, *dissert.* VI, art. 5, ad objeci. 3.

visionis, non præcise ut visionis, sed ut approbationis. - Ita communiter Thoinistæ, contra Molinam, Valentiam, Suarez, Vasquezl. Scientia Dei est causa respectu rerum sicut ars respectu artefactoruni, ut perpetuo monet Angelicus. Atqui in artefactis judicium præcedens electionem voluntatis est causa in actu primo, eo quod ostendat finem el modum quo fiat opus. Ergo pariter in Deo scientia quæ præcedit electionem voluntatis est causa rerum in actu primo. Sed scientia quæ præcedit electionem est simplicis intelligentiæ, quia considerat rem adhuc ut possibilem ; dum imperium, quod sequitur electionem, pertinet ad scientiam visionis, quia jam considerat rem sub statu realitatis. Ergo scientia simplicis intelligentiæ est causa rerum remote et in actu primo, dirigendo *mediale* ; dum directio immediata refertur ad imperium.

Probatur IIa pars. Scientia rerum effectiva in actu secundo est illa quæ sequitur liberam divinæ voluntatis determinationem ; nam Deus est causa rerum intellectu el libertate. Atqui scientia quæ sequitur liberam divinæ voluntatis determinationem est scientia visionis, sicut illa quæ antecedit electionem est scientia simplicis intelligently ut explicatum est. Ergo scientia rerum effectiva in actu secundo est scientia visionis.

Probatur IIP pars. 1° Verbis D. Thomæ : « Unde scientia Dei secundum quod est causa rerum consuevit nominari scientia *approbationis.* » 2° Ratione. Deus videt seipsum. \ idetque mala formaliter ut mala, nec tamen causât. Ergo visio sub sola ratione visionis non est causa rerum. Ostensum est scientiam divinam esse causam per imperium. Atqui imperium efficaciam non habet nisi per motionem et applicationem voluntatis, a qua fit exeeutio. Ergo scientia Dei est causa rerum per applicationem seu decretum divinæ \ oluntatis, quod itaque eatenus est effectivum quatenus est npprobativum. Unde relinquitur scientiam visionis esse i ausam quatenus est scientia approbationis.

1. Cf. Molin., in hac quæst. disp, χνιι ; Valentia, punct., iv ; \ asquez, disp. LXVIII, c. VI ; Suarez, *De Concursu Dei,* c. xm i i lib. III; *De Attributis, c.* iv el recentiores Muncunill, etc.; Alvarez, lib. I; *Respons.,* cap. vi ; Gonet., disp. III, q. n ; 'aimant., tract. Ill, disp. V, dub. II ; Buonpensiere, etc. in h. l.

VII. Hinc resolvitur quæstio; utrum res sint futuræ quia sciuntur a Deo, an, e regione, sciantur quia futuræ sunt[1]. — Si sumatur propositio sensus illativo, verum est Deum res scire quia futuræ sunt, ita ut hic sensus reddatur : si futuræ sunt, a Deo sciuntur, sicut etiam dicitur : si homo est risibilis, est rationalis. Unde, sicut risibilitas infertur ex rationalitate, ita ex futuritione et existentia rerum infertur Dei scientia. At sensu causali, ideo res sunl futuræ quia a Deo sciuntur. Si enim res scirentur quia sunt futuræ, scientia Dei a rebus penderet quantum ad certitudinem et veritatem. At repugnat omnino perfectioni divinæ scientiæ ut a rebus aliquatenus dependeat. Ergo implicat ut Deus dicatur res scire quia futuræ sunt.

Confirmatur. Quando scientia est prior rebus et earum mensura, res ideo sunt quia sciuntur et non e converso. Atqui, teste D. Thoma, «sicut scibilia naturalia sunt priora quam scientia nostra et mensura ejus, ita scientia Dei esi prior quam res naturales et mensura ipsarum[2]. » Ergo, dum in scientia nostra res ideo sciuntur quia sunt, in scientia divina res sunt vel futuræ sunt quia sciuntur.

Demum, scientia Dei, cum non sit minus perfecta vel minus independens quam amor divinus, se habet ad res scitas sicut amor Dei ad res amatas. Atqui res idcirco sunt amabiles et borne quia a Deo amantur, et non, e converso, amantur a Deo quia sunt jam bonæ. Ergo res non ideo sciuntur quia sunt vel erunt in esse, sed sunt vel erunt in esse quia a Deo sciuntur.

VIII. Doctrina patristica. — Traditio catholica pulcherrime ac strenue a S. Augustino vindicatur. « Universas autem creaturas suas, et spirituales et corporales, *non quia sunt ideo novit Deus ; sed ideo sunl quia novit.* Non enim nescivit quæ fuerat creaturus. Quia ergo scivit, creavit ; non, quia, creavit, scivit[3] ». Illi concinit S. Gregorius

1. Gonet, ibid., a. III; L. Janssens, *De Deo Uno,* II, 29 ss.; et aliunde, card. Billot, *De Deo,* p. 215 ss. ; Van der Meerscii, n. 387 ss.

2. S. Thom., hic ad 3.

3. S. Audistin., lib. XV, *De Trinit.,* cap. xm ; *P. L.,* xlii, 1076.

Magnus : « Nam et quæque sint non in æternitate ejus ideo videntur quia sunt, *sed ideo sunl, quia videntur*[1]. »

Nec negotium facessere debet modus lequendi Origenis et PP. Graecorum ; nam isti, liberum arbitrium contra Manichaeos defendendo, minus fuerunt solliciti de divinæ seientiæ causalitate vindicanda. Quando autem dicunt Deum ideo res cognoscere quia sunt, intendunt sæpius de peccatis, quorum Dei scientia non est causa ; aut, si (piando de aliis objectis accipiunt, id intelligi potest sensu illativo; si res sunt, certissime a Deo cognoscuntur ; vel intendunt divinam scientiam non inferre agentibus liberis necessitatem. Augustinus vero et cum ipso Patres Latini debuerunt aptiora verba adhibere : Pelagianis itaque, ex una parte, liberum arbitrium supra modum extollentibus, Manichaeis, aliunde, impugnantibus, sancti doctores, modum loquendi accuratiorem eligunt, quo et liberi arbitrii et gratiæ divinæ jura facilius salvent ur et concilientur. Quare S. Augustinus, S. Fulgentius, S. Gregorius M., etc., sunt in hac materia spectatissimi et insignes traditionis catholicæ testes.

IX. Hinc colligitur qua ratione Deus cognoscat non entia et mala (aa. 9 et 10). — Non entia eatenus scit quatenus esse possunt vel erunt vel fuerunt ; unde ea omnia quæ in aliqua temporis differentia fuerunt vel erunt attingit scientia visionis ; ea vero quæ remanebunt in potentia sua vel creaturæ cognoscit scientia simplicis intelligentiæ.

Manifestum est D. Thoinam non agnoscere scientiam inediam pro futuribilibus ; quia illa remanebunt de facto in potentia Dei vel creaturæ, cognosci debent scientia simplicis intelligentiæ. Sed de his longius ubi de futuris.

Cognoscendo bona Deus cognoscit etiam mala quæ bonis accidunt.— De fide est mala omnia cognosci a Deo. qui est illorum ultor[2]. Ratio theologica liquet. Quicumque perfecte novit aliquid debet ea omnia cognoscere quæ

1. S. Gregor. M., lib. XX, *Moral.,* cap. xxin; *P. L.,* lxxxvi, 175-176.

2. Scriptura in inultis locis id enuntia·, *Genes.,* vi, 5; Job, xt,. 11. *Ps.* 4, 6, lxviii, 6; *Prou.,* xv. 11. Luc., xv, 18.

'Hi accidere possunt. Atqui bonis accidere possunt mala, Ergo cognoscendo bona, etiam mala opposita novit; et, quia mala non sunt in se, sed in bonis, ut privationes, cognoscuntur non in se, sed per bona opposita.

Quocirca peccata quantum ad defectum cognoscuntur in decreto permissive; quantum vero ad entitatem physicam, quæ est aliquod ens, cognoscuntur in decreto positivo, ut explicabitur mox, ubi de futuris.

X. De cognitione singularium (a. 11). — Doctrinam fidei jam exposuimus, qua constat scientiam Dei se extendere ad singularia etiam minima. Sufficiat rationem theologicam breviter recolere. Deus cognoscit alia a se in sua essentia ut est eorum similitudo et principium effectivum. Atqui essentia Dei est similitudo et principium effectivum omnium et singulorum quæ sunt in rebus. Ergo cognoscit Deus omnia et singula quæ sunt in rebus a se dependentibus.

XI. Deus infinita cognoscit etiam scientia visionis (a. 12). — Recolantur Ecclesiæ definitiones superius traditæ de *infinitate* Dei, quæ est tum in essendo tum in cognoscendo : « *Intellectu et voluntate omnique perfectione infinitum*[1], »

Ratio theologica sic proponitur. Deus cognoscit omnia quæ sunt in potentia sua vel in potentia creaturæ. Sed hujus modi sunt infinita, cum sint imitationes et participationes essentiæ divinæ, quæ est imitabilis et participabitis absque termino. Ergo Deus cognoscit infinita.

Imo scientia visionis. Nam hæc se extendit ad omnia quæ fuerunt, sunt, vel erunt in aliqua temporis differentia. At, licet substantiæ non sint numero infinitæ, quia substantiarum productio non fuit semper nec in æternum fiet, operationes tamen, cogitationes et voliliones, sine fine multiplicabuntur. Ergo scientia visionis attingit infinita.

Modus porro illius cognitionis breviter explicatur. Scientia se porrigit juxta modum et extensionem formæ, quæ

1. COnc. Vatic.., cap. i ; *De Deo rerum omnium creatore,* Denzinger, 1872.

cd principium intelligendi. Atqui forma quæ est principium iiitelligendi in Deo est sufficientissima ad repræsentandum mlinita, non tantum in universali, sed etiam quoad singula quæ in re includuntur, utpote eorum similitudo et principium effectivum, ut dictum est. Ergo Deus cognoscere debet infinita, non per modum illorum, accipiendo partem post partem, *sed per modum suum, omnia simul ei aclu videndo.*

XII. De cognitione infinitorum actu. — Docet Angelicus[1] Deum non cognoscere scientia visionis infinita *aclu,* quia scientia visionis respicit ea quæ actu fuerunt, sunt vel erunt, infinita autem nunquam erunt actu[2].

Utrum vero cognoscat infinita actu scientia simplicis mlclligentiæ ? Duplex sententia. Probabilior videtur sententia affirmativa. Sicut enim res futuræ præsentes sunt io æternitate, non propria duratione, sed duratione entis alemi, ita infinita possunt videri simul actu ab infinito increato, quin tamen possit hæc multitudo infinit a existere actu in propria duratione[3].

XIII. Caetera quæsita de scientia Dei : cognoscit enuntiabilia et est absolute invariabilis (a. 14 et 15). — Breviter li.ee ad præsens recoluntur, ut ultimo loco fiat longior aerino de futuris.

Cognoscit Deus enuntiabilia, quia sunt in potentia i reaturæ, quam perfecte novit. Non tamen illa cognoscit . -imponendo et dividendo, sed per simplicem intuitum.

Batio cur homo intelligat componendo et dividendo · J quia utitur specie limitata, quæ sic repræsentat unum id aliud minime referat; Deus vero cuncta novit per essen- l iain suam Lanquam speciem unicam omnia simul repræsen- l autem, ac subinde omnia nostra enuntiabilia uno simplici intellectu videt.

Variatio autem in scientia ex duplici capite repetitur :

I. / *Cont. Gent.,* c. 1 x x , et *De Veril.,* q. n, a. 9 ad 2.
'. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* t. V, p. 193, ss.
:i. Cf. Go n e t , in h. l. ; Sa l ma n t ., *De visione Dei,* ad art. 7 et 8 ; I .l \n s s e n s, *De Deo Uno,* II, 84.

ex parte cognoscentis et ex parte cogniti, cum media sit scientia inter cognoscentem et cognitum. Porro neutro modo variari potest scientia Dei. Ergo est absolute invariabilis.

Declaratur major. Potest scientia ex parte scientis variari tripliciter : 1° *quoad habitum,* quatenus hic generatur vel corrumpitur, vel augmentum aut diminutionem suscipit ; 2° *quod actum,* quatenus fit transitus de potentia ad actum, de uno ad aliud, vel discursus de uno devenit in aliud ; 3° *quoad modum* cognoscendi, quatenus aliquis clarius, profundius, postea cognoscit, quod quidem contingere potest tum ex meliori medio tum etiam ex majori intellectus perspicacitate. — Ex parte autem rei variatur scientia secundum veritatem et falsitatem, quatenus, mutata re, eandem retineamus de illa opinionem.

Prob. min. In Deo scientia non variatur ex parte habitus, cum in Deo nihil sit habituale, sed omnia sint in actu ; nec ex parte actus, quasi transiret de potentia in actum aut de uno in aliud, quia unico ac simplicissimo actu omnia percipit ; nec etiam ex parte medii, quasi aliquid postea perfectius videret, cum sit semper in ultimo perfectionis vertice. Nec demum ex parte objecti, quia, licet res in se varientur, intuitus tamen divinus fertur in ipsas ut sunt in sua aeternitate præsentes, et quia essentia divina omnia simul actu repraesentat secundum omnes omnium temporum status et differentias[1].

1. De illa mirabili invariabilitate legatur S. Augustinus, *De Trinit.,* lib. XV, c. xiv ; P. *L.,* xlii, 1077.

ARTICULUS QUINTUS

DE COGNITIONE FUTURORUM

AD ART. 13 S. TH0MΛ31

I. Definitio futuri. — Thomistæ, duce Angelico Praeceptore, futurum deficiunt : *Quod est determinatum in sua i iiusa vel in suis causis ad habendam existentiam in duralione sequenti.* S. Thomas expresse definitionem tradit : « Cum dicitur : hoc. est futurum, designatur *ordo qui est in causis illius rei* ad productionem ejus2. » Et adhuc, clarius : ' Illud quod nunc est ex eo futurum fuit, antequam esset, quia *in causa sua* erat ut fieret : unde, sublata, causa non esset futurum illud fieri3 ».

Futurum quippe, quum medium teneat inter possibile el. actuale, debet ab utroque essentialiter discriminari. At possibile innuit solum non repugnantiam ad existendum, niillamque determinationem ex parte causæ ; actuale vero dicit rem jam extra causam. Ergo futurum concipi et definiri debet id quod nondum est extra causas, quodque plus jam habet quam non repugnantiam tam in se quam ex parte causæ, sed quod est jam determinatum in causa ad habendam existentiam in duratione sequenti.

Alii theologi, quo facilius viam sternant scientiæ mediæ, luturum definiunt : Illud quod nunc, non existit sed existentiam habebit in tempore sequenti4. Quæ definitio probari nequit, quia sic dici tantum posset : non sunt, sed erunt, non autem : *futura* sunt.

E contra, futurum habet *realem* ordinem ad existentiam, secus non discreparet a m ro possibili. At vero non habet realem ordinem ex parte sui, quia jam esset. Ergo ex parte

1. Cf. auctores jam ailat.i in decursu hujus quæstionis 14.
2. S. Thom., qq. *dispp., De Verit.,* q. n, a. 12 ad 7.
3. I. P., q. xvi, a. 7 ad 3.
4. Cf. P. Muncunill, *De Deo Uno el Trino,* n. 349, 359, 360.

causæ ; ac proinde tola ratio futuri est in causa, nec alia ratione erit futurum qua jam est in causa.

Unde futurum realem importat ordinem qui est in causa, et sic debet ex hoc ordine causæ definiri : Id quod est determinatum in causa ad habendam existentiam in durations sequenti.

Duplex porro est determinatio causæ; scilicet determinatio causæ primæ, quæ est simpliciter infallibilis et immutabilis, et hinc repetitur futurum simpliciter dictum et inimpedibile ; et determinatio causæ secundæ, quæ potest mutari vel deficere, et hinc habetur futurum impedibile.

Quocirca Deus quandoque per prophetas annuntiat futurum prout est in ordine causæ primæ, et hæc est prophetia *praedestinationis,* in qua futurum semper impletur, ut hæc : *Ecce. Virgo concipiet et pariet Filium.* Aliqnando vero annuntiat futura prout sunt in ordine causarum inferiorum, puta secundum dispositionem natura; vel meritorum, quod tamen non fit, quia aliter est iri causa prima, ut quando dictum fuit a Jona : *Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur,* et hæc est prophetia *comminationis*[1].

Futurum itaque simpliciter dictum est quod determinatur in *causa prima* ad habendam existentiam in ducatione sequenti.

II. Divisio futuri. — Dividitur 1° in futurum necessarium et futurum contingens. Futurum *necessarium,* quod pendet a causis necessariis, immutabiliter agentibus nec impedibilibus. Futurum *contingens,* quod pendet a causis quæ impediri possunt, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco : dicitur futurum *liberum,* quatenus procedit a causa ad utrumlibet indifferenti.

Licet distingui possint contingens et liberum, tamen de facto actus liberi dicuntur proprie futura contingentia. « Et rect<; quidem : nam actus liberi *speciali ratione* sunt *contingentes* : non enim causa proxima actus liberi, seu voluntas est *natura sua* determinata ad unum in operando,

1. S. Tuum., I. P., q, xix, a. 7 ad 2 ; IIa IIæ q. clxxxiv, a. 1 ; Gonkt, disp. IV, «. l ; Salmant., disp. VII, dub. 1.

„cd dum eligit ipsa sese determinat, volendo hoc quum posset velle *aliud·,* proinde actus liber, quoad suam determinationem, seu quoad terminationem ad objectum unum,) d *contingens,* nempe est hic actus quum posset non esse, hic actus[1]. »

III. Conclusio : Omnia futura absoluta tum necessaria tum contingentia etiam libera Deus ab æterno scientia cirta et infallibili cognoscit. — Doctrina fidei. — Dogma præscientiæ divinæ generatim ethnici philosophi aut negant aut saltem pervertunt. Sic Cicero, dum vult libertatem humanam tueri, divinam præscientiam inficiatur : « Nihil (uim est tam contrarium rationi et constantiae quam forluna, ut mihi ne in Deum quidem cadere videatur ut sciat quid casu et fortuito futurum sit. Si enim scit, certo illud eveniet. Sin certe eveniet, nulla fortuna. Rerum igitur fortuitarum nulla est præsensio[2]. » De quo dicit Augustinus : « Dum vult facere liberos fecit sacrilegos[3]5 » — lix adverso, Stoici, qui præscientiam profitentur, libertatem de medio tollunt. Praedestinatiani sæculo ix, Hussitæ sæculo xv, et plures ex protestantibus, præscientiam admittunt quæ fatalitatem inducat. Marcionitæ contendebant præscientiam ad singula minima non descendere. Sociniani, quos sequuntur rationalist», nonnisi conjecturalem scientiam de futuris liberis concedunt. Guenther videtur asserere Deum conjecturaliter tantum præcognovisse futurum primi hominis lapsum.

Probatur ex Scriptura. Sunt quinque præcipuæ series textuum quibus hoc dogma expressissime asseritur.

1° Textus ubi Scriptura testaiur Deum omnia cognoscere antequam fiant : « Intellexisti cogitationes meas *de longe...* munes vias meas *prævidisli*[4]. » 2° Textus qui asserunt Deum intueri futura non minus clare ac præterita : « Domino . nim Deo *antequam crearentur omnia sunt agnita; sic* c/ *post perfectum respicit omnia*[5]. » 3° Textus ubi dicitur

1. Van der Meersch, *De Deo Uno ei Trina,* n. 363.
2. Cicero·, *De divinat.,* lib. II.
3. S. Augugust, lib. V, *De Civit. Dei,* e. rx ; *P. L.,* xu, 156.
4. Ps. LXXXVIII.
5. *Eccli.,* xxiii, 28.

futura attingi a Deo ut præsentia : « Opera omnis carnis *coram illo,* et non est quidquam absconditum ab oculis ejus. A sæculo usque in sæculum *respicit* et nihil est mirabile *in conspeclu ejus*[1]. » 4° Præscientiam futurorum invicte demonstrant multæ *prophétisé* Scripturarum eventu comprobatae. Unde dicit Tertullianus : « Praescientia Dei tot habet testes quot fecit prophetas[2][3]. » 5° Scriptura exhibet præscientiam futurorum ut proprium divinitatis signum : « *Annuntiate quæ ventura sunt in juturum, et sciemus quia dii estis vos*[9]. » Quare animadvertit Origenes : « Propria divinitatis nota est res futuras prædicere ut prædicendi ratio vires humanas superet et ex eventu judicetur divinum Spiritum esse prædictionis auctorem[4]. » Et S. Ambrosius : « Deo quæ sunt futura præsentia sunt, et ei cui praecognita sunt omnia, ventura pro factis sunt[5][6]. » Concludendum est cum Augustino : « Confiteri esse Deum et negare præscientiam futurorum apertissima insania est[8]. »

Definitiones Ecclesiæ. Concilium Valentinum, 855 : « Deum *præscire* et *præscisse* æternaliter et bona quæ boni erant, facturi et mala quæ mali sunt gesturi[7]. »

Concilium Vaticanum : « Omnia enim nuda et aperta sunt oculis ejus, *ea etiam quæ libera creaturarum actione futura sunt*[9]. »

IV. Rationes theologicæ. — Arg. Ium. Certum est Deum res omnes cognoscere saltem quando actu producuntur ; nam si res Deum laterent, non procederent ab illo libere, nec esset ipse judex et ultor et gubernator orbis. At qui Deus non potest aliquid in tempore cognoscere quod non plene noverit ab æterno, secus mutabilis esset in sua cognitione nec jam remaneret actus purus et perfectus. Ergo ab æterno omnia futura novit.

1. *Eccli.,* xxiv, 24, 25.
2. Tertull., *Adv. Marcion.,* lib. II, c. v ; P. *L.,* II, 316.
3. *Jsai.,* xl.i, 23.
I. Origen., *Coni. Celsum,* lib. VI, n. 10; *P. G.,* xi, 1305.
5. S. Ambros., *De Fid.,* lib. I, c. xv ; P. *L.,* xvi, 574.
6. S. Augustin., *De Civil. Dei,* lib. V, 1 ; P. *L.,* xli, 149.
7. Can. 5 ; Denzinger, 321.
8. *De Deo rerum omnium Creatore;* Denzinger, 1784.

Arg. IIum. Deus res cognoscit in quantum est eorum causa. Atqui non tantum necessariorum, sed et liberorum et contingentium est causa. Ergo non tantum necessaria, sed et libera et contingentia cognoscit. Sed, cum ejus scientia sit invariabilis, ab æterno scit quidquid aliquando scit. Ergo ab æterno scit futura contingentia et libera.

Unde Deus cognoscit voluntates nostras, sicut et alios effectus per hoc quod est nobis causa volendi[1].

Confirmatur. Deus est causa rerum et cognoscit res quatenus habent rationem entis. Sed contingens et liberum sunt quædam ratio entis. Ergo causât et cognoscit futura etiam sub ratione contingentis et liberi.

Objicitur : Deus cognoscit res quatenus sunt. Atqui res quatenus futuræ non sunt. Ergo non cognoscit res quatenus futuras.

Resp. : Dist. maj. : Deus cognoscit res quatenus sunt in sua prima causa, concedo ; quatenus sint in seipsis tantum vel in causis proximis tantum, nego.

Contradist. min. : Res futuræ non sunt in seipsis vel in causis priximis, concedo ; non sunt in causa prima, nego. Dist. pariter conclus. : Ergo non cognoscit res quatenus futuras in seipsis, concedo ; quatenus sunt jam præsentes in prima causa, nego.

Quamvis effectus contingentes, si considerentur in causis ad unum non determinatis et præcise ut futuri, non possint cognosci, attamen ut sunt actu jam præsentes in prima causa, infallibiliter cognoscuntur. Porro omnia futura sunt jam Deo præsentia, et scientia divina se habet in contemplatione eorum quæ in temporum decursu fiunt sicut intuitus noster ad ea quæ nobis præsentialiter adsunt. Unde non cognoscit ut futura, sed ut præsentia[2].

Quod ut recte intelligatur, exponendum restat an et quomodo futura sint jam Deo præsentia.

V. De praesentialitate futurorum in aeternitate. — Scriptura 1° exhibet futura jam Deo præsentia et Deum omnia circumspicientem, sicut oculus noster objectum suum ut

1. S. Thom., III *Coni. Gent.,* cap. 1 v i.
2. Cf. S. Thom., *De I erit.,* q. n, a. 12; et I. P., q. xiv, a. 13.

præsens attingit. « Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, *circumspicientes* omnes vias hominum[1]2» — Scriptura 2° testatur omnia esse nuda et aperta oculis Domini ; « Omnia *nuda* et *aperta* sunt oculis ejus'. » Sed quæ sunt nuda et aperta oculis sunt jam coram oculis præsentia. Ergo.

Concilium Vaticanum ad idem medium recurrit, ut ostendat Deum cognoscere futura : hæc omnia sunt agnita, eo quod sint coram oculis Domini : « Omnia enim *nuda et aperta* sunt oculis ejus *ea etiam quæ Ubera creaturarum actione* futura sunt[3]. »

SS. Patres et Doctores illam præsentialitatem diserte piofitentur. Jam citavimus S. Ambrosium : « Deo enim quæ sunt futura *præsentia* sunt et ei cui præcognita sunl omnia, ventura *pro factis* sunt[45]» S. Augustinus ostendit futura esse jam Deo ita præsentia ut illorum cognitio melius dicatur scientia quam præscientia « Placet ergo ut non dicamus præscientiam Dei, sed tantummodo *scientiam·'*. » S. Petrus Damianus : « Et omnia quæ apud nos elabendo discurrunt aut per temporum vicissitudines variant, *apud illud hodie* stant et immobiliter perseverant... Quid est ergo quod ille non videat de præteritis omnibus vel futuris, qui videlicet omnia facta vel facienda sine ullo transitu deligit et *statuit* in *suæ majestatis præsentia ;* cui perfecto et illud tempus intransibiliter adest, quod ea quæ facta sunt antecessit et illud *quod cuncta deinceps futura concludit*[67]» S. Anselmus : « Sufficienter ex his quæ dicta sunt puto patere quia præscientia Dei et liberum arbitrium nequaquam invicem repugnant : quod facit *vis aeternitatis, quæ claudit omne tempus et quæ sunl in quolibet tempore'*. »

1. *Eccli.,* xxiii, 28.
2. *Uebr.,* iv, 13.
3. Denzinger, 1784.
4. S. Amhros., *De Fid.,* lib. I, c. xv, n. 97 ; *P. L.,* xvi, 574.
5. S. Augustin., *Ad Siinplic.,* lib. II, q. n, n. 2 ; *P. L.,* xl, 158.
6. Cf. Petr. Damian., Opusc. xxxvi, cap. vu et vni; *P. L.,* cxi.v, 605.
7. S. Ansei.m., *De Concordia,* cap. v; *P. L.,* clviii, 513 ss. — c.f. superius coi. 332 ss, ubi dicit : « Præscientia Dei non proprie dicitur præscientia : rui enim omnia sunl præsentia non habet futurorum præscientiam, sed *præseniium scientiam.* »

S. Thomas frequenter recurrit aci illud medium præsen- lialitatis in aeternitate, ut inde ostendat scientiam Dei esse ci tissimam : « Omnis igitur cognitio quæ supra contingens fertur *prout præsens est, certa esse potest.* Divini autem intellectus intuitus ab æterno fertur in unumquodque eorum quæ temporis cursu peraguntur, prout præsens est, nt supra ostensum est ; relinquitur ergo quod de contingentibus nihil prohibet Deum ab æterno infallibilem scientiam habere1. » — « Et ideo cognitione *quæ est præsens illi actui* potest certitudinaliter cognosci sicut patet etiam in visu corporali, et quia divina cognitio æternitate mensuratur2. » — « Cum enim visio divinæ essentiæ æternitate mensuretur, quæ est tota simul, etenim totum tempus includit nec alteri parti temporis deest, sequitur ut quidquid in tempore geritur, *non ut futurum, sed ut præsens* videat3. » « Unde omnia quæ sunt in tempore sunt Deo præsentia non solum ea ratione qua habet rationes rerum apud se præsentes, ut quidam dicunt, sed quia ejus intuitus fertur ab æterno supra omnia prout sunt in sua præsentialilate4. »

Probatur ratione theologica. Omnia debent cognosci ut præsentia ab illo intellectu respectu cujus non est ratio præteriti et futuri. Atqui respectu intellectus divini non ' st ratio præteriti et futuri, quia æternitas divina est tota simul et ambit simul omne tempus et omnes temporis differentias. Ergo res omnes cognoscuntur a Deo ut actu præsentes.

VI. Qua ratione futura dicantur præsentia Deo. — Prima sententia, cui adhærent Durandus, Scotus, Egidius Romanus, Suarez, Vasquez, etc. reponit res esse Deo præsentes solum objective et intentionaliter, per modum quo cognilum est in cognoscente. Altera sententia, quam propugnant Thomistæ5, imo et Molina, Ruiz et Tiphanius, docet

1. S. Thom., 1 *Coni, Gent.,* cap. 1 x v ii.
2. 1 *Sent.,* diet. 38, q. unie. a. 5 ad 2.
3. Q. n, *De Verit.,* a. 12.
1. 1. P., q. xiv, a. 13.
5. Modum loquendi Thomislarum reprehendit Van her Meersch, *De Deo Uno el Trino,* η. 252 et 405, not. 2.

futura esse jam Deo præsentia realiter et physice, non quidem per anticipatam productionem[1], sed quia cuilibet instanti temporis præsens est æternitas et omnia tempora virtualiter continet ; ita nempe ut æternitas physice coexistât omnibus temporibus, licet non omnia tempora coexistant æternitati : sicut si esset arbor immensa quæ occuparet totam aquam fluminis coexisteret physice toti flumini, licet diversæ partes fluvii non sibi physice coexistant. Unde res dicuntur præsentes physice et æternitate non ratione sui, quia nondum habent es»e physicum' sed ratione æternitatis. Melius itaque diceretur æternitatem præsentem esse physice futuris, quam futura esse præsentia physice æternitati. Nec aliud intendunt Thomistæ, licet forte modus loquendi ambiguitatem quandam præ se ferat Quum autem correlatio sit inter æternitatem et futura, recte dici potest, sensu explicato, etiam futura esse physice æternitati præsentia.

Textus jam allati ex SS. Patribus et Doctoribus præsentiam quandam physicam important. Nam præsentia illa est qua res dicuntur jam stare apud Deum ; qua cognitio Dei essentialiter distinguitur a cognitione creata et dicitur potius scientia quam præscientia. Atqui præsentia mere objectiva hæc omnia non præstat ; res quippe futura non dicitur jam stare quia cognoscitur a longe; creatura, angelus vel homo, potest hoc modo habere coram se multa futura, quæ præcognoscit, nec propterea dicuntur futura simpliciter præsentia prophetis ; unde et cognitio prophetica remanet semper præscientia nec fit simpliciter scientia.

Insuper, sancti Doctores, ut præsentiam illam adstruant, provocant, non ad rationem qua cognitum dicitur præsens in cognoscente, sed ad rationem ipsius æternitatis, quæ *claudit* vel *includit* in se omne tempus. Ergo aliud ponunl prætcr præsentiam intentionalem, sed intendunt res eo modo esse apud Deum præsentes quo æternitas omni; durationes virtualiter continet, nempe realiter et physice.·

S. Thomas, in hoc art. 13, expresse removet opinionem de prasentia mere intentionali. « Sunt Deo præsentia *non*

1. Cf. S. TiioM., I *Coni. Genl.,* cap. 1 x v i.

uliini ea ratione qua habet rationes rerum apud se præsenles » ; et recurrit ad medium æternitatis vi cujus futura sunt Deo præsentia physice, *prout unumquodque eorum est actu in seipso.*

Probatur sententia thomistica.

Arg. Ium. Intuitui divino res sunt aliquando actu et physice præsentes, saltem quando, actu existunt. Atqui intuitui divino utpote immutabili, et invariabili, non possunt res postea alio modo exhiberi quam ab æterno exhibentur. Ergo ab æterno sunt divino intuitui actu et physice præsentes.

Arg. IIum. Sicut esse divinum æquivalet physice multis perfectionibus realiter distinctis, ita æternitas tota simul existons, physice æquivalet omni successioni omniaque ambit tempora ; sicut scientia Dei complectitur omne scibile, ita ipsius duratio omnem durationem ; sicut illius immensitas omnes locorum differentias excedit physice, ita æternitas omnium temporum differentias. Ergo tenendum est omnia quæcumque durationem habebunt, esse jam in aeternitate actu et physice præsentia.

Exemplis suadetur. Sicut in circulo omnia puncta centro l oexistunt, quamvis non omnia sibi invicem coexistant, ita omnia tempora coexistunt toti æternitati quasi præsentia, l ametsi una pars temporis non coexistât alteri : « Æternitas propter suam infinitatem et immutabilitatem non solum in essendo, sed etiam in mensurando, caret ista successione extrinseca, et non expectat res successivas ut Huant et l une illi coexistant, sed immutabiliter eas continet, antequam mutabiliter in se existant, per modum mensuræ a qua derivantur Sicut si esset arbor tantæ magnitudinis, quæ occuparet totam aquam fluvii, simul omnibus partibus coexisteret, licet illæ succederent inter sel. »

VII. Præsentia physica futurorum in aeternitate est necessaria ut Deus habeat de contingentibus cognitionem immutabilem, intuitivam, certam et infallibilem. L° Nisi res, physice præsentes ab æterno sint, Deus videndo res actu

1. Joan, a S. Thom., *Phil. Nal.,* I. P., q. xvn, a. II. — Quoad objectiones fieri solitas, cf. Gonet, disseri. IV, a. VII.

præsentes in tempore, aliter videt quam videbat ab æterno ; sicque notitia præsentium in tempore erit tantum scientia, notitia vero futurorum ab æterno erit præscientia. Ergo *mulabilur* divina cognitio quando de præscientia fiet scientia. Recolatur potius pulchrum effatum S. Anselmi : « Cui enim omnia sunt præsentia non habet futurorum præscientiam, sed præsentium scientiam[1]. »

2° Cognitio *iniuiliva* non accipitur ex præsentia speciei intelligibilis in intellectu, seu ex præsentia objectiva, quia sic omnis cognitio diceretur intuitiva, eo ipso quod cognitum sit præsens in cognoscente ; sed desumitur ex eo quod terminetur ad objectum reale jam in aliqua duratione physice præsens. Ergo, ut Dei cognitio de fui uris dicatur et sit intuitiva, oportet ut terminetur ad futura ut jam physice præsentia, non quidem in propria duratione, quæ nondum est, sed in duratione superiori æternitatis. 3° Ut cognitio sit *cerla,* debet terminari ad objectum quod certo erit. Atqui effectus contingens, ut est in causa proxima et in propria duratione, est dubius, cum sit causa ad utrumlibet indifferens. Ergo, ut contingens certo cognoscatur, debet esse jam præsens in duratione fixa et immutabili æternitatis. Qua propter S. Thomas recurrit ad præsentialitatem in æternitate ut contingens cognoscatur per certitudinem[2].

1. S. Anselm., *Elue.,* c. xxi ; *P. L.,* clviii, 332 ss.
2. *Cont. lient.,* cap. lxvu ; I. P., q. xiv, a. 13.

ARTICULUS SEXTUS

DE MEDIO IN QUO DEI S

COGNOSCIT FUTURA CONTINGENTIA ET LIBERA

I. Classes generaliores opinionum. — Licet inulta conficta sint a theologis systemata, omnia tamen ad sequentia reducuntur : futura cognoscuntur aut in suis causis proximis; aut in seipsis, nempe in eorum veritate formali vel objectiva ; aut in solo Deo; et hoc quidem vel in essentia et ideis divinis ante Dei decretum et independenter a decreto ; aut in essentia divina per liberum decretum determinata.

Molina et Becanus[1] volunt futura cognosci in suis causis secundis, quatenus a Deo comprehenduntur, imo supercomprehenduntur et hinc scit Deus quid ageret creatura si in tali circumstantia poneretur ; et, quia vult ipse illam creare et in tali circumstantia ponere, scit quid factura sit.

Hæc est celeberrima theoria de *supercomprehensione* causarum[2], qua Molina cognitionem divinam ab angelica discernit : dum angeli comprehendunt tantum voluntatem creatam non videndo n ipsa actus liberos, Deus ipsam supercomprehendit et in ipsa omnes actus futuros intuetur.

Theophilus Reynaud[3] reponit Deum videre indepenilenter a suo decreto quidquid faceret voluntas sibi relicta si nempe se sola posset agere.

Plures alii scriptores Societatis, quos adhuc sequitur

1. Cf. Molina, q. xiv, a. 13 ; Becan., t. I, c. y, q. ix.

2. « Ex altissima et inscrutabili comprehensione eujusque liberi arbitrii in sua essentia intuitus est quid pro sua innata libertate, si hoc vel illo, vel etiam infinitis rerum ordinibus collo-* caretur acturum esset, cum tamen posset, si vellet, facere seipsa oppositum. » *Concordia,* q. xiv, a. 13, disp. LII. Edit. I.ethielleux, p. 317.

3. Tueoi'n. Reynaud, *Nova libertatis explicatio,* 11 P., c. iv, n. 35.

cardinalis Mazzella, tenent futura cognosci in eorum veritate *objectiva* vel *formali,* quatenus ex duabus propositionibus contradictoriis de futuro contingenti una sit determinate, vera, altera determinate falsa independenter a libero Dei decreto, licet requirantur divina decreta statuentia ponere conditiones sub quibus liberæ et determinate actiones creaturæ rationalis dantur[1]. Suarez[2] admittit cognosci futura in decreto Dei futuro. At quo medio iterum cognoscatur decretum ut futurum[3] ? Recurrit tandem Suarez ad veritatem objectivam propositionum de futuro.

E regione, multi theologi docent cognosci futura omnia in solo Deo.

Ægidio Romano[4] tribuitur sententia quæ asserit Deum cognoscere lutura contingentia in suis ideis, vel in sua essentia ut habet rationem vel speciei impressæ vel ideæ et exemplaris, addito tamen decreto decernente existentiam causæ liberæ. Sententiam illam novo apparatu proponunt cardinalis Pecci[5]. cardinalis Satolli[6], Paquet[7], et alii recentiores qui. ex una parte, non audent admittere decreta prædeterminantia, el aliunde coguntur profiteri Deum nihil cognoscere extra seipsum, seu extra suam essentiam ; unde tamquam medium adstruunt exemplaritatem divinam, cum decreto decernente existentiam[8].

Plures neo-moliniste recurrunt ad istud medium : sicut verum est prius bono, ita intellectus divinus concipitur in actu ante voluntatem et independenter a voluntate, ac subinde scient a divina debet attingere suum objectum independenter a voluntate et cognoscere futura independenter a voluntatis decreto.

1. Cf. P. Muncunill, *De Deo Uno et Trino,* n. 363, 367.
2. Suarez, *De Scientia Dei,* lib. II, c. vin.
3. Cf. Suarez, *De Deo Uno,* lib. III, et opusc. *De Scientia futur, canting.,* lib. II.
4. Cf. Ægidius, Roman., in I *Sent.,* dist. 38.
5. Cf. card. Pecci, *Sentenza di san Tommaso circa I'influsso di Dio suite azioni dette creature ragioneuoli et sulla scienza media.*
6. Cf. Card. Satolli, *De Deo,* lect. V el ss.
7. Paquet, *De Deo,* in q. 14. S. Thom., 13.
8. Van der Meersch, n. 408, 441.

Alii recentiores, ut L. Janssens[1], statuunt unicum medium cognoscendi futura esse divinam æternitatem, seu præsentialitatem in æternitate. Thomistæ, etiam cum Praeceptore, profitentur præsentiam physicam in aeternitate esse prorsus necessar am, ut Deus habeat de contingentibus invariabilem et intuitivam cognitionem, at illa præsentalitas non est praecise medium futuri repræsentativum independenter a decreto, sed potius decretum supponit : nequeunt enim contingentia et libera quatenus sic esse in æternitate præsentia nisi ratione divini decreti. Quapropter docet communiter schola thomistica medium proprium cognoscendi futura hujusmodi esse decretum divinum, seu essentiam divinam a libera voluntate determinatam.

Decretum porro illud dicitur *prædeterminans,* non solum quia ab æterno præordinat actus liberos, sed etiam quia motio quam in tempore ponit in causa libera est *praevia* determinationi voluntatis creatæ. Scotistæ admittunt decretum *condelerininans,* quatenus motio Dei sit *concomitans* cum determinatione creaturæ. Verum discrimen est penes modum loquendi ; nam, si decretum Dei efficaciter intendit actum liberum, motio Dei erit natura prius determinatione creaturæ et idcirco est reapse prædeterminans.

II. Prima conclusio : Futura libera non potest Deus certo cognoscere in voluntatibus creatis et independenter a suo decreto. — Nequit enim in voluntatibus creatis, lutura inspicere nisi eo modo quo in ipsis continentur. Atqui ante De decretum futura libera in causis secundis seu voluntatibus creatis non continentur certo et determinate, sed tantum conjecturaliter. Ergo nonnisi conjecturaliter cognosci possunt. Prob. inin. Causa libera, sive absolute considerata, sive diversis circumstantiis subjecta, remanet ad utrumlibet indifferens, semperque inteterminata ad agendum vel non agendum, et hoc vel illud : unde actus contingens non continetur determinate in illa. Quocirca qui actus liberos in sua

1. Janssens, *De Deo Uno,* t. II, p. 110-144.

causa libera inspicit, non cognoscit certo et determinate, sed conjecturaliter vel solum sub disjunctione : erit vel non erit.

Aliunde medium illud non sufficienter salvat divinæ scientiæ independentiam a determinatione voluntatis creatae, nec explicat quomodo scientia increata non mensuretur a rebus ; nec quomodo remaneat voluntas Dei libera si res habet, esse independenter a libero Dei decreto

III. Secunda conclusio : Nec cognoscit Deus lutura in seipsis. — Particula « in seipsis » potest dupliciter accipi : Primo quidem, quatenus se tenet ex parte medii cognitionis, et tunc opponitur cognitioni in alio : hoc sensu cognitio rei in seipsa habetur quando res primo et per se ac per speciem propriam cognoscitur. Secundo, quatenus particula se tenet ex parte rei cognitae, ut sensus sit : Deus cognoscit res ut sunt in seipsis, secundum esse quod revera habebunt in tempore ; qua acceptione, Deus utique cognoscit futura in seipsis, quippe quæ sunt jam Deo in æternitate praesentia.

Refellitur ergo sententia quæ de primo modo procedit. Habetur cognitio rei in seipsa quando res primo et per se movet intellectum ad sui cognitionem, sive per propriam speciem sive pfer essentiam intellectui praesentem. Atqui intellectum divinum primo et per se movere non potest res creata, sive per suam essentiam sive per suam speciem ; cum repugnet intellectum divinum a rebus moveri et a rebus cognitionem haurire. Ergo.

Ne<· reponatur Deum cognoscere futura in seipso et in seipsis : nequit enim Deus infinite perfectus et semper in actu habere duo diversa cognoscendi media, praesertim cum alterum importet dependentiam a rebus. Unde jam art. 5 S. Thomas concludit : « *Alia autem a se videt* non ΓN IPSIS, SED IN SEIPSO. »

I \ . Tertia conclusio : Nequit Deus cognoscere futura libera in eorum veritate sive objectiva sive formali. — Veritas

I. ('I'. I'. I »i i Prado, *De Gratia,* I. JII, p. 143-146 ; P. Garri-<;oi -1.AiiiiiANGi·.. *Saint Thomas et le Neo-Molinisme,* p. 18-19.

formalis est eonformitas cognitionis eu ni re cognita ; veritas autem objectiva, sic dicta quia est ipsum objectum veritatis formalis, non differt realiter ab ente, sed est ipsa rei entitas ut ordinem dicens ad intellectuml. Statuit porro sententia refellenda cognosci res futuras in veritate formali vel objectiva.

Intellectus divinus, aiunt, est determinatus ad cognoscendum omne verum. Atqui, ab æterno et independenter a quovis decreto, ex duabus propositionibus contradictoriis : « Judas tradet, Judas non tradet », una est vera, altera falsa nec enim possunt esse simul veræ vel simul falsæ. Ergo ab æterno, independenter a quovis decreto, I >eus est determinatus ad cognoscendum et cognoscit utrum Judas tradet an non tradet.

Resp. : Imprimis futura libera non possunt cognosci in veritate objectiva. Omnis enim veritas objectiva debet in aliquo esse fundari, siquidem verum sequitur ad esse. Atqui independenter a libero Dei decreto futura contingentia nullum habent esse certum et determinatum. Ergo independenter a libero Dei decreto nullam habent veritatem certam et determinatam.

Prob. min. Non habent esse certum, nec in seipsis nec ni suis causis. — Non in seipsis. Nam vel considerantur ut mere futura, et tunc nondum habent esse ; vel ut jam præsentia Deo in æternitate, at nullo pacto esse possunt præsentia independenter a libero Dei decreto. Præsen- I ialitas quippe in æternitate non causât, sed supponit 1'uturitionem. Res eatenus sunt præsentes quatenus aliquando erunt. Atqui non erunt independenter a libero Dei decreto. Ergo nec sunt præsentes nisi vi decreti.

Non in causis : neque in causa prima, quæ ante suum decretum non est determinata ad producendum futurum contingens, alioquin haberetur cæcus fatalismus ; neque in causa secunda, quia ante determinationem primæ causæ milia esse potest determinatio causarum secundarum. Celerum, etiamsi detur causa secunda in actu, vi decreti quo vult Deus illam creare et ponere conditiones ad ejus actionem requisitas, nihilominus effectus contingens non

I. Gf. nosti·. *Curs. Philos. Thomisl.,* t. I et t. V.

habet in illa esse certum et determinatum, cum sit causa libera ad utrumlibet indifferens[1].

Argumentum autem quod ex veritate formali propositionum desumitur est omnio fallax.

Ea est, potius, lex propositionum contradictoriarum ut una aliam excludat nec possint esse simul veræ vel falsæ! at non importatur vi contradictionis ut una præ altera sit determinate vera vel falsa[2]. Unde ex duabus propositionibus contradictoriis de futuris contingentibus neutra esi determinate vera vel falsa antequam eventus sit per decretum divinum determinate futurus ; sed tantum vera est disjunctiva : Erit vel non erit, tradet vel non tradet.

Confirmatur. Veritas formalis pendet a veritate objectiva sicut veritas objectiva fundatur in esse rei. Atqui non est veritas objectiva nec esse rei futuræ liberæ independenter a libero Dei decreto. Ergo nec independenter a Dei decreto erit veritas formalis in propositionibus de futuro libero.

Demum, repugnat ut Deus summe perfectus et independens cognoscat aliquid sive præsens sive futurum n alio medio quam seipso ; quia sic ejus scientia ab aliquo extrinseco penderet ac mensuraretur[3].

V. Quarta conclusio : Futura libera non cognoscit Deus in essentia sua ut habet rationem ideœ vel exemplaris, sive rationem veri independenter ab omni decreto.

Arg. Ium. Nequit Deus congoscere creaturas et earum actus futuros in essentia sua ut idea vel exemplari aut fonte veri, nisi eo modo quo repræsentantur. Atqui ante decretum essentia divina repræsentat futura ut possibilia, ut pro-

1. Non negant Molinistæ requiri ad cognitionem futurorum decretum quo Deus statuit condere creaturam liberam illamque ponere in tali circumstantia et illi præbere media necessaria ad agendum ; sed contendunt Deum cognoscere quid faceret creatura, si reponeretur in tali circumstantia, independenter a suo decreto.

2. Ad rem S. Thomas : « In singularibus quæ sunt de futuro hoc non est nec.esse quod una *determinate* sil vera et altera falsa. » *Perihermeneias,* l. 1, c. ix, lect. xm. — Legatur integer textus.

3. Ita communiter Thomistæ, sive in Logica, ubi de veritate propositionem de futuro contingenti; sive in Theologia, de scien ia Dei.

ducibilia, non autem ut certo producenda. Ergo nequit Deus in sua essentia decretum cognoscere creaturas c, irumque actus ut certo futuros.

Prob. min. 1° Auctoritate Thomæ ; nam, juxta Angelicum, idea repræsentat futura *ex proposito* divinæ voluntatis[1]. 2° Ratione. Essentia divina repræsentat res ut sunt [1] erunt. Ergo, si repræsentat illa futura independenter a decreto, erunt independenter a. decreto, quod est fatalitatem absolutam inducere.

Nec dicatur : supposito decreto quo vult Deus creaturam condere et in tali circumstantia ponere, essentia jam repræsentat futurum independenter ab alio decreto, et quatenus est exemplar. Hanc instantiam excludit sequens ratio.

Arg. IIum. Deus cognoscit res in essentia prout in causa, ac subinde eo modo quo est causa. Atqui essentia divina non est causa futuri præcise ut est exemplar vel idea, secus omnia possibilia quorum est idea essent futura ; sed est causa *ex proposito* divinæ voluntatis. Ergo non cognoscit res ut certo futuras nisi ex proposito, seu libero decreto voluntatis.

Opponitur : Essentia divina, utpote infinita in repræsen- [undo, continet et exhibet ante decretum omnes participationes ipsius et omnes terminos participationis ipsius. Atqui futurum est quædam participatio ipsius quidamve terminus participationis ipsius. Ergo ante decretum essentia divina repræsentat futurum.

Resp. : Dist. maj. : Essentia divina repræsentat omnes participationes et terminos participationis, eo modo quo sont repræsentabiles, concedo ; secus nego. Contradist. min. : Futura ante decretum sunt participationes termimisve participationis in statu *ideali* et sub ratione *possibilitatis,* concedo ; in statu *reali* et sub ratione *futuri* certo eventuri, nego. Et nego conclusionem. Non erunt futura independenter a decreto. Ergo nec ante decretum repræhciitantur ut certo futura.

Fit ergo confusio inter ordinem *idealein* et necessarium, [1] ordinem *futuri*[2].

1. S. Thom., *De Verit.,* q. m, a. 6.

2. De novo modo quo nonnulli, ut P. de Regnon, P. A. d'Alès,

VI. Quinta conclusio : Præsentialitas rerum in æternitate non est medium cognoscendi futura libera nisi ad juncto divino decreto. — C.uin Angelico recurrimus (ari. præcedenti, n. v ss) ad præsentialitatem rerum in ætemilate, quod medium est aptissimum ut scientia de futuris contingentibus sit *immutabilis, inluiliva* et absolute *cerla.* Verum illud adstruere est implicite profiteri decretum divinum. Praesentia quippe supponit futuritionem, supponitque esse rei, ac proinde res eadem ratione sunt praesentes qua esse habent. Atqui res contingentes non consequuntur esse nisi vi et ratione divini decreti. Ergo nec sunt præsentes nisi ratione divini decreti : quapropter praesentiam futurorum asserere est ipsum decretum implicite adstruere.

Unde sit.

VII. Sexta conclusio : Deus omnia futura etiam libera cognoscit in libero voluntatis suæ decreto quo ab aeterno prædeterminavit futura fore omnia quæ futura sunt. — 1° Probationes ex auctoritate. — S. Paulus testatur Deum *operari omnia secundum consilium uolunlalis suæ*[1]. Hinc argumentum. Deus res cognoscit in quantum est illorum causa. At qui, juxta S. Script uram, est causa secundum consilium voluntatis suæ. Ergo omnia cognostit secundum consilium voluntatis suæ. Sed consilium voluntatis non esi aliud nisi de< return voluntatis. Ergo Deus in suæ voluntatis decreto cognoscit omnia.

S. Augustinus præscientiam futurorum liberorum repetit ex praedestinatione Dei, quæ non est independent^!· a decreto : « Prædestinatione quippe Deus ea præscivit quæ

proponunt theoriam molinisticam, cf. P. Garrigou-Lagrange, *Saint Thomas et le Néo-Molinisme,* p. 20 ss. ; Del Prado, *De Gratia,* I. III, p. 176 ss. Fit eadem confusio inter ordinem veri quod fundal nr in esse ideali et. ordinem veri quod fundatur in esse reali. Ante decretum futura non habent, nisi esse ideate. Ergo non .sunt vera veritate futurilionis, sed veritate ordinis idealis. Ergo cognoscuntur solum sub ratione possibilitatis non sub ratione futuri certo eventuri. — Pariter exemplarilas divina, indépendante!· a decreto, non repræsentat nisi purum necessarium vel purum possibile.

1. *Ephes.,* i. II.

fuerat ipse facturus1. » Cum hic sermo fiat de prædestiuatione, agitur de operationibus quas facit Deus cum creatura libera. Igitur pro Deo cognoscere futura libera quibus Ihiem prædestinationis consequuntur creaturæ, est scire quæ facturus sit ipse Deus. Sed quæ facturus est Deus pendent a suo libero decreto. Ergo præscientia futurorum liberorum a libero Dei decreto repetitur. Iterum, juxta \ugustinum, ignorare futurum est ignorare voluntatem Dei cl cognoscere futurum est. voluntatem illam nosse : « Ideo nescio, quia quid habeat hac de re voluntas Dei me latet ; illud me tamen non latet sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas habet2. »

Unde cognitio futurorum est cognitio voluntatis divinæ. Sed cognitio voluntatis divinæ est cognitio decreti divini. Urgo cognitio futurorum est cognitio divini decreti.

Pariter, juxta S. Augustinum, si Deus præscit futura libera, ea prædestinavit : « Quod si dantur, et ea se daturum esse præscivit, profecto prædestinavit3. » Atqui, si prædestinavit, decrevit. Ergo, si præscit, decrevit ; ergo illa futura in suo decreto cognoscit.

Ex toto contextu colligitur hic sermonem esse de futuris *liberis,* in quibus creatura partem habet *quibusque ad praedestinationis finem perducitur.* Nec ullo sensu accipi palest prædestinatio de futuris necessariis, quæ Deus facit solus.

S. Thomas, qui recurrit ad medium æternitatis, ut statuat inluitionem et certitudinem divinæ scientiæ, aliunde assent Deum actus nostros liberos videre in voluntate sua ut ■ausa. « Sicut igitur Deus cognoscendo suum esse vel inklligendo, cognoscit esse cujuslibet rei, ita *cognoscendo iiuin intelligere el velle cognoscit omnem cogitationem et voluntatem...* Et sic remanet *causalilas* in causa prima, quæ l ii iis est, *respectu motuum voluntatis, ul* sic *Deus seipsum cognoscendo hujus modi cognoscere possit**. »

i

I. S. Augustin., *De Prædeslin. Sanctor.,* c. x, n. 11 ; *P. L.,* M iv, 975.

S. Augustin;, XXVI *Coni. Faust.,* e. iv ; *P. L.,* x1h, 481.

3. *De Dono persever.,* c. xvn ; *P .L.,* x1v, 1019,

I. S. Thom., I *Coni. Gent.,* cap. i.xvm.

Hie ergo S. Doctor non assignat aliud medium nisi Dei essentiam cum voluntate ; videlicet essentia ut est voluntas et causa motuum nostræ voluntatis est medium cognoscendi actus liberos. Atqui essentia ut voluntas et causa voluntatum importat manifeste divinum decretum. Ergo censet Angelicus Deum nostras voluntates in sua voluntate cognoscere.

Iterum inculcat S. Doctor Deum eatenus futura cognoscere quatenus est causa. « *Deus cognoscit res in quantum est causa earum.* Sed Deus non tantum est causa necessariorum, sed etiam contingentium. Ergo tam necessaria quam contingentia cognoscit[1]. » —« Deus voluntates nostras, sicut et alios suos effectus, *cognoscit per hoc quod esi nobis causa volendi*[2]. » — Atqui est causa volendi ratione sui decreti. Ergo et ratione decreti cognoscit, voluntates nostras. — « Necesse est quod sua scientia sit *causa rerum secundum quod habet voluntatem conjunctam*[3]. » Sed voluntas conjuncta scientiæ est ipsum decretum divinum. Ergo.

VIII. Rationes theologicae. —Indirecte constat ex confutatione aliarum sententiarum Cætera media sunt insuflicientia et inepta. Unicum medium Deo dignum est sua essentia, non quidem ut mera idea vel exemplar, quia sic non repræsentat nisi possibilia vel necessaria, sed essentia ut adjunctam habet voluntatem ; nec aliud nomine decreti intelligimus.

Probatio directa breviter resumitur : Sicut ab essentia divina considerata tamquam exemplari res possibilitatem suam intrinsecam derivant et ab omnipotentia divina suam possibilitatem ad extra, ita ab essentia considerata ut principio activo, seu causa efficiente, suam futuritionem vel existentiam hauriunt. Quapropter cognoscit existentia et futura in essentia ut est causa eorum efficiens[4]. Atqui non est. causa efficiens nisi quatenus est determinata per liberam voluntatem, secus enim, cum essentia repræsentel omnia possibilia, aut omnia possibilia essent futura, aul

1. Q. ii *De Veril.,* a. 12, arg. 4, *sed contra.*
2. Ill *Coni. Geni.,* c. 1 v i.
3. I. P., q. xiv, u. 8.
4. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* t. V, p. 61-66.

ratio non esset cur aliqua præ aliis futuritionem haberent. Ergo existentia et futura cognoscit in essentia sua per voluntatem determinata seu in suo decreto.

IX. Hinc eruitur peccata quantum ad entitatem physicam cognosci in decreto positivo ; quantum vero ad defectum cognosci in decreto permissivo.

Deus quippe res eatenus cognoscit quatenus est causa. \qui entitatem *physicam* peccati causât, quia hæc sub ratione entis habet rationem boni, et idcirco a prima omnis realitatis causa procedit ; defectum autem, quia est privatio et recessus ab ordine, non causât Deus sed tantum permittit, sicut motus qui est in claudicatione est a viriité animæ, defectus autem claudicationis provenit ex imperfectione tibiæ. Ergo entitatem peccati physicam cognoscit in decreto positivo, seu causativo ; defectum autem in decreto non causativo nec positivo, sed tantum pc.rinissivo.

Illud porro est medium suffii iens et certum et infallibile. Si enim Deus vult aliquid permittere, certissime illud eveniet, non necessitate causalitatis, sed necessitate illationis; sicut si Deus omittit dare concursum efficacem, effectus bonus non fiet. Posset quidem fieri bonum, quia homo *veram* retinet potentiam antecedentem, et posset non fieri malum, quia omissio decreti vel decretum permissivum, nihil aufert de illa potentia vera antecedente ; at, de facto, si Deus vult permittere malum, quod non tenetur impedire, potentia illa vera nunquam reducetur in actum. I lude cognoscendo decretum permissivum, infallibiliter novit defectum, quem tamen non causât.

Quæ solutio clarior evadit ex generali doctrina S. Thoma· de modo quo Deus sinit mala et peccata fieri, defectum non excludendo, positivam autem realitatem producendo ; n ut generatim tenendum est omnem defectum ex ipsa i rcaturæ defectibilitatc, et omne bonum ex summa Dei 11beralitate et causalitate esse repetendum[1].

1. Cf. auctores jam cit., præsertim, Dummermuth, S. *Thomas rl iloclrina præmolionis physicæ,* 1886, *Responsio ad* R. P. Frins, I 1895 ; P. Del Prado, O. P., *De Gratia* ; P. Guillermin, O. P., */ opuscule de S. Em. le cardinal Pecci,* extrait des *Annales de Philosophie chrétienne,* 1886; Gayraud, *Thomisme et Molinisme;* p Gahrigou-Lagrange, op. cit.

ARTICULUS SEPTIMUS

DE COGNITIOKE FUTURIBILIUM

I. Not o futuribilium. — Futuribilia, seu futura conditionata, dicuntur eventus qui futuri essent posita conditione, quæ tamen nunquam ponetur.

Triplicis generis distingui possunt. Alia connexionem habent *necessariam* cum ipsa conditione : si Petrus graviter peccaret, gratiam amitteret ; at de istis nulla moveri debet quæstio. Alia connexionem habent *contingentem,* quæ tamen conjecturaliter prævideri potest : si evangelism Tyriis et Sidoniis prædicaretur, poenitentiam agerent ; si talis homo diu viveret ,malitia mutaret, intolle tum. Alia demum nullam habent connexionem quæ prævideri possit sed in ipsis connexio est penitus *disparata* : Si Joas percussisset jaculo terram quinquies aut sexies sive septies, percussisset Syriam usque ad consumptionem[1][2]

Agitur in præsenti de cognitione futuribilium disparatorum vel eum connexione mere contingenti.

II. Sententiae theologorum. — Pauci theologi citantur qui a Deo subtraxerint cognitionem certam futuribilium. Dicuntur tamen Curiel et Tiphanius* conjecturalem tantum cognitionem Deo concedere. Tribuitur sententia negativa quibusdam Thomistis, ut Cabrera. Zumel, Ledesma; sed immerito, ut ostendunt alii Thomistæ, præsertim Joannes a S. Thoma, Gonet[3] : volunt illi solum futui i-bilia antecedenter ad divinam ordinationem non cognos i nisi ut possibilia vel conjecturaliter, neque cadere aliter sub scientia[4].

1. *IV Reg.,* xm, 18-19.

2. Cu r ie l , lib. 1, *Contrai).,* contr. 7. Tiph a n ius., *De Ordine deque priori et posteriori,* cap. xxv.

3. **J**o a n , λ S. Th om., *Curs, theol.* de scientia media, in pries, quæsl. ; Go n e t , disp. V, a. 1.

4. Gf. Al v a r e z , lib. II, *De Auxiliis,* disp. IV, η. 10.

Certum est futuribilia dc quibus mentio fit in Scripturis infallibiliter a Deo cognosci ; idem quoque tenendum de lid uribilibus quæ utilitatem quamdam important pro gubernatione mundi et fine creationis ; at aliunde « sat ridiculum videtur, ait cl. L. Janssens, in Deo multipli- , are infinita futuribilia et quasi historiam futuribilem uniuscujusque possibilis[1]. »

III. Futuribilia sensu explicato Deus scientia certa ot infallibili cognoscit. — Ille qui est veritas prima infallibilis in cognoscendo et dicendo non prædicit absolute quæ sunt dubia, sed infallibiliter scit quæ simpliciter prænuntiat. Atqui Deus in Scripturis simpliciter prædixit multa futura conditionata, quæ aut nullam aut contingentem habent connexionem cum ipsa conditione. Ergo dia futura conditionata congoscit Deus infallibiliter.

Prob. min. 1° David interroganti Dominum an Ceilitæ 1raderent ipsum Sauli si apud ipsos remaneret, respondet Dominus : *Tradent**. Agitur itaque de quodam futuribili, quod nunquam evenit, quod tamen sciebat Deus. — Nec reponatur Deum scire conjecturaliter, sicut nos interdum i x hominum dispositionibus futura quædam prænuntia- iiius ; nam quæ Deus annuntiat solemniter et per oraculum non possunt esse dubia in ejus cognitione.

2° Elisons propheta indubitanter, nomine Dei, prædicit regi Joæ : Si terram jaculo percussisses quinquies, aut i.evies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consump- l innem[3]. Prædictio illa, quia non fit modo comminatorio, , cxl omnino certa et infallibilis. Ergo illa connexio, licet ili.-parata, erat Deo infallibiliter nota.

3° Christus Dominus exprobrat Corozain et Bethsaidæ Illarum incredulitatem : « Quia, si in Tyro et Sidone factæ l'xsent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio Bd cinere poenitentiam egissent*. · — Hic connexio est· nui l ingens, sed Christo infallibiliter cognita, siquidem liinxima vi illam asseverat.

[1] L. Janssens, *De Deo Uno,* I. II, p. 52.
[2] *I Reg.,* xxiii, 12.
[3] *IV Reg.,* xm, 18-19.
[4] Matth., xi, 21.

SS. Patres illam futuribilium scientiam Deo adscribunt. Sic S. Gregorius Nyssenus, loquens de infantibus qui praemature abripiuntur, docet Deum « progressum infantis ad maturam ætatem prohibere ne malum perficeretur, quod in eo, si ita victurus fuisset, vi præscia cognitum est[1]. »

S. Augustinus illam præscientiam recte vindicat contra Pclagianos, qui falsa consectaria inde eruebant, respectu prædestinationis, quasi gratia baptismatis privarentur infantes intuitu peccatorum, quæ admisissent si victuri fuissent. S. Doctor statuit Deum quidem illa futura conditionata scire, sed sequelam quam deducunt Pelagiani prorsus negat[2].

Item Augustinus præscientiam futuribilium adstruil exemplo Tyriorum et Sidoniorum, qui ad poenitentiam adducti fuissent si præd cationem audivissent[3].

Id etiam praxis Ecclesiæ et sensus fidelium invicte testantur : nam pii et sancti Deum precantur ut sibi bona concedat aut a se mala avertat hac implicita conditione quod omnia ad salutem expediant. Unde tali prece profitentur Deum cognoscere quid futurum esset si res il a se haberent.

Profitetur pariter sensus communis Deum *certo* et *infallihiliter* cognoscere quæ nos *conjecturaliter* prævidemus. Al. nos conjecturaliter prænuntiamus multa hujusmodi futuribilia, quæ ordinem quemdam habent ad gubernationem mundi. Ergo Deus illa omnia cum perfecta certitudine novit.

Demum, gubernator infinitæ sapientiæ debet certo cognoscere omnia quæ utilitatem important pro gubernatione mundi et fine creationis data hac vel illa hypothesi. Futuribilia porro sensu explicato sunt hujusmodi. Ergo infallibiliter a Deo cognoscuntur.

IV. Cognitio vero futuribilium qualem propugnant

1. S. Gregor. Nyssen., *P. G.,* xlvi, 184.

2. S. Augustin., *De Correptione et Gratia,* c. vm ; *De Prædeslin. Sanctorum,* c. xiv ; *P. L.,* xi.iv, 926, 927, 979.

3. S. Augustin., *De dono perseo.,* c. ix, n. 23; *P. L.,* xi.v, 1005, 1106.

adversarii nullatenus probatur. — « Nam si pro uno. futu- l ibili sub ima conditione valet ratio præscientiæ quam Molinistæ vindicant, valere debet pro infinitis sub infinitis i onditionibus, infinita serie ab invicem dependentibus. \ erbi gratia, debet Deus scire quænam esset historia mille mundorum, si creati fuissent ; quid in hoc instanti agerent omnes creaturae intellectuales quibus hi mille mundi implerentur ; et quidem non solum quid facere possent, sed quid revera facerent.— Vitium fundamentale hujus conceptus est in falsa imaginatione, ac si. quoad ip- : uni esse rerum, aliquod medium dari posset inter ordinem possibilitatis et realitatis. Quod medium, praeter aliqualem continentiam contingentis in causis realibus, nullum datur[1]. »

V. De medio in quo Deus cognoscit futuribilia. — Hic iterum recurrunt sententiae jam expositae[2], de supercompre.hensione causarum, de veritate objectiva vel formali propositionum, de essentia divina ut est, vi sui et independenter a decreto, repraesentativa omnis veri. Et hæc est dentia quam vocant *mediam,* nempe scientia futuribihnni, quæ sunt media inter *possibilia,* cognita per scienliain simplicis intelligentiæ, et futura absoluta, cognita per scientiam visionis.

Discrepant inter se molinistæ de modo explicandi et vindicandi scientiam mediam, sed omnes quoad substanliam conveniunt, nempe cognosci a Deo futuribilia independenter a libero decreto[3].

Nos attendimus scientiam mediam quatenus est *cognitio /itliiribilium independenler a libero Dei decreto ;* nec magni isse momenti nobis videtur divisio scientiae mediae in

I. L. Janssens., p. 52.

Nos locuti sumus prius de cognitione futurorum absoluturum, quia hæc est scientia quam S. Scriptura et concilia exhibent ut *signum divinitatis* ; plures adversarii, e contra, prius loquuntur de cognitione fui uribilium, quæ quæstio est secundaria : r 'I ergo invertere ordinem realein, sicut etiam invertitur ordo quum fit obiter sermo de seientiæ causalitate post quæslionern il·· luturis, dum S. Thomas præmittit art. 8, cæleris qui sunt de fui uris.

[J. Cf. P. Muncunill, op. cil., n. 404, ss 420 ss.

dircclam, laic reflexam, quæ pro <onditione assumit aliquod liberum Dei decretum, et *stride reflexam,* quæ pro conditione assumit, scientiam mediam directam.

Thomistæ vero, applicando huic, materiæ principia jam stabilita, reponunt cognosci futura conditionata in decretis divinis, subjective absolutis, objective conditionatis[1].

VI. Prima conclusio : Non datur scientia media, seu cognitio futuribilium, independenter a libero Dei decreto.

Arg. Iuin. Ex defectu objecti. Sublato cujusvis scientia: objecto, tollitur scientia. At repugnat objectum scientia: mediæ. Ergo et scientia media.

Prob. min. Objectum scientiæ mediæ est futurum conditionatum antecedent®!· ad decretum divinum. Atqui independenter a divino decreto nihil est futurum neque absolute neque hypothetice. Ergo. Futurum quippe definitur quod est determinatum in sua causa ad habendam existentiam in duratione sequenti. Sed independenter a divino decreto nihil est determinatum in causa. Undenam res haberet futuritionem ? Non a se, ut liquet, secus esset fui urum necessarium ; non vi conditionis, quæ supponitur disparata vel contingens ; non a causa creata, quæ est indeterminata et indifferens ad agendum, nec aliquid valel efficere independenter a Dei motione ; et, posito concursu simultaneo molinistarum, adhuc indifferens remanet.

Arg. IIum. Ex defectu medii. Scientia media dicitur (ognitio qua Deus independenter a suo decreto explorai et cognoscit quid efficeret creatura libera si in tali vel tali circumstantia versaretur. Atqui talis ‹ognitio est impossibilis defectu medii. Ergo. — Non potest tanquam medium assignari voluntas creata secundum se, quæ sic est indeterminata ; nec voluntas ut circumstantiis subjecta, quia circumstantiae non tollunt indeterminationem, nisi inducatur determinismus ; neque veritas formalis aut obje -

!. Cf. .Ioan, a S. Thom., Salmanticenses, loc. cit. ; Goni-t, disp. Vl ; Hii.i.i ΛHT, dissert. VI ; Dei, Prado, *De Gratia et Liber·) Arbitrio,* Friburg., 1907 ; III. P., Garrigou-Lagrange, *Dieu,* novis.itnn edit. ; *Saint Thomas et le Néo-Molinisme,* Rome, 1917.

lixa futuri sub conditione, nam ante decretum propositio non est vera nisi sub disjunctione ; neque essentia divina ul est ratio eminens seu exemplar omnium, et futurorum rl possibilium ; nam essentia divina non repræsentat futuribilia *determinate,* nisi eo modo quo possent evenire. Atqui non possent evenire determinate independenter a divino decreto, secus esset fatalismus. Ergo, non repræsentat essentia determinate futuribilia independenter a divino decreto[1];* nisi admisso quodam fatalismo, cui et Deus ipse subjicitur.

Arg. IIIum. Ex perfectione et independentia scienti®-divinæ. Nequit scientia divina a rebus mensurari aut dependere. Atqui scientia media et a rebus mensuratur et a rebus dependet. Ergo scientia media non est Deo digna.

Prob. min. Scientia illa a rebus mensuratur et dependet quæ res tantum *explorai* et supponit, non autem efficit. Al qui scientia media res explorat et supponit, minime facit, quia est præcise de his quæ dicuntur habere venialem independenter a divino decreto, ac subinde independenter a divina causalitate, quæ decretum supponit. Ergo.

\rg. IVum. Ex novitate scientiæ mediæ. Systema illud i .l rejiciendum quod nequit in traditione catholica stabiliri quodque fundamentalibus Aquinatis principiis adversatur. Hujusmodi porro est scientia media. Fatetur ipse Molina illud systema non fuisse antea traditum. « Hæc nostra ratio conciliandi libertatem cum divina prædestinatione *a m inine quem viderim hucusque* tradita '. » Quod etiam agnos- l uni Vasquez et Fonseca[3].

VII. De oppositione scientiæ mediæ cum principiis S Thomœ.

Tria sunt præcipua principia[4] quæ statuit Angelicus

I. Quocirca, si principia scientiæ mediæ usque ad ultimas· (■«iiisequentias deducantur, important quemdam determinismum u l fatalismum. Cf. P. Garrigou-Lagrange, *Saint Thomas et h Vio-Molinisme,* p. 17-26.

I ' Molina, *Concordia liberi arbitrii cum divina Præscientia,* ŋ, win, a. 5; édit. Lethielleux, 1876, p. 548.

l l. Cf. P. Dummermuth, O. P., S. *Thomas et doctrina præmo-*■hini.s· *physicæ,* 1886, p. 760.

[l. Cf. I.. Janssens, p. 54-56.

in I P., q. 14 : 1° Scientiam Dei esse *causam* rerum, a. 8; 2° Deura res videre non in ipsis, sed in seipso : « Alia autem a se videt non in ipsis, sed in seipso », a. 5 ; 3° scientiam divinam se habere ordine *inverso* ad scientiam nostram : « Res naturales sunt mediæ inter scientiam Dei et scientiam nostram. Nos enim *scientiam accipimus a rebus naturalibus,* quarum Deus per suam scientiam causa est ; unde sicut scibilia naturalia sunt priora quam scient a nostra et mensura ejus, ita *scientia Dei est prior quam res naturales el mensura earum,* sicut etiam aliqua domus est media inter scientiam artificis qui eam fecit et scientiam illius qui ejus cognitionem ex ipsa jam facta capit[1]. »

Jam vero scientia media opponitur primo principio, quia non est factiva, sed solum *exploraliva* rerum ; opponitur secundo principio, nam, si Deus res explorat *extra* decretum, non potest res *in seipso* ut determinate futuribiles intueri ; opponitur tertio, nam scientia quæ esi cxplorativa tantum, non est sicut scientia artificis, qua? est artefacto prior, sed sicut scientia nostra respectu rerum naturalium, quæ sunt nostra cognitione priores. « Accipit enim Deus a futuritione antequam per voluntatem accedat ratio causalis. Et, quum hæc futuritionis cognitio sit quasi terminus a quo totius œconomiæ scientiæ visionis, universa scientia visionis hoc initiali vitio inficitur[2]. »

VIII. Secunda conclusio : Deus cognoscit futuribilia in suis decretis, subjective absolutis, objective conditio natis.

Volitio et decretum possunt esse conditionata dupliciter. Primo, ex parte subjecti, quatenus designat non actualem voluntatem hic existentem, sed solum dispositionem ad aliquid volendum, nisi aliud obstaret, v. g., librum emerem si pecunia præsto adesset. Quæ sane volitio est imperfecta nec ullatenus potest Deo adseribi. Secundo, ex parte objeci i lanium, quum volitio, omnino firma et certa ex pari,· voluntat is, pendet tamen a conditione ex parte objeci i velificanda, ut sæpius in pactis accidit, v. g. do decem

1. Art. 8 ad 3.
2. L. .Janssens, p. 56.

millia libellarum Luciæ, si religionem ingreditur. Hujusmodi volitio, cum non sil in se ullatenus suspensa, nullam ptæ se fert imperfectionem nec Deum dedecet, imo in l>eo reperitur : sic promisit Deus se largiturum gratiam Adami posteris si Adamus ipse in accepta justitia perseverasset ; promisitque Abraham non eversam iri Sodomam si Inissent in ea decem justi, etc. Erat itaque in Deo firma a< tenax volitio ex parte ipsius Dei : unde, si effectu caruit, id non provenit ex parte voluntatis, sed ex parte objeci i, in quo non adimpletur conditio.

Sic ergo intelligenda est thomistica sententia : decreta de. futuribilibus sunt firma ex parte Dei, at ex parte objecti conditionem requirunt, et, quia hæc non verificatur, inefli- l acia remanent.

Dari vero decreta hujusmodi testatur Scriptura. Exhibet enim plura futura conditionata quæ a libera Dei voluntate, seu decreto divino, pendent : quod consumpta fuisset Syria usque ad consumptionem, si Joas terram quinquies aut sexies sive septies percussisset[1], nonnisi a libero Dei decreto pendebat ; pariter quod Deus pepercisset Sodomæ si fuissent in ea decem justi, a sola voluntate Dei est repetendum ; ac etiam quod Adami posteri accepissent cum natura gratiam, id decretum liberum supponit. Certum est igitur esse in Deo decreta objective conditionata.

Porro quæ pendent a libero decreto Dei non possunt cognosci nisi in ipso decreto a quo habent et ut sint et ut ronnectantur cum effectu. Ergo saltem futuribilia illa de quibus jam fit mentio in Scripturis cognoscuntur in Dei decreto.

Ratio eadem militat pro ceteris. Constat enim ex confutatione aliarum sententiarum Deum nihil cognoscere ul certo et determinate futurum nisi in libero voluntatis sua; decreto. Atqui futuribilia sunt aliquo modo futura, non quidem absolute, sed conditionate. Ergo cognoscuntur in l>ei decreto, non absoluto, secus essent simpliciter futura ; kud conditionato ex parte objecti.

Decretum autem hujus modi attingit et rem et *modum* t jus qui est libertas vel necessitas, ita ut futuribile non

1. *IV Reg.,* xxni.

poneretur ab homine libero nisi ille se libere determinaret sub divina motione.

Sic pœnitentia Tyriorum et Sidoniorum ita erat decreto intenta ut suaviter procedere deberet ab humana voluntate libere se movente sub influxu Dei.

Unde objectio quam ex hoc loco eruunt adversarii eodem pacto solvitur ac generalis difficultas contra concursum prævium, nec idcirco ullum præbet fundamentum scientiæ mediæ

Novit igitur Deus aliquid fore si poneretur conditio, in decreto *positivo* quo illam futuritionem conditionatam decrevit ; cognoseit vero aliquid non futurum si talis conditio non poneretur, vel in decreto positivo quo expresse noluit illam futuritionem, vel in libera *omissione* seu *negatione* decreti qua nolui! se determinare ad illorum futuritionem : omissio enim decreti sufficit ut aliquid non sit futurum et ut tale a Deo cognoscatur.

Ita communiter Thomistæ cum Goneto, cujus placita referimus.

Hinc vitatur incommodum multiplicandi in infinitum decreta in Deo, et quia ponimus solum decreta pro illis futuribilibus quæ utilitatem habent pro mundi gubernatione et fine, creationis, et quia pro cæteris sufficit omissio decreti.

IX. Principia quædam generalia pro solutione difficultatum[1]. — Utrumque systema difficultatibus est obnoxium, imo exclusio mysterii esset in hac materia erroris indicium. Verum in thomismo obscuritas ea est ipsamet quæ ex limitatione et imbecillitate intellectus humani in ordine ad divina et ex summa Dei eminentia oritur. Incipit namque thomismus a principiis inconcussis, quæ sunl independentia Dei in cognoscendo et operando, universidissimaque causalitas scientiæ ac voluntatis divinæ, quam nihil potest præterfugcre ; hinc fluunt necessario illusiones de divinis decretis divinaque præmotione.

I. Prtveipuas difficultates a recenl.ioribus fieri solitas exponit l suivit P. Garrigou-Lagrange, O. P., *Saint Thomas el le Néd-Molinisme,* p. 30 ss. Quoad cæteras cf. Bii.luart, dissert. VI, •„a. iv-vi, el dissert. l.X, a. iv.

Molinismus, e converso, licet non intendat minuere jura Dei, exorditur tamen ab aliquo problemate particulari, quod humanam libertatem spectat. Minus porro scientili<um est, neglectis principiis primis de divina causalitate, speciales objectiones principaliter attendere. Him- periculum ex molinismo ne introducatur exceptio quædam seu derogatio in principio universali causalitatis, dum dicitur ‹ lectionem voluntatis, seu transitum de potentia ad actum secundum liberum, non esse a Deo præmovente ; hinc «diam periculum ponendi in Deo scientiam *passivam,* quæ res *explorai,* non causât, quæque propterea a rebus mensuratur[1].

Aliunde, scientia media, quæ idcirco adstruitur ut libertatem humanam vindicet, illam virtualiter destruit redditque omnino impossibilem. Nam, si futura, sive absoluta sive conditionata, sciuntur independenter a divino de« reto, erunt independenter a Deo; et hinc periculum universalis fatalismi seu ineluctabilis determinismi, indu- ‹ itur[2].

Quocirca, Molinistæ, qui nec causalitatem divinam vere salvant[3] nec libertatem humanam efficaciter tuentur, insolubilibus subjacent difficultatibus, ut lepide observat Leibnitz : « C'est plaisir de voir comment ils se tourmentent pour sortir d'un labyrinthe où il n'y a absolument aucune issue[4]. »

1. Cf. P. Garrigou-Lagrange, O. P., *Dieu,* pp. 422, 423.

2. Idem, p. 416. — Cf. Gonet, Billuart, Saluant., etc. do cientia futuribilium : H. Gayraud, *Thomisme el Molinisme,* 1889, p. 119.

3. Molina eo devenit ut dicat : « Sane quod liene aut male ea "pera exerceamus, quæ per solam arbitrii nostri facultatem et . nicursum Dei generalem possumus elTicere in nos ipsos tanquam In causam particularem ac liberum et non in Deum est referendum... \<*m iijilur causa est Deus virtutis noslræ ac vietii,* sed propositum ‹ | volunt as. » *Concordia,* q. xiv, a. 13, disp. 23, édit. Paris, p. 196. Molina tribuit hæc ultima verba S. Justino, sed hodie constat, opus illud allatum a Molina esse *pelagianis maculis insigne.* Migne, P. G., VI, 21, 1243. Quocirca effatum illud quod Molina tamen suum fecit non potest absque pelagianismi periculo propugnari. Cf. P. Garrigou-Laghange, *Saint Thomas et le Néo-\hdinisme,* p. 9.

4. Leibnitz, *Théodicée,* 1. P., 18..— Impossibilitatem scientiæ

Thomistæ etiam mysterio circumdantur ; sed, quia exordiuntur a principio universalissimo et certissimo de suprema Dei independentia et efficacissima causalitate, in mysterio et logica securissimi confidunt ; nam qui condidit voluntatem potest illam infallibiliter movere quin ullatenus lædat, imino potius movendo voluntatem efficit actum ejus liberum, siquidem movet unumquemque secundum modum proprium. Sicut praebendo concursum leaena* non facit ut ipsa parturiat agnos, ita motionem praestando voluntati liberæ non facit ut hæc eliciat actus coactos aut necessarios[1] : sed, e contra, actus noster est liber quia vult Deus eum esse liberum : « Comme il arrive que nous sommes libres par la force du décret qui veut que nous soyons libres, il arrive aussi que nous agissons librement en tel et tel acte par la force du décret qui descend à tout ce détail[2]. »

X. Difficultates in speciali solvuntur.

Objicitur : 1° Si Deus cognoscit futura et futuribilia in suo decreto, necesse est illa evenire, nec oppositum potest esse. Atqui quod necesse est esse et cujus oppositum non potest esse non jam remanet contingens et liberum. Ergo, si Deus cognoscit futura et futuribilia in suo decreto, non jam remanent contingentia et libera.

Itesp. : Dist. maj. : necesse est illa evenire necessitate *consequentice,* seu necessitate *de dicio,* et oppositum non potest esse, potentia *consequente,* concedo ; necesse esi illa evenire necessitate *consequentis,* seu necessitate *de re,* et oppositum non potest esse potentia *antecedente,* nego. Contradist. min. : quod necesse est esse necessitate *consequentis,* seu necessitate *de re,* et cujus oppositum non potest esse ne potentia quidem *antecedente,* non jam remanel contingens et liberum, concedo ; quod necesse est esse necessitate tantum consequents, seu necessitate *de dicio,* et cujus oppositum non potest esse, potentia consequente,

mediæ luse ostendunt Salmanticenses, disp. X-XII ; Gonet, disp. Vi. Legantur etiam Billuart et card. Gotti, O. P., de hoc argumento.

1. Bossuet, *Traité du libre arbitre,* c. vin.
2. Ibidem.

Hod esse utique potest potentia antecedente, non remanet ‹ on tingens et liberum, nego. Et nego conseql.

Dictum illud, « Deum scire in decreto futurum et futurum reapse evenire » est necessarium necessitate hypothetica, seu necessitate consequentiae, quia scientia Dei non potest falli, et idcirco futurum infallibiliter evenit ; at consequens, nempe *res* ipsa quæ consequitur, non evenit necessario, sed Secundum modum proprium, qui est contingentia et libertas ; et, licet potentia ad oppositum ex suppositione non reducatur ad actum nec sit consequens, esi. tamen vera potentia antecedens : sicut qui nunc stat non habuit de facto potentiam consequentem sedendi nunc, sed potest sedere vera potentia antecedente.

Hinc, etiam intelligitur alia distinctio, quæ valet, præsertim ubi agitur de gratia efficaci et de prædeterminalione physica; nempe sensus *compositi* et sensus *divisi* : sub prædeterminatione physica, quæ est executio decreti prædeterminantis, præmotus ad amorem potest non amare in *sensu diviso,* non tamen in *sensu composito :* id est •ub ipsa prædeterminatione retinet veram potentiam non amandi, licet nequeat prædeterminatio componi cum non amare, sicut stans sub statione habet veram potentiam sedendi, licet uniri nequeat actus stationis cum sessione.

Objicitur : 2° Si Deus prædeterminat physice voluntatem, aufertur penitus activa indifferentia, qua præcise voluntas est domina sui actus2.

Hesp. : Negatur absolute sequela ; nam voluntas sub præmotione retinet veram *potentiam* resistendi, scilicet vel non ponendi actum vel ponendi actum oppositum. Id solum quod excludit præmotio est *eventus* ille, minime potentia, seu dominium actus ; sicut, statio excludit eventum seu factum sessionis, minime autem potentiam sedendi.

Objicitur : 3° Prædetenninationem physicam auferre a voluntate indifferentiam, sicut species intelligibilis impressa aufert ab intellectu indifferentiam ad terminationem mientionalem actus intellectionis3.

I. Cf. Hugon, *Logic.,* p. 147-149.
Van der Meersch, n. 417.
3. Idem, ibidem, not. 2.

Besp. : Species impressa est *forma habitualis,* quæ instar causæ naturalis operatur, et idcirco potentiam ad oppositum aufert, prædeterminatio autem est *molio transiens,* quæ modum libertatis non laedit, sed solum eventum seu factum excludit, minime vero potentiam ad oppositum.

Porro, nisi admittatur prædeterminatio physica, subtrahitur Deo id quod est maximum in toto ordine creato, scilicet transitus ad actum liberum supernaturalem, ut fusius exponetur in tractatu *de Gratia.*

QUÆSTIO SEPTIMA

De ideis divinis

AD Q. XV S. THOM®

Quaestionem de scientia logice subsequitur et complet consideratio de ideis; nam cognitio quævis ideam requirit quatenus est species intelligibilis, cognitio autem practica ideam importat quatenus est exemplar.

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA IDEARUM IX DEO

AD ART. 1 ET 2 S. THOM®

I. Notio idearum. — Vox ipsa, ιδέα, fuit a Platone invecta, deinde a Latinis usurpata, licet isti *formam* vel *speciem* potius adhiberent. « Ideas igitur, ait S. Augustinus, latine possumus vel formas vel species dicere, ut \ cibum a verbo transferre videamus. Si autem rationes i as vocemus, ab interpretandi quidem proprietate dis- iilimus. Rationes enim græce λόγοι appellantur, non idcæ ; sed tamen quisquis hoc vocabulo uti voluerit, a reipsa non aberrabit[1]. »

Quoad rem idea potest duplici sensu accipi ; primo et proprie, ut est in intellectu practice, et sic est exemplar ad i ujiis imitationem artifex operatur ; secundo et latiori hrnsu, ut pertinet ad intellectum speculativum, et jam est ipsa species intelligibilis, quæ est intelligence principium. I l sir instituitur in psychologia quæstio de idearum origine. I diplex itaque est idearum munus : ut sunt principium

1. S. Augustin., lib. LXXXIII *Quæl.,* q. xlvi ; *P. L.,* xi, 30.

cognitionis, dicuntur species intelligibiles vel etiam rationes rerum et respicere possunt cognitionem speculativam ; quatenus sunt exemplaria, regulant cognitionem practicam et sunt ideæ strictiori sensu.

Idea ut species intelligibilis est principium cognitionis, seu species *impressa* ; idea autem ut exemplar est species *expressa* quatenus hæc ordinatur ad opus actu vel virtute*.

Utroque autem modo necesse est ponere ideas in mente divina. Tria hic investigat Angelicus : utrum *sini* ideæ in Deo, utrum sint *piares,* utrum sint *omnium* quæ cognoscit Deus,

11. Prima conclusio : Dantur ideæ in mente divina. Scriptura id clare testatur, præsertim ubi sapientia dicitur omnium artifex : « Omnium *artifex* docuit me. sapientia[3]. » Est igitur divina sapientia artifex, de cujus ratione est habere ideas et per ipsas operari. — « Fide credimus aptata esse sæcula Verbo Dei, ut ex *invisibilibus* visibilia fierent[3]. » Verbum itaque Dei sæcula ita aptavit ut ex invisibilibus ideis in mente divina existent.ibus res visibiles fierent in propria natura.

Patres illam doctrinam illustrant. Dionysius tenet in Deo « *rerum omnium exemplaria præexslilisse**. » S. Augustinus exponit quo modo res sint vita, quatenus nempe in ideis divinis existant : « Terram vides : est in arte terra ; cælum vides : est in arte coelum ; solem et lunam vides : sunt et ista in arte ; sed foris corpora sunt, in arte vita sunt[5]. »

Ratio theologica liquet. Mundus non est casu factus, sed a Deo per intellectum agente conditus. Atqui de ratione agentis per intellectum est habere ideas ad quarum imitationem operetur : cum enim ille sit ad plura indifferens, effectus debet ad certum finem per formam exemplarem determinari, ita quidem ut absque illis formis seu ideis nemo

1. Cf. IIogon, *Curs. Philos. Thomist.,* VI, p. 128 ss.
2. *Eccli.,* vu, 21.
3. *llebr.,* xi, 3.
4. *De divinis Nomin.,* c. v, n. vm ; *P. G.,* m, 824.
5. S. Ari.i siix., *Traci. I in Joan.,* 16, 17; *P. L.,* xxxv, 1387.

possit dici sapiens juxta axioma S. Augustini : « Tanta \is in ideis constituitur ut nisi his intellectis sapiens esse m ino possitl. » Ergo est in Deo idea, ad cujus similitudinem mundus est factus. Hinc pulchre Boetius.

Tu cuncta superno,
Ducis ab exemplo pulchrum pulche.-rimus ipse
« Mundum mente gerens similique ab imagine formans
i Perlectasque jubens perfectum absolvere partes2. »

III. Quid sint proprie ideæ divinæ. — Juxta plures i x schola scotistica, ideæ illæ essent ipsæ creaturæ quatenus menti divinæ objiciuntur. Qui modus dicendi non potest probari. Nam idea est id quo agens intellectualis constitutitur in actu. Atqui Deus non constituitur in actu per creaturas suæ menti objectas, sed per seipsum seu per suam essentiam. Oportet ergo ut ideæ sint ipsa essentia divina cognita ut imitabilis et participabitis tali ac tali modo.

Igitur, idea, seu repræsentatio in qua Deus cognoscit lacienda, non potest esse distincta a divina essentia, sicut ncc medium cognoscendi potest a Deo discriminari ; at aliunde idea non designat essentiam nudam, vel quatenus perit vices speciei intelligibilis, nam species intelligibilis i st forma qua intellectus cognoscit, dum idea est forma nd quam respiciens artifex operatur. Restat ergo ut idea sil essentia divina ut rationem habet causæ exemplaris, quæ sub diversis respectibus habet aliquid de causa efficiI nte, et aliquid de causa finali, sed proprie ad causam formidem reducitur3.

IV. Secunda conclusio : Dantur in Deo plures ideæ, non realiter sed formaliter et denominative tantum distinctæ. — Gnostici, et neo-platonici ponebant unam ideam, quatenus fingerent Deum condidisse primum creatum, et istud secundum, et ita porro, juxta seriem æonum

I. S. Au g u st in .,lib. LXXXIII, quæst., q. x l v i; *P. L.,* x l , 30. Bo e t ., *De Consol. Philos.,* lib. HI. metr. 9; *P. L.,* 1 x iii, 758-■7r>9.
i 3. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* VI, p. 132-134.

quam adstruebant. Aureolus vult esse in Deo unicam ideam, sic ut unica est scientia practica.

Probatur conclusio. Deus mundum condendo per se intendit ordinem totius universi. At ille ordo totius universi nequit obtineri nisi etiam habeantur propriæ rationes partium ex quibus constituitur totum. Ergo Deus habet in se rationes omnium partium, et illæ rationes multiplices sunt ipsæ ideæ multiplices Dei.

Confirmatur. Essentia divina secundum se non est idea, sed quatenus cognita ut ratio rerum efficiendarum. Atqui Deus cognoscit in sua essentia plures rationes rerum faciendarum : tot quippe sunt rationes quot sunt gradus imitabilitatis. Ergo habet Deus plures ideas.

Id tamen non officit divinæ simplicitati. Nam idearum pluralitas non importat pluratitatem realem in Deo, sed tantum *plures respectus intellectos* creaturarum ad Deum. Illa porro multiplicitas respectum in eo reponitur quod essentia divina sit multipliciter imitabilis et participabitis ; inde sequitur innumeris realiter distinctis imitationibus æquivalere essentiam infinitam, licet hæc sit in se maxime una.

Quocirca dicuntur ideæ multæ denominative, quatenus imitationes sunt objective multæ, sed omnia in una suprema realitate divina identifieantur.

ARTICULUS SECUNDUS

PLENIOR NOTIO IDEARI,\I I)IN.\ARI'.\I

AD ART. 2 ET 3 S. THOM/E

I. Quid sint illi respectus quibus multiplicantur ideæ divinæ. —ı Illi diversi *ad* creaturas respectus non sunt proprie *in creaturis,* quum sint aeterni, sed in Deo; non quidem ut respectus *reales,* nam relationes reales in Deo .'dim non sunt praeter relationes personarum ; sed ut *inlelhrli,* quatenus Deus intelligit *inulliplicilalem* imitabilitatis iu essentia sua, et hinc intelligit *plures* rationes rerum1.

II. Licet plures sint in Deo respectus intellecti, non sunt tamen in Deo entia rationis.

Nam ens rationis est respectus quem *causal* et efficit in- l i llectus. Atqui illos respectus non causai proprie intellectus divinus, sed tantum *fundal,* quatenus Deus comparando i ssentiam suam ad res praebet nostro intellectui fundamen- l uni proximum fingendi in essentia divina relationes ra- lionis ad creaturas. Ergo Deus non efformat entia rationis.

Ceterum, sufficit animadvertere in productione entium mlionis involvi imperfectionem ; nam distinguitur in mente quod non est distinctum in re ; et id arguit rem ne< plene intelligi nec comprehendi ut est in se.

III. Deus habet ideam proprie dictam eorum omnium quæ secundum quodeumque tempus ab ipso fiunt ; eorum nutem quæ a Deo nullatenus fiunt, ut malorum, non habet ideam nec rationem, sed solum cognitionem : eorum demum quæ a Deo fiunt non distincta productione sed ad productionem alterius, habet ideam, non tamen distinctam ab

I. Cf. Comment, in q. xv, præsertim Gonet, disp. VII, Buon- |'I \S1ERE, p. 686 ss.

idea ejus quocum producuntur (a. 3). — Hæc omnia vix explicatione indigent. Ideæ, ut vidimus, ponuntur in Deo duplici titulo : ut sunt exemplaria et ut sunt principium cognitionis. Si primo modo accipiantur, Deus, ne cæ< o modo agat, debet habere formam exemplarem omnium quæ a se fiunt; si altero modo, cum omnia cognoscat, habet *rationes* omnium ; non tamen *exemplaria,* quia non omnes repræsentationes dicunt ordinem ad cognitionem praeticam.

Mali autem, cum non sit cognoscibile per se, nec ideam nec rationem habet Deus, sed solum cognitionem, nempr illud novit cognoscendo bonum cujus est privatio.

Quoad ea quæ non propria productione fiunt, non requiritur idea distincta ; nam idea artificis repræsentat omnia quæ eadem actione fiunt.

Unde in Deo materia et forma unam habent ideam ; el pariter genus, quia non existit nisi in specie, non habet ideam ab idea totius distinctam ; accidentia autem propria quæ ‹ um subjecto fiunt cognoscuntur per ideam compositi, dum accidentia quæ postea adduntur debent per ideam propriam cognosci.

IV. Essentia divina non est idea Filii aut Spiritus Sancti. — Nam idea rationem habet causæ exemplaris el est forma qua dirigitur artifex. Porro essentia non esi causa respectu personarum, nec Pater est artifex respectu Filii, nec Pater et Filius sunt artifex respectu Spiritus Sancti. Ergo nec Filius habet ideam in intellectu Patris, nec Spiritus Sanctus habet ideam in intellectu Patris el Filii.

Christus vero, Deus Homo, est exemplar omnium salvandorum, juxta illud Apostoli : « Quos præscivit et prædestinavit *conformes fieri imaginis* Filii sui[1]. »

Quæstionem de ideis complent quæstiones de veritate ‹I falsitale, q. xvi et q. xvn ; at, quia mos jam invaluil

1. *Itoni.,* vm, 29. — Consuli possunt L. Janssens, *De Deo l no,* in <|. xv, <l I'. Dubois, C. SS. R., *De Exemplarismo divino,* lib. Desclée.

illas expendendi in philosophia, remittimus lectorem ad [a quæ alibi scripsimus], et, traditis paucis de vita Dei, gressum faciemus ad difficiliores quæstiones de voluntate, providentia, prædestinatione, etc.

I. De veritate logica egimus in *Curs. Philos. Thomist.,* vol. I; / *Maj.,* tract. II ; de veritate transcendental! ac de falsilale, Vol. V, pp. 114-129.

QUÆSTIO OCTAVA

Praecipua doctrinae puncta de vita Dei

AD *Q.* XVIII S. THOMÆ

I. Quid importat vita. — Non omnia naturæ entia vivunt, sed illa tantum proprie vivere dicuntur quæ secundum aliquem modum seipsa movent, nempe quæ se agunt ad aliquem motum vel operationem. Quocirca duo ad vitam requiruntur : et ut vivens se agat principio intrinseco el sibi indito, et ut actio maneat in agente. Unde in conceptu vitæ *moins ab intrinseco* et *immanentia* non possunt sejungi. Porro motus ab intrinseco, qui est proprius viventium, intelligitur motus perfectivus. quo agens seipsum evolvit ac ciet se ad actum, si sit impurus, vel motus activus quo semper est in actu, si sit actus purus.

Vitæ nomen significat proprie ipsam substantiam, seu naturam cui convenit se movere, licet quoad nominis impositionem accipiatur pro vitali operatione[1].

II. Deo maxime convenit vita. — Scriptura non solum vitam Deo tribuit, sed Deum ut ipsam vitam inducit : « Vivo ego in æternum, vivo ego, dicit Dominus[2]. » — Opera exercet quæ vitam subsistentem demonstrant, ut creare, præfaii futura, etc. Imo vita Deo ita competere asseritur ut formula jurisjurandi in vita Dei fundetur : *vivit Dominus,* vel *per Deum vivum !* — Hinc dicit Christus : « Sicut enim Pater habet *vitam* in semetipso, sic dedit el Eilio habere *vitam* in semetipso[3][4] » — « Ego sum *Via, Veritas* et *Vita**. »

1. Hæc suffici! commemorare, nam tota doctrina explicatur in *Curs. Philos, Thomist.,* vol. III, tract. I, q. i.
2. Cf. *Dealer.,* xxxni, 40; *Num.,* xiv, 28.
3. Joan., v, 26.
4. Joan., xiv, 6.

S. Augustinus patristii am traditionem in hoc pulcherrimo efïato resumit : « Tu es *vita vitarum*[1]. » Concilium Vaticanum fidem catholicam exprimit, confitendo « unum rssc Deum verum et *vivum*[2]. »

III. Ratio theologica. — Pulcherrima et omnibus numeris absoluta est ratio quam evolvit Angelicus.

Potest sic proponi : Vivere dicuntur quæ operantur a ..eipsis, quæ nempe habent in se principium operationis et quorum operatio manet in ipso operante, et quo perfectius lia-.c duo habet vivens, eo perfectius possidet vitam. Atqui l leo perfectissime competit et habere in se principium intrinsecum suæ operationis et operationem in seipso mail entem. Ergo Deo perfectissime convenit vita.

Declaratur major. In. motu seu operatione vitali tria possunt spectari : 1° executio motus, 2° forma per quam operatur agens, et 3° finis, qui movet agentem. Unde triplici modo potest aliquid se movere. 1° *Executive,* ut plantæ, quæ virtute intrinseca se cient quoad nutrii ionem, augmentum et generationem, sed non sibi præstituunt formam nec finem, qui a natura præfiguntur ; et hinc imperfectissimam habent vitam. 2° *Executive* simul et *apprehensive,* ut bruta animalia, quæ se movent ab intrinl ro quoad executionem et quoad formam, quam sensu apprehendunt. 3° Quoad *executionem.* quoad *formam* et quoad *finem,* ut intellectualia, quæ finem et proportionem mediorum ad finem apprehendunt. Attamen nulla l na lura est totaliter principium suæ operationis : quamvis executive se moveat natura spiritualis, indiget aliunde motione Dei ; licet acquirat formam, non tamen prima principia, quæ necessario ipsi imponunt ur; quamvis sibi præstituat finem, non est tamen suus finis ultimus.

Quoad immanentiam actionis, idem sunt gradus. Opel ai io vitalis est immanens etiam in plantis, quia ipsa planta in se nutritur, in se augetur, et in se retinet fructum usque .ni certum tempus ; at hæc immanentia est incompleta, num succus quo nutritur planta venit ab extrinseco, nu-

1. Augustin., *Confess.,* Ill, 6; *P. I.,* xxxn, 687.
Denzinger, 1782.

tritioque terminum habet non in ipsa vi nutritiva, sed in toto organismo ; generationis tandem terminus ponitur extra generantem. Major viget in animalibus immanentia ; quia sensatio recipitur in ipsa vi sensitiva, nempe in sensu eliciente sensationis actum ; sed aliunde subjectum habet compositum, quod est, non anima simplex, sed organismus animatus. In substantiis autem spiritualibus operatio recipitur in eodem subjecto, eademque facultate, imo facultate simplici ; unde est præstantior immanentia. Attamen sub alio respectu impcfecta deprehenditur, nam operatio non est facultas, hæc non est essentia, et essentia non est ipsum esse. Minor liquet omnino. Deo maxime, convenit operari principio intrinseco, quia nihil ab alio accipit, nec formam, nec finem, sed a se omnia habet ; et pariter.actio est maxime immanens, si quidem intelligere, id quod intelligitur, et ipsum esse, sunt unum prorsus et idem.

IV. Imo Deus est sua vita. — Ille est sua vita in quo vita non est per participationem sed absolute et simpliciter. Atqui in Deo, ente per essentiam, vita non est per participationem. sed simpliciter et absque minoratione. Ergo Deus est sua vita.

Confirmatur. In viventibus vivere est essel. Atqui Deus est suum esse. Ergo est suum vivere, suaque vita.

Dum in creatis vivere in actu primo non est vivere in actu secundo, sed distinguitur operatio vitalis ab actu primo seu forma substantiali, in Deo vivere in actu primo est vivere in actu secundo, estque Deus suum esse ultimum, suuinve operari. Unde sub omni respectu est simpliciter et absolute sua vita.

V. De vita creaturarum in Deo. — Ponctuâtio textus S. Joannis quam eligit Angelicus quamque multi probabiliorem existimant[2], pulchrum reddit sensum : omnia creata esse vitam in Deo : « *Quod facium est in ipso vita eral.* » Quam interpretationem egregie exponit S. Augustinus : « Vl.lenditc arcam in arte et arcam in opere. Arca in opere

1. Cf. *Curs. Philos. Tliomist.,* III, p. 42.
2. Cf. L. Janssens, *De Deo Uno,* II, p. 224-225.

non est vita, arca in arte vita est ; quia vivit anima artificis... Sic ergo quia sapientia Dei, per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia, antequam fabricet omnia, hinc quæ fiunt, per ipsam artem non continuo vita sunt, sed quidquid factum est vita in illo est[1]. »

S. Thomas sæpius eandem recolit doctrinam[2].

Ratio theologica facile innotescit In Deo idem prorsus est intellectus, intelligere et intellectum. Sed intelligere Dei est ipsius vivere. Ergo quidquid est a Deo intellectum est vita in Deo. Porro omnia quæ sunt a Deo facta, a Deo intelliguntur. Ergo omnia sunt vita in Deo.

Hinc Deus est vita vitarum sicut est bonum omnis boni[3].

1. S. Augustin., *Traie. J in Joan.; P. L.,* xxxv, 1387.

2. Non solum in hac. q. iv, sed eliam in I *Cont. Gentes,* c. xm, rl. q. iv *De Verit.,* a. 8.

3. Legi possunt : S. Anselmus, *Monol.,* c. xxxiv-xxxvi ; Thomassinus, lib. III, c. xxiv-xxvi,et commentatores S. Thomæ in li. l.

QUÆSTIO NONA

De voluntate Dei

AD Q. XIX S. THOMÆ

Pulcherrimo nexu colligantur omnia quæ in hac quæstione expendit S. Doctor. Probatur imprimis *existenlia* voluntatis in Deo, a. 1. ejusque *objectum* assignatur, 2, ac *modus.* 3 ; deinde *causalitas* explicatur, 4-6. et cum *immutabilitate* divina componitur, 7, nec non cum *contingentia* rerum, 8 ; relatioque *ad mala* indicatur, 9 ; hinc conclusio infertur quoad liberum arbitrium, 10 ; præcipua divisio assignatur, 11, cum præcipius signis quæ illam demonstrant, 12.

.ARTICULUS PRIMUS

DE VOLIXTATIS DJVLNÆ EXJSTEIXTJA ET OBJECTO

AD ART. I ET 2 S. THOMÆ

1. Veritas fidei. — De voluntate Dei erraverunt quidam hæretici, ut Ptolomæi, contra quos ostendit S. Irenaeus cognitionem in Deo et voluntatem perfectissime componi[1] ; deinde, licet indirecte, monotheletæ, qui, ponendo unam dumtaxat voluntatem in Christo, aut humanam negabant ut salvarent divinam, aut divinam evertebant ut humanam retinerent.

Existentiam autem voluntatis in Deo asserit perpetuo Sacra Scriptura, sive recolendo præceptum Dei efficax in productione rerum[2], sive narrando consilia Dei super salutem hominum[3], sive commemorando expresse voluntatem :

1. S. Iiu .n ., *Conte. Hæres.,* l. 1, c. xn ; P. *G.,* VII, 574.
2. *Genes.,* t ss.
3. Kze(iiiEi., xvui, 23 ss. : xxxm, 11.

Et non est qui possit tuæ resistere *voluntati,* si decreveris salvare Israel[1]. » — « Non mea *voluntas,* sed tua fiat[2], ubi Christus voluntatem suam humanam et voluntatem *divinam* Patris simul confitetur. » — « Hæc est *voluntas* Dei sanctificatio vestra[3]. » — « Ut probetis quæ sit *voluntas* Dei bona, et beneplacens et perfecta*. »

Ecclesia autem profitetur voluntatem in Deo, dum asserit Patris et Filii et Spiritus Sancti unam esse divinitatem atque voluntatem et veritatem, unum imperium et voluntatem[5]; dum damnat monotheletas in concilio Constan-Imopolitano III, 680-681[8]; dum docet Deum creare *liberrimo consilio,* etc.; dum agnoscit unum verum Deum... *intellectu et voluntate* omnique perfectione infinitum[4].

II. Probatio efficax ex eo quod voluntas sequatur intellectum. — S. Doctor probationes fuse exponit in *Summa Contra Gentiles*[9]; sed unam hic eligit, quæ vim omnium complectitur.

Voluntas ita intellectum consequitur ut in omni intelligente, *qua* intelligente et *quia* intelligente, sit proprie voluntas, Sed Deus est perfectissime intelligens. Ergo perfectissime est voluntas in Deo.

Probatur major. Intellectus in actu reponitur per suam turmam intelligibilem, sicut res naturalis constituitur inactu per suam formam naturalem. Atqui ad formam naturalem sequitur inclinatio ad propriam ac naturalem perfectionem; ita videlicet ut, dum habet, in ea quiescat, dum autem non habet, ad illam tendat. Quod inductione constat; nam \idemus singulis rebus secundum liversas formas inesse diversas proclivitates et inclinationes. Ergo ad formam

I. Esther, xm, 9.
?. Luc., xxii, 42.
3. / *Thessal.,* iv, 3.
1. *Rom.,* xii, 2.
·. Ita S. Damas; el conc. Rom. sub Martino. I, Denzinger, 7h, 254 ss.
i›. Idem, 289 ss.
7. Idem, 1782.
s. *Cont. Geni.,* c. 72.— Cf. Eerrar., in h. I., edit. Sestii.i, i, II? ss.

intelligibilem qua intellectus constituitur in actu sequi debet inclinatio, non quidem ad ipsam speciem, quia hæc. vices gerit objecti ; sed ad ipsam rem specie repræsentatam, quia res, non autem species, est proprie perfectiva. Sed inclinatio sequens formam intelligibilem dicitur appetitus intellectualis seu voluntas, sicut inclinatio sequens formam naturalem est appetitus naturalis, et inclinatio sequens formam sensibilem est appetitus sensitivus*. Ergo omnem intellectum sequitur voluntas.

III. In Deo voluntas ex parte rei non habet rationem potentiæ. — Liquet omnino voluntatem in Deo non esse aliquid additum essentiæ, sed ipsum Dei velle ; nam « sicut suum intelligere est suum esse, ita suum esse est suum velle. ». Imo, voluntas Dei concipi nequit per modum potentiæ. Etenim potentia intelligitui ut influens in actionem et prior ipsa. Atqui voluntas in Deo concipi nequit ut prior volitione ex parte rei, secus non jam conciperetur Deus ut actus purissimus, et potentialitas vera ipsi adscriberetur. Ergo voluntas divina ex parte rei non habet rationem potentiæ, sed idcntificatur volitioni actualissimae et infinite perfectæ[1].

IV. De objecto divinæ voluntatis. — Deum velle et se et alia a se est manifestum et constat ex fidei documentis, quibus definitur Deum *liberrimo consilio* utramque de nihilo condidisse creaturam, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam ; et mundum ad Dei gloriam conditum esse[3].

Difficultas moveri potest de objecto formali adæquato. Plures theologi censent objectum illud esse, bonitatem prout abstrahit a creata et increata, ac proinde bonitatem creatam ingredi, licet inadæquate, objectum formale. Ita

1. De hoc argumento cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* III, '279-281 ; Sa i.mant ., *De Voluntate Dei,* disp. I.

2. Cf. Sa i.mant ., disp. II; Go n et , disp. I, a. l ; ac cæter. commentai.

3. Com-, l alei·. IV, De n zinger , 429 ; cone. Vatican., *De Deo rerum omnium creatore,* cap. i, et can. 5; De n zinger , 1783, 180->.

præsertim Aureolus ac Durandus[1], Suarez[2], P. Mununill[3].*— Thomistæ, Scotistæ et mulli alii reponunt objiʼi tum formale et primarium esse bonitatem divinam, bonitatem vero creatam nonnisi objectum secundarium el *materialeʼ*[4].

V. Conclusio : Deus non solum se vult, sed etiam alia « se ; se quidem ut finem, alia vero ut in finem ; se ut objectum primarium et formale suse voluntatis, alia vero ut objectum secundarium et materiale. — 1° Deus vult se. Voluntas est inclinatio in bonum intellectu apprehensum. Sed Deus intellectu apprehendit suam bonitatem tamquam sibi maxime bonum. Ergo se, id est suam bonitatem, vult. 2° Vult alia a se. Scriptura testatur Deum velle multa distincta a se : « Omnia quæcumque voluit fecit[5]. » — « Diligis omnia quæ sunt et nihil odisti eorum quæ fecisti[6]. » « Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio vestra[7]. »

Ratio theologica evincit esse optimam congruentiam ul Deus velit alia a se. Omnis enim res non solum in proprium bonum inclinatur, sed etiam, quando est perfecta, tendit ad suum bonum aliis communicandum, quantum possibile est, cum bonum sit diffusivum sui[8]. Atqui natura divina est maxime perfecta. Ergo habet inclinationem ad communicandam suam bonitatem secundum quod possibile est, scilicet per quasdam creatas similutudines.

3° Quidquid est volitum, seu amatum, vel propter se innatur, tanquam finis, vel propter aliud, seu per modum medii. Atqui bonitas divina amatur in se et propter se, I,inquam finis, alia vero ratione bonitatis divinae, seu lunquam media. Ergo Deus vult se ul finem, alia vero ul ad finem.

1. In *I Seni.,* dist. 45.
Suarez, *Relect. de divin, volunt,* sect. 2.
3. Op. cit., p. 312 ss.
I. Cf. Salmant., disp. 111, dub. II ; Gonet, disp. II ; Billuart, lη sert. 7, a. 2 ; Gotti, Tract. V, q. i, dub. 2.
!>. Ps. cxm, 11.
6. *Sap.,* xi, 25.
7. *I Thessal.,* iv, 3.
··. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* V, pp. 140-141.

4° Objectum primarium voluntatis est quod ratione sui, seeundariumve.ro quod ratione alterius, amatur. Sed bonitas divina ratione sui amatur, cetera vero non sunt amabilia nisi quatenus sunt quædain participatio divinæ bonitatis. Ergo cetera non sunt nisi objectum secundarium.

5° Objectum formale debet esse in eodem immaterialitatis gradu cum facultate quam specificat. Porro quod est in eodem immaterialitatis gradu cum voluntate divina est tantum bonitas livina ; non autem bonitas quæ abstrahit a creata etincreata, quia hæc. exhibet aliquid potential»! et determinabile. Ergo objectum formale divinæ voluntatis est tantum divina bonitas.

VI. Hinc solvitur quæstio utrum Deus velit et amet mere possibilia. — Amor Dei circa creaturas proprie dictus est effectivus. Porro nihil efficit Deus circa possibilia. Ergo non amat proprie possibilia, licet valeat illa existentia donare. Ita communiter Thomistæ, Suarez et alii contra Scotum, Vasquez, etc.1.

Isti porro, ut sententiam aliquatenus vindicent, sensu improprio loquuntur, quatenus Deus non habeat odio possibilia nec displicentiam circa illa patiatur2. Verum amor Dei simpliciter dictus, et qui absolute differt ab amore nostro, in eo consistit quod sit *effectivus* et infundat bonitatem in rebus3.

1. Cf. Saluant, et Gonet, et eæler. commentât, in h. l.
2. Cf. I'. MoNcuNii.i., *De Deo Uno et Trino,* p. 321.
3. S. Thom., 1" II»l', q. cx, a. 1.

A HT I GU LUS SEC UNI) US

DE MODO QUO AGIT VOLUNTAS DIVINA

AD ART. 3-5 S. THOMS

1. Errores. — Deum ex necessitate velle et operari muerunt omnes veteres evolutionistæ et deterministæ, h inde Arnaldistæ ; postea aliquatenus saltem Abælardus, l imnatus in concilio Senonensi1; pluresque fatalistæ, i.... tdis præsertim xiv et xv, et nostro ævo.

Joannes XXII damnavit hanc propositionem Eckardi : Quando Deus fuit, quando Filium sibi coæternum per l minia coaequalem Deum genuit, etiam mundum creavit2. » •A quo sequitur eadem necessitate Deum creare qua gene- il Filium. Concilium Constantiense damnat propositionem Wiclcffi : « Omnia de necessitate absoluta eveniunt3 ». l ubertatem divinam restringunt optimistæ, eum Maletianchio, Leibnitzio, Wolffio, qui contendunt Deum, si **icat,** teneri ad optimum producendum. Guntheriani et Icrmesiani hoc etiam dogma lædunt. Quapropter Pius IX **duos** Guentheri sic reprobat : « Neque ignoramus ea iis- Iriu libris doceri et statui quæ catholicæ doetrinæ de iiprcma Dei libertate a quavis necessitate soluta in rebus procreandis plane adversantur4. » Sacra autem Scriptura livinam libertatem in creando ubique asserit. Sufficit re- **ol. rc** verba S. Pauli : « Qui operatur omnia secundum *conhliiiin* voluntatis suæ5. » Porro *consilium* importat *eleciloiii /n* et electio *libertatem* profert.

l I Denzinger, 375 ss.
i V LJenzinger, 503.
3 Idem, 607.
II *Hrevi ad card. Geissel, Archiep. Colon.,* 15 junii 1857; Den- Ihi.i n, 1655.
Ii> *I plies.,* t, 11. — Cf. *Ps.* xcm, cxxxiv, 6; *Eccle.,* xxxm, 10; ■hi.M., xvni, 3; Mattii., xx, 15; Joan., hi, 8; *Roin.,* ix, 20; ■lui XII, 11.

Patres apologetæ libertatem Dei vindicant dum asserunt res fuisse a Deo creatas quia ipse voluit ; Patres autem sæculi iv errores expresse confutant[1].

Definit concilium Vaticanum : « Hic solus verus Dem bonitate sua et omnipotenti virtute, non ad augendam suam beatitudinem nec ad acquirendam, sed ad manifestandam perfectionem suam per bona quæ creaturis impertitur, *liberrimo consilio,* simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam... Si quis Deum dixerit non voluntate ab omni necessitate, libera, sed tam necessario creasse quam necessario amat seipsum. A. S.[2] »

S. Thomas doctrinam completam tradit, quæ sic potest exprimi :

II. Conclusio : Deus ex necessitate absoluta vult aliquid, videlicet bonitatem suam ; alia vero a se vult libere vel solum de necessitate hypothetica, seu suppositionis.

Probatur Ia pars. Quælibet potentia necessariam secum fert habitudinem ad suum objectum proprium et specificativum. Atqui objectum divinæ voluntatis proprium et specificativum est bonitas divina. Ergo voluntas divina necessariam dicit habitudinem ad bonitatem divinam, et idcirco illam vult ex necessitate. Declaratur major. Nulla facultas ferri potest extra proprium objectum specificativum, si quidem ab ipso totam suam rationem desumit ; ac subinde importat ad ipsum habitudinem necessariam, saltem quoad *specificationem,* ita ut nequeat in contrarium tendere. Licet autem in creaturis facultas remaneat interdum suspensa *quoad exercitium,* in Deo tamen concipi nequit hujus modi suspensio, quæ potentialitatem et imperfectionem audit[3] ; ac subinde vult

1. Cf. hac de re Van der Meersch, n. 473.
2. Denzinger, 1783, 1805.
3. Hæc sunt certa et manifesta si agatur de bonitate divina, lino docent piures theologi divinam voluntatem non posse manem omnino suspensam *circa creaturas,* sed necessario circa quamlibet habere unum ex his actibus, scilicet vel actum quo velit ut sint seu existant ; vel actum quo velit non sint: vel tandem quod nolit ut sint. Ila Salmanticenses, disp. V, dub. III, n. 73. — Negat tamen alii, reponendo sufficere omissionem decreti, ut dicet un infra.

Hiiana bonitatem Deus necessitate tum specificationis, tum exercitii.

Prob. IIa pars. Alia a se vult Deus in quantum ordinantur in suam bonitatem ut in finem. Porro ea quæ sunt in finem non ex necessitate volumus volentes finem nisi ea sint Hinc quibus finis esse nequit. Ergo, cum finis, nempe bonitas divina, esse, possit absque aliis, vult alia non ex necessitate, sed libere.

Supposito tamen Deum aliquid velle, non potest non velle, cum ejus voluntas sit immutabilis ; sicut etiam, supposito Deum velle hominis creationem, vult ei necessario intellectum et voluntatem ; sed hæc est necessitas hypothetica, quæ libertatem potius supponit et ostendit.

Recolendum est aliunde defectum in contingentia pro venire, non ex parte voluntatis divinæ, quæ immutabilitatem in se habet; sed ex parte voliti, *quia scilicet esi tale ul sine eo esse possil perfecta bonitas Dei* (ad 4).

III. De causalitate voluntatis divinæ. — Ut compleatur doctrina dj voluntate Dei respectu creatarum, ostendit Angelicus Deum esse causam rerum per voluntatem, non p.-r naturæ necessitatem (a. 4).

Triplex est ratio : 1° Deus est primum agens. .Atqui agens per intellectum et voluntatem est prius agente per naturam, quod, utpote cæco impetu operans, debet ab alio dirigi.

2° Agens naturale eodem modo operatur, dum Deus xarios et diversæ species effectus absque limite inducere pol est.

3° Deus producit effectus secundum modum quo in ipso ineexistunt, scilicet intelligibilem ; non potesl autem ab Igente intelligibili aliquid procedere, nisi accedente volun-|4|te.

IV. Utrum voluntatis divinæ sit assignare aliquam «usam (a. 5). — Ex parte actus voluntatis nulla prorsus ul causa; nec bonitas divina, quæ a voluntate non discriminatur; nec bonitas creata, cum voluntas Dei non mdeat a rebus, sed sit effectiva rerum. — Ex parte autem olilorum potest assignari ratio, quatenus vult unum esse *rapter* aliud. Deus, utpote sapientissimus, ita opera sua

disposuit ut una res *ad* aliam ordinetur, sive nexu *causalitatis,* sive nexu *finalilalis,* ut alibi explicatir1.

\. Causalitas divinæ voluntatis tanta est ut non solum fiant quæ vult Deus, sed eo modo fiant quo Deus ea fieri vult (a. 8). — Cum enim aliqua causa fuerit efficacissima. non solum substantiam rei attingit, sed et modum ejus necessitatem nempe vel contingentiam et libertatem. Atqui voluntas Dei est causa efficacissima et entis et omnium differentiarum entis. Ergo attingit omnem modum differentias; et sic, quia vult aliqua fieri necessario, aptal causas necessarias, et quia vult aliqua fieri contingentci et libere, aptat causas contingentes et liberas, illasqim movet secundum modum proprium ; unde, ipsa voluntas facit ut actus contingens et liber fiat2.

1. Supra, ad q. n, a. 3, p. 54.

2. SufTlcit indicare, nam quæstio ex dictis alibi solvitur, siv de scientia Dei, sive de prædestinatione, sive de gratia efli‹ ›. Cf. Salmant., disp. X.

ARTICULUS TERTIUS

/›/·; *VOLUETATE DEI ANTECEDENTE ET CONSEQUENTE DEQUE VOLUNTATE SALVIPIC.I*

AU ART. 6 S. THOMÆ

[. Ratio distinguendi multiplicem in Deo voluntatem. In Scripturis inveniuntur asserta quæ absolute pronuntiant voluntatem Dei semper ita impleri ut consilium ejus nunquam remaneat inane : « *Consilium meum sltibit ‹7 omnis voluntas mea fiet*l*» ; et aliunde constat voluntatem Dei aliquando non impleri, ut eum dicitur : « Vult ornas Immines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire* »r et tamen comprobat lugenda experientia multos interire. \d hæc concilianda sancti Doctores excogitarunt varias divinæ voluntatis divisiones, quæ quidem non ex parte ipsius voluntatis simplicissimæ, sed ex parte volitorum ‹· tenent.

Distinguitur itaque voluntas *beneplaciti* et voluntas *Kifini.* Voluntas beneplaciti ea est qua Deus vere et proprie Mill aliquid, et hæc formaliter in Deo reperitur. Voluntas luite.m signi, non est proprie signum quod Deus vefit, hed est potius operatio externa, seu effectus externus quo ' oluntas solet significari, ut præceptum, etc : non est itaque io Deo proprie et formaliter sed analogice dumtaxat.

‹'.debrior autem est divisio in voluntatem *antecedentem* Id *consequentem,* de qua est disserendum.

I II. Notio voluntatis antecedentis et consequentis. — Ul‹r. divisio jam fuit insinuata a Tertulliano. « Prior ■uniias Dei secundum naturam, severitas *posterior* sk- ■iindum causam} ». Deinde a quibusdam scriptoribus sub

I l Isai., xml, 9-11.
I " / *Tim.,* n, 4. — Cf. S. Thom., *Comment.* in h. l.
I Tertull., *Advers. Marcion.,* n, 11 ; *P. L.,* n, 327.

nomine *primæ* el. *secundæ* voluntatis ; scd praesertim a S. Joanne Damasceno inculcatur1.

Omnes theologi distinctionem amplectuntur, sed in re explicanda non concordant. Juxta S. Thomam, hic ad l antecedens est quæ fertur in objectum secundum se et absolute consideratum ; ‹onsequens autem est quæ fertur in objectum omnibus circumstantiis vestitum : aliquid enim potest esse in prima consideratione bonum, ut hominem vivere, quod in subsequent! ‹onsideratione minus rectum deprehenditur, ut hominem vivere in periculum multitudinis. Consideratio quæ res inspicit in seipsis est utique prima et dicitur recte antecedens, ea vero quæ res cum omnibus suis adjunctis attendit est posterior et merito dicitur consequens2.

Juxta Molinislas autem3, antecedens est quæ prævisionem actuum nostrorum præcedit, consequens vero qua: liberam voluntatis determinationem sequitur.

Qui modus loquendi non est probandus. Licet enim quaedam voluntas sequatur prævisionem actuum, ut voluntas puniendi peccata, quo sensu verissime dicit S. Damascenus voluntatem ‹onsequentem ea- *noslra causa orlum habere,* non est tamen simpliciter verum *omnem* voluntatem (onsequentem ex prævisione actuum oriii : sic voluntas conferendi aliquibus gratiam efficacem vocationis ad fidem est consequens et ipsa efficax, quin tamen tonsensum nostrum supponat.

Ceterum hæc interpretatio nititur ruinoso scientiæ mediæ fundamento.

Voluntas antecedens, sensu thomistico, est conditional a ex parte objecti, quatenus vult Deus aliquid, nisi majus bonum obstet. Bonum autem illud majus est manifestati" justitiæ vel alterius perfectionis divinæ.

Consequens autem est absoluta, quia Deus, omnibus perpensis, vult ita esse.

1. S. Joan. Damasc., lib. II. *Orthodox Fidei,* cap. xxix; *P. ti* xciv, 970.

2. Cf. Commentât, in h. 1., et ex recentioribus, Kleutg J.nj n. 617 ; card. Bii.i.ot, thés. XXVII ; Van der Meersch, n. 455 ■〉

3. Cf. Vasoi i.z, in I P.,disp.LXXXVI; Franzel in ,thés.XL.\ II

Voluntas consequens est beneplaciti, ut liquet; voluntas vero antecedens, ut voluntas salvandi omnes omnino Immines, est etiam voluntas beneplaciti, quia vere et proprie in Deo repalitur.

III. Conclusio : Voluntas Dei consequens et absoluta semper impletur ; voluntas autem antecedens non semper impletur, saltem quoad principale intentum. — Probatur t' pars. Constat ex verbis Scripturæ jam allatis : « Consilium meum stabit et omnis voluntas mea fietl.*» Ratio theologica est perspi-ua. Voluntas Dei est p ima ct universalissima omnium causa. Atqui impossibile est aliquid prætergredi ordinem primæ et universalissimæ causæ- l rgo impossibile est aliquid prætergredi voluntatem divinam, et idcirco impossibile est voluntatem divinam deficere, ℎ‹ u non impleri. Declaratur minor. Eadem est in causis agentibus ratio quæ in causis formalibus ; quia forma et agens sibi respondent. Porro in causis formalibus, licet aliquid possit deficere a causa particulari, nunquam tamen a causa universalissima, quæ est esse. Ergo pariter in i ausis agentibus, licet aliquis effectus possit ab ordine ‹ ausæ particularis deficere, non tamen ab ordine causæ universalissimæ. Unde, si qjjis recedit ab ordine divinæ I....itatis peccando, incidit in ordinem divinæ justitiæ,. dum punitur.

Probatur IIa pars, contra Lutheranos et Calvinistas, el generatim eos qui unam tantum voluntatem admittunt i unque *invidam,* cui nullatenus resistitur. S riptura tes- l.tlur esse aliquam Dei voluntatem veram, qua vocat et qua· tamen despicitur : « Vocavi et *noluistis... Despexistis* mune consilium meum[8] » ; voluntatem, cui opponitur hulniinum nolle : « Jerusalem, Jerusalem... quoties volui bongregare filios tuos... et *noluisti*[3]* » ; voluntatem, cui resislilur : « Vos semper Spiritui Sancto *resistitis** »; volunlulein demum, quæ vult salutem omnium, dum tamen

I l **IsAt., XLVI, 9-11.**
I " *Prou.,* i, 24.
I i Matth., xxiii, 37.
I I. *Aci.,* vu, 51.

mufti pereunt1. — Hæc omnia evincunt esse in Deo vokui-, lafrm veram, quæ tamen non impletur.

Probatur ratione. Voluntas antecedens versatur circa rem absolute consideratam. Porro res quæ Hunt sunt semper vestitæ omnibus suis circumstantiis, quæ possunt imitare conditionem r<i absolute inspectae, ut liquet exeiupk» trito de nauta qui, urgente tempestate, merces projicit in mare, quas volebat tamen servare. Ergo ea circa quaiertur voluntas tantum antecedens non semper fiunt.

Dicitur quoad *principale inlenlum,* nam aliquod voliLum potest reapse adimpleri, et tunc voluntas antecedens consequenti conjungitur : sic voluntas Dei antecedens qua vult omnes homines salvos Heri est inefficax quidem quoad principale volitum, quia de facto non omnes salvantur ; sed efficax est et consequenti conjuncta quoad praeparationem mediorum sufficientium ad salutem, tam naturalium quam gratuitorum. De qua quæstione est jam sermo habendus.

IV. De voluntate Dei salvifica2. Duo extremi errores. -- Pelagiani contendebant Deum æquali voluntate salutem «minium omnino hominum velle, hac tantum adjecta conditione, si homines ipsi salvari velint, quod quidem abs«pie gratia possunt. Semi Pelagiani necessitatem gratia* profitebantur, sed aliunde censebant hominibus quærenlibus, pulsantibus, petentibus per vires natura?, concedi gratiam, adeo quidem ut homo suis viribus ad gratiam se praeparet, et sic in gratia constitutus possit suis viribus in salute perseverare·3 : hinc discretio electorum a reprobis «x libero arbitrio repetitur.

E regione autem prædestinatiani opponunt Deum non veie et proprie velle salutem omnium, se,d solum prædestinatorum. Diversas formas induit error ille, quem tenuerunt, licet non eadem ratione. Lucidus presbyter, damnai il»

I. *I Tini.,* n, 4.

'*i.* Cf. opus, nosti*. « *Hors de l'Eglise, point de salut* et Capèra s, *Lr problème du salut des infidèles. Essai historique, Paris,* 191 ", index : *Volonté saluiflque.*

X CT. cone. Carlhagin., a. 418, can. 5 ; Denzinger, 105 ; cou.:, Axausic., 11, a. 529, can. 5 ss ; Denzinger, 178 ss.

in comilio Arelatensi. 475' ; Gottescalcus damnatus 84Set K18a ; deinde Lutherani et Calvinistæ.

lix Novatoribus itaque multi, nempe qui dicti sunt *tudelupsarii,* contendunt homines fuisse alios ad vitam prædes-lmatos, alios ad mortem, independenter a peccato originali ; quidam tamen, seu *posllapsarii,* dicunt prædeûinalionem ad mortem præsupponere hominis lapsum,seu originale peccatum3.

.Jansenius similiter docuit Deum velle omnes ante lapsum salvos fieri, post lapsum autem solos prædestinatos, ar subinde non conferri omnibus etiam justis gratias vere huilicientes in præsenti statu.

V. Doctrina catholica. — De fide est imprimis Denjn \clle salutem non solis prædestinatis ; quia de fide is, mortuum esse Christum pro aliis quam prædestina&s. ll a ex damnatione propositionis quintæ Jansenii : « Semipclagianum est dicere Christum pro omnibus onmÛM» hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse. »— Dedarala et damnata uti falsa, temeraria, scandalosa et inid-Iccla eo sensu ut Christus pro salute dumtaxat prædesiiuutorum mortuus sit, impia, blasphema, contumeliosa, divinæ pietati derogans, *hærelica**. Porro, si *haereticum* rsl diee.re pro solis prædestinatis mortuum esse Christum, ile *fide* est esse pro aliis mortuum.

2° Dici etiam potest de fide Deum velle salutem omniam Ihlidium, seu Christum esse pro cunctis fidelibus mortuum. M quidem omnes fideles tenentur credere verba Symboli : I Propter non homines et propter *iwslram salutem...* desfeiidit... crucifixus... passus »; et pariter Paulus bstalin' : « *Salvator omnium* hominum, *maxime fidelium6.* » Unde liquet omnino velle Deum salutem omnium saltem *fidelium.*

l Lucidus errorem retractavit : cf. *Bibi. Maxim.,* vm, 525.
: Cf. Schwane, *Hist. Dogm.,* t. V, c. iv ; et *P. L.,* cxxv, 49 ss.
3. Cf. Passaglia, *De partitione voluntatis divinæ,* 259 ss. — h historia errorum, cf. Lichtenberg, *Encyclop.,* vol. X, p. 745; |, Schaff, *Creeds of Christendom,* t. Γ, p. 669-816.
l Denzinger, 1096.
I>. / *Tim.,* iv, 10.

3° Est fidei proximum velle Deum salutem omnium *adultorum,* quia hic est sensus obvius quem ingerunt textus Scripturæ et Traditionis, ut statirri constabit.

4° Est hodie doctrina communis, contra Vasquez et paucos alios, Deum velle salutem etiam *infantium* et pro ipsis mortuum esse Christum.

Probatur itaque universaliter velle Deum salutem omnium hominum, nullo prorsus excepto.

Jam in veteri Testamento Deus dicitur misereri *omnium,* diligere *omnes* quos condidit, *parcere omnibus,* « quoniam *tua sunt* Domine, qui amas animas[1]. » Atqui non est miserator omnium, nec amat omnes, si aliquos vult damnare independenter a peccatorum prævisione. Ex textu Pauli « itato[2], Deus vult illos omnes salvari pro quibus tenemur orare. Atqui, juxta Paulum, sicut etiam testatur praxis Ecclesiae, debemus *pro omnibus* orare, nullo excepto ; et him· diversas hominum categorias recenset Apostolus, et pariter Ecclesia pro omnibus orat, ne exceptis quidem perfidis Judaeis et infidelibus. Ergo omnes, nullo excepto, vult Deus salvos fieri.

Rationem hujus subministrat S. Paulus, quia est unus *creator* et unus *mediator.* Unde vult illos salvos fieri quorum est unus creator et unus mediator. Atqui Deus est creabo· omnium, nullo excepto, et Christus est mediator omnium quorum naturam assumpsit. Ergo vult omnes, nullo excepto, salvos fieri.

Addit Apostolus : « Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, v. 6 ». Quocirca vult Deus salvari omnes prd •quibus Christus se dedit redemptionem, qui nempe erant mortui in Adamo quosque vivificat Christus[3]. Sed, si< ul omnes, nullo excepto, mortui sunt in Adamo, ita omnni vivificat Christus et pro omnibus, nullo excepto, dedii se redemptionem. Ergo omne.,, nullo excepto, vult Dmi» salvos ii ri.

Ex testimoniis Patrum, quæ sunt innumera, sufficiat hie<· pauca seligere. S. Gregorius Nyssenus scribit : « Pal-T

1. Sap., xi, 24-27.
2. *1 Tini.,* n, 1-7.
3. *Hom.,* v, 18-19.

autem omnes vult salvos fieri et ad agnitionem sui nominis venire... Neque enim divina voluntas in causa est cur, dum alii salvantur, alii pereant ». — Ergo, si voluntas Dei non est in causa, nullum hominem excludit a salute. — S. Ambrosius : « Ille omnes suos vult esse quos condidit et creavit[2]. » — S. Augustinus : « Quando enim quæritur causa cur non omnes salvifiant, responderi solet *quia hoc ipsi nolunt*[3]. » — Ergo, quantum est ex parte Dei, nullus excluditur a salute, sed solum ex propria culpa.

Textus porro S. Doctoris quos objiciunt adversarii intelliguntur do voluntate consequente et efficaci, quia hæc de facto non extenditur ad omnes et singulos, licet de singulis statibus hominum aliquos efficaciter salvet.

Hinc concludit S. Prosper : « Omnium ergo hominum cura est Deo... Sed infidelitatem hominum ipsis adscribamus hominibus[4]. »

Quæ doctrina est etiam infantibus applicanda. Nam, juxta S. Paulum, Christus pro omnibus mortuus est, et est omnium hominum Salvator[5]. Porro parvuli in illa formula comprehenduntur nec ullatenus licet illos ex hominum numero excludere[6]. Ergo et pro illis mortuus est Christus et illorum est salvator. Insuper, teste Apostolo, Christus omnibus meruit gratiam qui moriuntur in Adamo[7]. Parvuli autem infantes moriuntur in Adamo. Ergo et ipsis meruit Christus gratiam et voluit Deus salutem.

Præparavit itaque ipsis media salutis, facillima, quæ omnem debent per causas secundas applicari ; ac subinde, si salutem de facto non consequantur, id non est ex defectu voluntatis divinæ vel ex insufficientia redemptionis, sed

1. S. Gregor. Nyssen., *Antirrhet. adv. Apollin.*, 29; *P. G.*, xlv, 1187. Cf. S. Chrysost., *P. G.*, lxii, 536 ss.

2. S. Ambros., *Enarrat. in Ps.* xxxix, n. 20 ; *P. L.*, xiv, 1117.

3. S. Augustin., *Enchiridion*, c. xcvi ; *P. L.*, xi., 275. — *De Spiritu et Littera*, c. xxxiii, n. 58 ; *P. L.*, xliv, 238.

4. S. Prosper, *Resp. ad cap. Gallorum*, c. viii ; *P. L.*, lii, 163-164.

5. *II Cor.*, v, 15 et *I Tim.*, iv, 10.

6. Ad rem S. Augustinus : « Numquid (parvuli) aut homines non sunt, ut non pertineant ad id quod dictum est : *omnes* homines ? » *Contra Julian.*, lib. IV, c. viii, n. 142; *P. L.*, xliv, 759.

7. *Hom.*, v, 15 ss.

defa'Cu causarum creatarum quæ requisitum concursum im»i afferunt ; nec tenetur Deus *modo extraordinario* intervenire ul causæ illæ creatæ semper concursum præbeant.

V 1. Hinc intelligitur utrum voluntas Dei sit malorum (a. 9)_ — Lutherani blasphemando dicunt Deum velle peccatum et quosdam homines prædestinare ad malum, ita quidem, ut juxta Melanchtonium, sit proprium Dei opus non minus proditio Judæ quam vocatio Pauli. Do tide est porro nullum esse potestate divina praedestinatum ad malum, ut definit concilium Arausicanum II. sed esse in potestate hominis vias suas malas facere, e.t Deum *permissive* solum velle malum, ut definit concilium Tridentimim '.

S. Thomas doctrinam catholicam sic breviter et efficaciter proponit et vindicat : Deus malum physicum vult quidem, neu per se sed per accidens ; malum autem culpæ nullo modo, nec per se nec per accidens velle potest2.

Prob. Ia pars. Illud est per se et directe volitum, quod propter se appetitur, et indirecte volitum. quod appetitur ratione alterius cui conjungitur. Atqui non potest appeti a Deo malum physicum ratione sui, quia ut sic non est appetibile, sed solum ratione alicujus boni cui conjungitur, ul est bonum juslitiæ vel bonum universi. Ergo malum physicum potest esse a Deo volitum, non per se, sed per accidens tantum.

Proh. IIa pars. Ille solum potest per accidens velle malum culpæ qui præfert bono virtutis aliquod bonum cui malum conjungitur. Atqui Deus nihil magis amat quam suam bonitatem, quæ est etiam bonum virtutis. Ergo ne per accidens quidem potest Deus velle malum culpa: ; eo magis quod malum culpæ sit recessus a Deo ner possit Deus velle ut creatura aliqua a seipso recedat.

Permissio autem mali non est ‹ onniventia ad peccatum;

I. Cone. Arausic. 11, can. 25, Denzinger, 200; cone-Trident., VI,.can. 6.

L Præler hunc uri. 9, cf. III *Cont. Geni.,* c. lxxi ; Ferbariens, »n h. I.

nam Deus deterret a peccato, tum præcepta inculcando, tum pœnas transgressoribus minando ; et aliunde non tenetur peccatum impedire per media quæ illud reddant impossibile eum creatura sit ex sua natura defectiblis ; ac demum ex permissione mali majus elicit bonum.

ARTICULUS QUARTUS

DE LIBERO ARBITRIO IS DEO[1][2]

AD ART. 10 S. THOMÆ

I. Deus liberum arbitrium habet respectu aliorum a se. — Doctrina fidei fuit jam exposita supra, ad art. 3. Ratio theologica desumitur ex ipsa notione agentis intellectualis, qui, cum cognoscat bonum universale quod habet rationem bcatitudinis, et bona particularia, quæ non sunt necessario connexa cum beatitudine, appetit necessario beatitudinem, contingenter vero et libere bona particularia. Cum igitur Deus sit bonum infinitum et ipsa beatitudo, appetit suam bonitatem necessario, et, c.um omnia alia a se non sint necessario connexa cum sua beatitudine. appetit illa libere.

Unde breve et efficax argumentum. Liberum arbitrium dicitur respectu eorum quæ volumus non ex necessitate et naturali instinctu, sed ex electione. Atqui alia a se vult Deus ex electione, non ex necessitate naturæ, ut constat ex ari. 3. Ergo liberum arbitrium habet Deus respectu aliorum a se*.

II. In quonam consistat actus Dei liber. Sententiae[3]. — Difficultas est in determinando utrum actus ille liber consistat in aliquo mere intrinseco, an vero in aliquo mere cxtrinseco. Si dicatur esse quid intrinsecum, illico exsurgit objectio. Actus liber dicitur qui potest esse vel non esse. Sed quidquid est Deo intrinsecum non potest non esse. Ergo. — Si vero reponatur esse quid extrinsecum, hami

1. i.l. Commentatores in h. 1.; et P. Garrigou-Lagrange, *Dieu,* II P., c. iv.

2. Cf. *Cont. Gent.,* c. i.xxxm.

3. Cl'. Ga.ietan el Commentatores in ti. 1., et in a. 3 ; Sai.·nant., disp. \ II ; Gonet, disp. Ill, a. 2, etc., ex altera parte P. Mcncunh i.. S. .1., *De Deo Uno el Trino,* n. 571 ss.

minor oritur difficultas. Actus liber quippe est vitalis et immanens. Sed repugnat actum immanentem constitui per aliquid extrinsecum. Ergo.

Prima sententia vult actum Dei liberum constitui per denominationem extrinsecam ex actione qua Deus res producit, quæ juxta ipsos esset formaliter transiens. Ita Aureolus [1]. — Secunda sententia reponit in aliqua perfectione intrinseca et extensiva, a perfectione necessaria secundum ratione distincta, quæ sic potest deficere. Hæc tribuitur Cajetano, nec tamen merito, quia non intendit Cajetanus illam perfectionem posse deficere in se, sed solum ratione terminationis. — Tertia sententia reponit in aliquo intrinseco simul ex extrinseco, vel in aliquo modo distincti) secundum rationem a perfectione necessaria, adeo ut ista extensio possit deficere non quoad se, sed quoad istum modum. Ita Fonseca [2]. — Ultima dicit actum liberum perfectionibus necessariis super addere terminum ratione distinctum sub conceptu terminationis, quo fit ul actus liber concipiatur defectibilis ratione terminationis : hinc actus Dei liber est ipsa actualitas a tus necessarii in se, sed qui libere terminatur ad creaturas[3].

III. Excluduntur priores sententiae utpote in modo dicendi deficientes. — Non consistit actus Dei liber in denominatione extrinseca, secus non esset libert nisi denominative et metaphorice, non autem proprie et formaliter Nec consistit in perfectione extensiva superaddita, quia sic. conciperetur in Deo potentialitas ad aliquid superveniens. Nec reponitur in modo quodam intrinseco et defectibili, cum nihil Deo intrincecum concipi possit ut dcfectibile. — Nec constitui potest per formam rationis ab intellectu confictam et in rebus non existentem, quia liberum Dei decretum est reale et causa realis creaturarum.

IV. Actus igitur liber in Deo est ipse actus necessarius

1. Cf. Aureol, apud Capreol, *I Sent.,* dist. 45, q. i.
2. Fonseca VII, *Melaphtjs.,* q. vi, c. vm, conci. 10.
3. Ita quoad substantiam Capreolus, loc. cit., Ferrariensis, *Comment.,* in *I Cont. Geni.,* c. lxxxii ; Gonet, loc. cit., etc.

et infinitus prout habet terminationem contingentem, id est prout contingenter ad creaturas terminatur.

Actus Dei liber est vitalis et immanens ac proinde per intrinsecam perfectionem constituitur; aliunde importat aliquid defectibile secundum aliquam rationem, non quidem secundum rationem entitatis. quia in Deo libertas habet infinitam perfectionem et eminentiam ; sed sub ratione terminationis. Ergo consistere debet in terminatione ad creaturas, quæ quidem sub ratione purae terminationis est contingens et defectibilis, sed sub ratione entitatis est indefectibilis et æterna ; et hinc habetur ut tota mutabilitas sit in termino, non in Deo.

Tria igitur distingui possunt : 1° actus quoad entitatem, et hic est necessarius et ætemus et infinitus; 2° actus quoad terminationem, et sic est necessarius ad intra, liber ad extra ; 3° relatio inter actum et terminum, et hæc est rationis in Deo, realis in creatura.

V. Utrum potuisset Deus nihil determinare circa creaturas. — Dupliciter concipitur Deus esse liber in suis decretis, vel decernendo positive existentiam creaturarum, vel decernendo positive nullam creaturam fore. Potuisset ne autem se habere quasi negative, per omissionem cujusvis decreti ? Negant multi cum Suarez. Vasquez, Salmanlicensibus, etc'; affirmant tamen Cajetanus, Ferrariensis, Gonet, aliique§ ; quibus Nudetur adhaerendum. Deus quippe nullatenus tenetur ferre decreta positiva, nec in illa omissione. habetur suspensio aut imperfectio. Sicut enim non perfectior evadit Deus eo quod libere decreta condat, ita nec imperfectior esse potest quia libere decreta omittit. Talis porro decreti omissio plane sufficit ut aliqua res fut ura non sit et ut talis a Deo cognoscatur. Quare in illa hypo- l hesi Deus certo cognovisset res non esse futuras in libera cujuscumque decreti omissione.

1. Si \hi.z, opusc. *De divin, auxiliis,* I. 111, c. xm ; Vasquez, disp. l XXIX, c. in, n. 17; Salmant., disp. V, dub. III, II; P. Mi NiaiNii.i., n. 595.

2. Cf. Cajetan, in. ii. I.; Ferrariens., *IJI Coni. Geni.,* c. c.t.xi ; \Io n ii, ilisp. 111, a. 4 ; Godoy, in I P., disp. LV ; Frassen, *De Deo,* disp. 11, *De volunt. Dei,* a. 2, q. i.

VI. De signis liberæ voluntatis Dei (a. 11 et 12). — Sicut apud nos ille qui præcipit manifestai voluntatem ut fiat quod præcipit, ita ut praeceptum sit signum voluntatis, et <lici possit voluntas signi, sic praeceptum divinum dici potest metonymice voluntas signi. Quocirca voluntas signi non est voluntas in Deo existens, sed quoddam extrinsecum quo voluntas significatur quodque metaphorice dii i- l ur voluntas ; dum voluntas beneplaciti est voluntas proprie dicta, quæ in Deo vere et formaliter reperitur. Unde illa divisio non est divisio rei, quasi actus voluntatis in plures distingueretur, sed divisio vocis[1]. Fuit adhibita ab Hugone a S. Victore[2], a Magistro Sententiarum[3],* ab ipso Angelico[4], et deinde communiter a theologis. Fundamentum habet in Scripturis[5]. « Ita Pater, quoniam sic fuit *placitum* ante te[5]. » — « Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et *placens* et perfecta[6,7] » Alibi vero ponitur pro *signo* volun- l atis divinæ : « *Notas* fecit filiis Israel *voluntates* suas'. »

— Quinque autem sunt signa circa divinam voluntatem, quæ metonymice dici possunt voluntas : 1° *Prohibitio,* qui enim prohibet vult aliquid non fieri ; 2° *præcepluni,* quatenus Deus præcipiendo vult saltem ut homo teneatur obedire, licet non semper efficaciter velit ut res de facto liat ; 3° *consilium* et 4° *operatio,* quæ voluntatem evidenler manifestant ; 5° *permissio,* quatenus permittendo vult l)eus ut nobis relinquatur facultas et libertas non obediendi[8].

Tripliciter porro se habet voluntas signi ad voluntatem beneplacitis. 1° Est aliqua voluntas signi, quæ nunquam i uni voluntate beneplaciti coincidit, ut permissio peccati.

1. Cf. Cajetan, in. h. l.
2. Hugo a S. Victore, *Sumina Sent.,* tract. I, c. xin ; *P. L.,* i i.xxvi, 64.
3. Petr. Lombard., *1 Sent.,* disl. 45,
I. S. Thom., hic et in *1 Sent.,* (list. 45, q. i, a. 4, et q. xxm, *In. Perit.,* a. 2.
5. Matt ii., x i, 26.
6. *Horn.,* xii, 2.
7. *Ps.* cn, 7.
8. Cf. Kleutgen, n. 616.

2° Est quædam voluntas signi quæ cum voluntate beneplaciti semper eoincidit, ut operatio, v. g. justificatio, glorificatio ; 3° est quædam voluntas signi quæ quandoque cum voluntate beneplaciti eoincidit, quandoque non, ut præcept>:m, etc.l.

1. De modo autem quo debeamus voluntatem nostram divinat voluntati conformare, cf. S. Thom., q. xxin, *De Verit.,* a. 6 et 7; card. Billot, thee. XXIX.

QUÆSTIO DECIMA

Præcipua capita doctrinæ de amore, de justitia ac misericordia Dei

AD *QQ.* XX ET XXI S. THOMÆ

I. Amor proprie ac formaliter, sed absque passione, est in Deo. —Scriptura amorem Deo tribuit : « lu *charilale* perpetua *dilexi* te, ideo attraxi te, miserans[1]. » — « *Diligis* omnia quæ sunt[2]3.. » — « Sic Deus *dilexil* mundum ut Filium suum unigenitum daret[3]. »

Ratio fundamentalis est perspicua. Datur in Deo voluntas, non secundum potentiam, sed secundum actum. Atqui omnis actus voluntatis vel est amor vel in amore fundatur. Ergo. Probatur minor. Omnis actus est in prosecutione boni, vel circa malum, in fuga mali. In utriusque porro prior est amor : circa bonum prior est amor, qui respicit bonum commune, dum gaudium et desiderium id l ingunt bonum sub speciali ratione, scilicet præsentis vel futuri; pariter amor prior est actibus circa malum, quia imn refugitur malum nisi quia bono amato adversatur.

II. De cæteris actibus qui in amore fundantur. — Non i ompetit Deo *desiderium* proprie dictum, cum nihil sit bonum respectu Dei absens[4]; competit vero *gaudium,* quatenus est in bono possesso, nempe in seipso. *Spes* au-

1. Jerem., xxxi, 3.
2. *Sap.,* xi, 24-27.
3. Joan., xii, 16.

I. Ita communiter Thomistae post Angelicum hic a. 1, ad 2, et / *Cont. Geni.,* c. lxxxix. Ilis etiam adhæret Van der Meerch., Ii. 131. — Contradicunt alii, post Svarez, P. Kleutgen, n. 589, l Mi nc l nn ii.i., n. 601. Videtur esse quæstio de nomine ; atproprie Ijaus non desiderat ; nec bonum ut absens et futurum potest termiliui i- actum divinæ voluntatis, qui est in summo actualitatis vertice.

tern repugnat Deo, cui nihil nec absens nec arduum esse potest ; nec est *audacia* respectu ejus cui nihii est periculosum. *Ira* porro, licet Deo attribuatur metaphorice et quatenus infert juxtam vindictam, non convenit tamen proprie et formaliter, quatenus est appetitus vindictaprocedens ex *Irislilia* de offensa accepta. *Odium* abominationis Deo tribuit Scripttira : « Odio sunt Deo impius ct impietas ejus[1]2» — Utrum vero sit proprie, an tantum metaphorice, disputant theologi, etiam Thomistæ : primum tenent Sylvius, Billuart, etc., alterum vero Ferrariensis, Gonet, Goudin, etc.

Odium autem inimicitiae non est proprie in Deo ; quia non vult Deus peccatori malum ut malum, sed sub ratione justi, sicut nec dicitur judex habere odio reum quem juste damnat.

III. De universalitate amoris Dei. — Omnia existentia amat Deus, quippe qui vult ipsis et confert bonum, existentiam, conservationem, operationem.

Amore porro *benevolenliæ* non amat creaturas irrationales, quibus non appetitur bonum propter seipsas, sed propter homines, et ultimate propter Deum ; omnes vero creaturas rationales amat Deus amore benevolentiæ, quia vult bonum ut illis bene sit ; sffos autem justos et electos amat amore *amiciliæ,* quum in istis solum sit redamatio et communicatio bonorum per gratiam in via, per gloriam in patria.

Ex parte quidem actus voluntatis, qui est simplicissimus et immutabilis, Deus aliqualiter diligit omnia, ex parle autem boni voliti, ea plus amat quibus majus vult et confert bonum.

IV. Qua ratione virtutes competant DeO. — Quæstio non est de virtutibus quoad habitum, sed solum quoad actum. Jam ostensum est virtutes intellectuales esse Deo proprias*. De theologicis, sola charitas convenit; de moralibus illa solum competunt quæ imperfectionem in suo conceptu non

1. *Sap.,* χιν, 9.
2. Supra de scientia Dei, ad art. 1.

insolvunt. Hinc removetur et temperantia, quæ moderatur appetitum inferiorem, et fortuitudo quæ est circa timores el audacias.

Superest ergo loquendum de Justitia et virtutibus annexis, ut misericordia.

Justitia proprie et formaliler Deo convenit, cum sit perpetua voluntas unicuique tribuendi quod suum est et hoc maxime in Deo inveniatur. Non est quidem justitia commutativa, nisi per quamdam similitudinem, quatenus Deus data nostra acceptat ; sed est proprie justitia di - tributiva, qua, ut gubernator et dispensator omnium, dat uniquique secundum suam proportionem et dignitatem et conditionem.

Justitia autem Dei recte dicitur *veritas,* eo quod constiluat in rebus adæqùationem, nempe ordinem ideæ divinæ conformem.

Misericordia maxime Deo competit, non quoad compassionis *affectum,* qui materialiter se habet in ipsa ; sed quoad *effectum,* qui est miseriam alienam expellere. In omnibus operibus Dei inveniuntur misericordia et justitia : in quibusdam tamen magis elucet misericordia, in aliis autem magis justitia. Invenitur quidem in omni opere Dei justitia, nam Deus facit quod debetur suæ sapientiæ et quod debe- l ur creaturis, secundum propriam ipsarum naturam et conditionem. Relucet quoque misericordia, quia nihil proprie debetur creaturæ ex siia conditione, sed solum ex bonitate divina, et etiam quia ex abundantia suæ bonitatis largius dispensat quam proportio rei exigat.

In justificatione impii magis apparet misericordia, in damnatione autem impii magis justitia ; attamen etiam m damnatione remanet aliquatenus misericordia, quatenus Deus punit citra condignum, et in justificatione servatur proportio justitiæ, quatenus plus el intensius diligentibus plus et intensius dimittit[1].

1. Legatur ipsa littera S. Thomæ, quæ perspicua est. Ad pleniorem expositionem consuli possunt commentatores jam citati ; ıI Lessius, de *perfectionibus divinis,* lib. X1-X1II ; L. Janssens, />e *Deo Uno,* II, p. 291-369.

QUÆSTIO UNDECIMA

De Providentia Dei

AD Q. XXII S. THOMÆ

Expletis omnibus quæ pertinent ad intellectum solum vel ad voluntatem solam, superest inquirendum de his quæ intellectum et voluntatem simul respiciunt ; et hinc sermo de *providentia,* quæ est generalis et respectu omnium, ac de *prædeslinalione,* quæ est providentia specialis, imo specialissima respectu quorumdam.

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA ET EXTENSIONE PROVIDENTIÆ DEI

AD ART. 1 ET 2 S. THOMÆ

I. Errores. — Duplex est errorum classis. Prima est eorum qui providentiam et Deum simul negant, contend unique omnia ex casu vel quodam cæco fato provenire. Ita veteres materialist® et recentiores illi scienti fici qui fatalismum sub nomine legum natur® instaurant ac pessimist®, ut Schopenhauer, Hartmann, qui mundum dicunt simpliciter malum et omnia ad funestissimam quamdam, voluntatem reducunt. Altera classis est eorum qui, Deum professi, providentiam saltem specialem inficiantur, nempe circa materialia et singularia, aut saltem circa actus liberos, ul multi ex veteribus, quos inter Cicerol, et hodierni deist a· vel theistæ. In hoc porro distinguuntur deist® a Iheislis. quod theistæ ordinem supernaturalem respuant, non aulem pros identiam naturalem, deistæ autem, licet Dei existent iam retineant, et ordinem supernaturalem et

1. Cf. Cicero, *De divinat.,* II.

providentiam naturalem saltem specialem renuant admittere.

II. Vera providentiae notio[1]. — Potest ex D. Thoma definiri providentia : Ratio ordinis rerum in finem in mente divina existens. Providere enim, quoad etymon, est videre procul quæ sunt fa‹ ienda ; quoad rem autem est ea quæ sunt facienda mente ordinare. Ratio porro hujus ordinis est *providentia* ; executio autem ordinis est *gubernatio.* Providentia quidem est æterna simpliciter cum sit in mente divina ; gubernatio autem est temporalis quoad effectum, ‹ um executio fiat solum in tempore. Est formaliter providentia actus intellectus, cujus est ordinare, supponit que a‹ tum voluntatis, scilicet intentionem finis, quia, nullus præcipit de agendis propter finem nisi finem intendat. Quapropter S. Damascenus, ut animadvertit ipse Angelicus. dicit providentiam esse voluntatem, quia voluntatem includit et præsupponit[2]. Hæc est porro definitio quam tradit Damascenus : « Voluntas Dei per quam res omnes aptam ad finem directionem accipiunt[3]. » Boetius autem attendit ipsam *rationem* ordinantem et disponentem, et idcirco providentia ab ipso sic definitur : « Ipsa divina ratio in summo omnium principe constituta, quæ cuncta disponit[4]. »

Dividitur autem providentia in *naturalem* et *supernaturalem,* pro diversitate finis ad quem fit ordinatio mediorum. Utraque autem potest esse *generalis,* quæ finem communem intendit, vel *specialis,* quæ res ordinat ad finem singulis proprium. Sic providentia supernaturalis communis est ea qua Deus omnibus creaturis rationalibus media

2. Consulantur Commentatores D. Thomæ in h. quæst.,et quoad partem positivam : Petavius, lib. VIII ; Lessius, lib. XI ; L. Janssens, t. II, p. 370 ss : P. Monsabri:, Conf. 1876 ; Earc.es, *L'Idée de Dieu* ; Sertillanges, *Les sources de la croyance en Dieu* ; P. Decker, *La Providence de Dieu dans les faits de l'histoire* ; ac. *Diclion. théol. cathol.,* art. *Diep,* 980 ss.

2. S. Thom., *De veril.,* q. v, a. I ad 1, et *sed contra.*

3. S. Joan. Damasc., *De Did. Orlhod.,* lib. H, c. xxix ; *P. G.,* xciv, 963.

4. Boetius, *De Consolatione philos.,* lib. IV, pros. 6 ; *P. L.,* i.xiii. 814.

providet sufficientia ad salutem ; providentia vero supernaturalis specialis terminatur ad provisionem mediorum ita efficacium ut salus infallibiliter obtineatur ; et hæc vocatur proprie prædestinatio.

III. Datur in Deo providentia. — Sacræ Litteræ hoc fundamentale dogma perpetuo asserunt vel recolunt. Omne stextus quos attulimus ad stabiliendam Dei scientiam ad omnia et singula, etiam minima, et futura et cogitationes cordium, se extendentem, hanc quoque conclusionem statuunt. Sufficiat igitur pauca seligere testimonia : «Pusillum et magnum ipse fecit el aequaliter cura est illi de omnibus '. " Tua autem. Pater, providentia gubernat[1]. « « Neque diras coram angelo : Non est providentia ; ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum [3]. » — « Ipsi cura est de vobis[4]. »

Patres[5] communiter prædicant non posse a notione Dei et creatoris sejungi, conceptum providentiae. Sic arguiI Tertullianus : « Nemo enim te sustinebit improvidentiam adseribentem ei quem Deum non negans profiteris et providum : hæc ei propria divinitas constat[6]. » Et pariter S. Ambrosius : « Necesse est eumdem et creatorem esse rerum omnium el iis providentem[7][8] »

Fides Ecclesiae a concilio Vaticano sic proponitur : « *Universa quae condidit. Deus providentia sua tuetur atque gubernat*[6]. »

Probatur ratione. Providentia est ratio ordinis rerum in finem in mente divina existons. Sed hujus modi ratio existit certissime in Deo. Ergo datur in Deo providentia. Probatur minor. Deus in mente habet rationem seu ideam omnis boni quod in rebus existit et a se causatur, cum sit

1. *Sap.,* vi, 8.
2. *Sap.,* xiv, 3.
3. *Eccle.,* v, 5. - De vi textus hujus non constat.
4. *I. / Pelr.,* v, 6.
5. De argumento patrislieo. Cf. Van der Meersch, n. 517.
6. Teiit u i.i.., *Coni. Marcion.,* lib. II, c. xxiv ; *P. L.,* ii, 339.— Cf. D'Ai.Ès, *l.o llu'olof/ie de Terlullien,* p. 56 ss, 260 ss.
7. S. Ambhos., De *Ojfic.,* i, 13 : *P. L.,* xvi, 41.
8. Denzinger, 1781.

causa rerum per ini e.llect um. Atqui in rebus existit et a Deo causatur bonum, non tantum quoad substantiam rerum, sed et quoad ordinem rerum in suos fines et inter se. Ergo ratio ordinis rerum in finem in mente divina existit[1].

IV. Quomodo se habeat providentia ad prudentiam, scientiam, artem, legem aeternam, etc. Se habet ad' prudentiam sicut pars integralis ad totum, nam prudentia plura simul includit : memoriam praeteritorum, intellegentiam præsentium, solertiam in mediis adinveniendis, et providentiam, quæ est ordinatio mediorum. Differt a scientia, quia hæc est cognitio mediorum et linis simul, dum providentia est *ordinatio* mediorum. Ab arte. ‹ um ars sit recta ratio factibilium, providentia autem sit recta ratio agibilium verseturque circa actionem moralem ut *recte* sit. A lege aeterna, sicut conclusio a principio ; nam lex æterna est summa ratio in Deo existons[2]. providentia est quaedam conclusio seu applicatio hujus summæ rationis. \b idea, quia idea repræsentat rem absolute, providentia autem respicit rem ut ordinatam in finem[3].

V. Providentia Dei ad omnia, etiam minima, se extendit ; speciali tamen modo curam habet creaturarum rationalivm et specialissime electorum (a. 2). Probatur 1a pars. — Scriptura clarissime testatur Deum causare et iam res minimas, non tantum in universali, sed etiam in particulari. Respicite volatilia cœli... et Pater vester ‹ adestis pascit illa[4]6 » « Nonne duo passeres asse veneunt ? et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro®.» « Omnes capilli capitis vestri mumerali sunt*. »

Etiam quæ nobis videntur causalia sub Providentia

1. Cf. S. Thom., *III Coni. Geni.,* c. 61. 91. Ferrariens, in h. l.
2. Cf. Ia II4®, q. χάπι, a. 1.
3. Cf. Gonet, Bii.lvart, *De Providentia* ; card. Billot, p. 254; Van der Meersch, n. 527.
•l. Matth., vi, 26.
5. Matth., x, 29. — Ex his locis concludit S. Augustinus « etiam \ ilissimas abjeclissimasque particulas divina providentia regi ». *De Genesi ad Ulter.,* lib. V, e. x.xi ; *P- L.,* xxxiv, 336.
6. Luc., xii, 7.

eadunt : « Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur[1] »

Traditio catholica resumitur his verbis Lactantii : « Est igitur providentia... cujus vi ac potestate *omnia* qua: videmus et facta sunt et reguntur[2]. » Et hoc effato S. Prosperi :

> « *Omnem* autem hanc, molem mundi qui condidit ip~e
> Et regit, ulque *nihil* non ortum sumpsit ab illo,
> Sic *nihil* est quod stare qued faetore remoto[3]. »[4]

Hinc concilium Vaticanum declarat Dei providentiæ subdi omnia, « ea etiam quæ libera creaturarum actione futura sunt '. »

Ratione theologica. Cum omne agens agat propter finem, tantum se extendit ordinatio effectuum in finem, quantum se extendit causalitas agentis. Atqui causalitas Dei, auctoris totius entis et omnium differentiarum entis, se extendit ad omnia, non solum in universali, sed et in particulari, quoad singula etiam minima quæ in entibus reperiri possunt. Ergo ordinatio effectum in finem, qua: est providentia, ad omnia in particulari, etiam minima, se extendit.

Confirmatur. Providentia provisoris universalis, qui est institutor omnium, tum naturæ, quæ ex necessitate agit, Ium libertatis, debet se extendere ad omnia, etiam ea quæ ex necessitate fiunt, et singularia in quibus sunt actus liberi. Sed providentia Dei est hujusmodi, nempe primi et universalissimi provisoris. Ergo ad omnia prorsus se extendit.

Demum, si Deus de singularibus et minimis non provideret, id esset vel quia non cognoscit illa, vel quia non potest, vel quia non vult curare. Atqui nullum ex his dici potest : non primum, quia ejus scientia est universalissima et practice ; non alterum, cum sit omnipotens; non ultimum, quia vult omne bonum quod est in rebus, ordinatio autem rerum in finem et earum tuitio est quid bonum, imooplimum. Ergo.

1. *Proii.,* xvi, 33.
2. Lactant., *De ira Dei,* c. x;P. *L.,* vn, 109.
3. S. Prosper, *De Provid.,* v. 153 ss.; *P. L.,* 1 i, 620.
4. Denzjnger, 1784.

Objicitur : Providentia perfecta et optima non debet permittere defectus in suis operibus. Sed multi sunt defectus in rebus. Ergo non est in Deo perfecta de rebus mundanis providentia.

Resp. : Dist. maj. : Providentia provisoris particularis debet excludere defectum ab eo quod ipsius curæ subditur, concedo ; providentia provisoris universalis non debet permittere defectus qui nullatenus ad ordinem reducuntur, concedo ; defectus qui ad ordinem reducuntur, nego, quia mala ad ordinem reducta faciunt ad rationem pulchri. — Contradist. min., et ncg. conci.

Deus permittendo mala, bonum majus elicit, sicut ex corruptione animalium inferiorum servatur vita animalium superiorum, vel etiam hominis ; sic ut ex persecutione tyrannorum oritur patientia et glorificatio martyrum. Malum etiam morale, peccatum, ad ordinem quemdam superiorem reducitur, nam ex lapsu hominis vel angeli magis apparet summa Dei independentia, et defectibilitas creaturæ, quæ perpetuo Dei auxilio indiget ne labatur ; inde etiam magis innotescit indoles libertatis creatæ ; ac tandem omnia ad ordinem justitiæ et sanctitatis reducuntur, quia, dum punitur peccatum, Dei justitia et sanctitas ac merita sanctorum in bono perseverantium magis relucent ac resplendent.

Inæqualis bonorum distributio in hac vita, calamitalesque justorum, etc. inservire etiam possunt majori profectui in virtutibus et sanctitate[1].

— Probatur IIa pars. Scriptura perpetuo recolit Deum omnia in bonum hominis ordinare, et Deum magis hominem curare quam cætera : « Nonne vos magis pluris estis illis[2] ? » — « Quoniam ipsi cura est de vobis[3]. » — « Numquid de bobus cura est Deo ? An propter nos utique hoc dicit ? Nam propter nos scripta sunt.[4] ». Licet quippe cura de bobus sit eximia, i st. quasi nihil at tenta cura quam de nobis gerit Deus.

1. De hoc argumento, cf. Van der Meersch, n. 544.
2. Matth., vi, 26.
3. 1 Pet., v, 7.
4. *1 Cor.,* ix, 9.

Ratio theologica est quia inferioribus creaturis provident Deus propter hominem, creaturæ autem rationali providet propter se; in quantum haec potest finem ultimum cognitione et amore prosequi.

Declaratur 1l Ia pars. Deus specialissime providet dedis, quatenus non permittit contra eos evenire aliquid quod finaliter impediat salutem eorum (ad 4) ; sed omnia ad illorum bonum ita ordinat ut tandem conjungant statum gratiae cum morte, ut alibi, de perseverantia finali, explicatur.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MODO PHOVIDE.XTIÆ DIVINÆ

AD ART. 3 ET 4 S. THOM/E

I. Quoad ordinis rationem Deus immediate omnibus rebus providet ; quoad ordinis vero executionem consortium causarum secundarum adhibet (a. 3). — la pars est contra eos, sive antiquos sive hodiernos, qui, providentiam generalem et in communi tantum res curantem professi, eo ipso inficiantur *immedialum* Dei influxum in res mundanas ; altera pars est contra occasionalistas, qui dignilatem causæ efficientis creaturis denegant.

Pulcherrima autem est doctrina S. Thomæl, quæ oslendit simul Deum esse perfectissimum provisorem, qui omnia immediate curat et summum bonum diffusivum sui, quod dignitatem causalitatis suis creaturis largitur casque sui operis socias adhibet.

Sacra Scriptura utrumque asserit, modo recolendo Deum omnia, etiam minima, ita curare, ut etiam capilli capitis nostri sint numerati[2]3 modo declarando Deum ministerio uti creaturarum, v. g. ventorum, spirituum[8], et angelis suis mandasse de nobis ut custodiant nos in omnibus viis nostris*.

Idem tradit Ecclesia, dum docet Deum res providentia sua tueri, sicut creavit. « Universa vero quæ condidit Deus, ait concilium Vaticanum, providentia sua tuetur atque gubernat[5]. » Porro condit immediate. Ergo tuetur immediate, scilicet quantum ad ordinis rationem.

1. Consuli etiam possunt : De Maistre, *Les soirées de Saini-Pélersbourg ;* P. Faber, *Creator and creature;* P. Monsabré, 92e conférence ; Farges, *L'Idée de. Dieu,* etc.; P. Sertii.i.anges, *Les sources de la croyance en Dieu.*
2. Luc., xn, 7.
3. *Ps.* en et cm.
4. *Ps.* xc.
5. Denztnger, 1784.

Probatur itaque Ia pars. Deus habet in suo intellectu rationem ordinis omnium rerum etiam minimarum ‹! disponit ordinem omnium in finem. Sed ratio ordinis el dispositio ordinis in finem in mente divina est absque medio. Ergo ex hac parte Deus immediate omnibus providet, etiam minimis

Hinc etiam sequitur *immediatum* esse influxum Dei in movendo creaturas ; quapropter concursus divinus debet esse jugis, continuus et immediatus in omnibus creatis.

Probatur Utraque pars simul. Duo pertinent ad providentiam : praemeditatio nempe ordinis et exeeutio ordinis. Atqui in praemeditatione ordinis tanto perfectior est providentia quanto magis ad omnia et singula descendit ; et idcirco, etiam apud nos, si quandoque omnia non provideantur in singulis adjunctis, id arguit imperitiam vel defectum provisoris ; sed quoad ordinis exeeutionem, pertinet ad bonitatem et munificentiam provisoris ut sibi adjungat ministros, qui ordinem a se excogitatum fideliter eXequantur (cf. ad 1). Ergo Deus in providendo nullum habuit consiliarium, qui rationem ordinis ostenderet ; sed in exeeutione multos cooperatores sua munificentia adhibet.

II. Divina providentia non omnibus rebus necessitatem imponit, sed quibusdam tantum, quibus causas necessarias præparavit ; cæteras autem curat et movet intacta earum libertate (a. 4). — Contra illos qui fatum admiserunt. Probatur. Ad divinam providentiam pertinet omnes gradus entium in mundo producere et unumquodque juxta propriam naturam regere ; ratio hujus est quia principale bonum in rebus existons est perfectio universi, quæ requirit omnes gradus entium, secundum propriam naturam operantium. Porro, ut sint omnes bonitatis gradus, debet Deus producere quasdam causas quibus competii agere libere, quasdam vero alias quibus competit agere necessario. Ergo res creatas ita debet gubernare ut causis liberis necessitatem non imponat, et causas naturales ita regere ut necessario operentur.

III. Ex his manifestantur divinæ providentiae proprie-

tides et dotes. — Quatuor sunt præcipuæ. 1° Est *universalis,* ad omnia, etiam minima sc extendens. 2° *Esl ceria* et infrustrabilis, ita ut ea et eo modo eveniant quæ et quomodo decreverit Deus, et ut. in sui dispositione nunquam fallatur. 3° Est *immediate,* nullum habens consiliarium in providendo, licet admittat cooperatores in exequendo. 4° Est *suavis,* unumquodque secundum propriam naturam, necessaria necessario, libera libere, regendo.

Ipsi ergo nos oportet tota devotione committere.

IV. Pulchrum S. Ephraem testimonium de divina Providentia. — « Notum est bonum Deum non voluisse calamitates quæ omni tempore homines affligunt, quamquam ipse eas immisit, sed peccata nostra causam esse nostrarum afflictionum. Nemo de creatore nostro, sed hic de nobis conqueri potest, eum enim peccando coegerimus ul nobis contra ipsius voluntatem irascatur et nos percutiat contra ipsius placitum... Et homo quidem ideo castigat, ut ipse inde utilitatem percipiat. Unusquisque enim servos suos castigat, ut ipse possideat cos ; bonus autem Deus castigat servos suos, ut ipsi se possideant. Fiant afflictiones tuæ *libri* ad admonendum tel. »

1. S. Ephraem Syri, *Carmina Nisibena,* edit. Bickell, Lipsiæ, 18G6, p. 70.

QUÆSTIO DUODECIMA

De Prædestinatione

AD g. XXIII S. THOMÆ

S. Doctor quæstionem plene solvit, diversos respectus considerando : imprimis sermo est de notione et existentia prædestinationis, sive in se sive in sua executione, a. l et ei ex opposito, de reprobatione, a .3 ; quæ ut plene intelligantur. comparanda sunt eum electione, a. 4, et hinc problema fundamentale utrum electio discretiva, sit omnino gratuita an vero præscientia meritorum sit causa prædestinationis, a. 5.

Quibus adjunguntur quæsita secundaria de certitudine prædestinationis in se, a. 6, quoad numerum prædestinato.ium, a. 7, quoad media quibus juvari potest, a. 8.

ARTICULUS PRIMUS

DE NOTIONE ET EXISTENTIA PRÆDESTINATIONIS

AD ART. 1 S. THOMÆ

I. De ipso prædestinationis vocabulo. — Sat notum est. Ex ipsis terminis *præ* et *destinare* inte.lligitur. *Præ* indicat ordinem ad futurum aut saltem prioritatem naturæ v· l

I. Consuli possunt. : S. Augustinus, *De Prædestinatione Sanctum* et *de Dono perseveranlise* ; S. Prosper et S. Fulgentius. *De Prmdcslin.,* S. Thom, et Comment., in q. xxm ; Cajetanus, in q. xxiii ;Joan. a S. Thoma, Sylvius, in h. 1.; Alvarez, *De au-■liliis,* disp. XXXV ll ; Sai.mant., disp. IX : Gonet, tract. V ; Goodin, *De Providentia,* q. n : Billuart, disp. IX; Buonpensiere, in h. 1.; Sa ioi.i.i, disp. VI ; L. .Janssens, t. II, p. 399 ss. ; Lépiciek, *De Deo Uno,* P. H: Van der Meersch ; Molina, *Concordia,* q. xxiii, edit. I etliielloux, p. 424; Petavius, lib. IX; Beoanu»,

msalitatis. *Destinare* autem est aliquid animo statuere, proponere ; quæ acceptio tum apud profanos tum apud M-ros scriptores invaluit.. El him· scribit Gæsar : « Infectis iis quæ agere *destinaverat*[1] » ; et pariter Apostolus : « Unus quisque prout *destinavit* in corde suo[2] ». Vel aliquid designare, deputare : « Alteri præsto fuit ad horam morti *deslinalum*[3]. » — « Nos apostolos novissimos tamquam morti *destinatos*[4]. » Vel etiam aliquid mittere, dirigere : « Prætorianos cum mandatis ad imperatorem *destinavit*[5]. » Vel landem parare : « Ad *destinatum* persequor, ad bravium supemæ vocationis[6]. »

Theologice autem accipi potest prædestinatio pro quovis aterno Dei decreto faciendi aliquid in tempore ; vel stricte pro actu quo Deus ab æterno mente statuit, aliquos transmittere. in vitam aeternam.

Olim sumebatur tum bono sensu, pro ordinatione ad gloriam, tum deteriori sensu, pro destinatione peccatorum nd pœnam æternam propter culpas infligendam, qua acceplione loquitur concilium Valentinum III i « Fidenter fatemur prædestinationem electorum ad vitam, et prædes-l inationem impiorum ad mortem[7]. »

II. Definitio prædestinationis. — Hæc traditur ex D. Thoma[8] : Ratio transmissionis aliquorum in vitam ii lemam; scilicet ordo præconceptus in mente divina rxistens quo Deus decrevit aliquos de facto esse in vitam n-lernam transmittendos; quibus verbis indicatur direc-

te *Deo,* c. xiv, q. iv ; Lessius, opusc.De *Prædesl. el Reprobat.;* l ii.i i.ar siin., *De Gratia et lib. arbitr. ;* Suarez, *De Auxiliis,* lil). 111. *i'· Prxdesl.* c. vm ; et recentiores, Franzelin, Horter, De Kei.usTiNis, Pesch, card. Billot, Munci nili, etc.

I. C.esar., *De Bello civili.,* I.

II Cor., ix, 7.

[3 Cicero, *Tuscul.,* 1.

i 1. *1 Cor.,* iv, 9.

I) Sueton., *In Galba,* c. xvi.

I ii. *Philipp.,* in, 14.

i . Can. 3 ; Denzinger, 322.

I . S. Thom., hic et *1 Sent.,* dist. 40, q. n, a. 1.

tionem cl transmissionem aliquorum in finem, ipsis superiorem, esse quid essentiale in prædestinationel2

S. Augustinus prædestinationem attendens in ordine ad effectus, illam definit : « Præsciciitia et præparatio beneficiorum Dei quibus certissime liberantur quicumque liberantur*. » Dicitur *præscienlia,* nempe practice, qua Deus ea prescivit quæ erat ipse facturus3, ita ut res ideo sini quia Deus præscivit4. — *Præparatio,* in quantum Deus disposuit efficaciter se oblaturum auxilia, quæ sunt *beneficia* gratuita et pretiosisima. *Quibus certissime* liberantur, hic indicatur infallibilitas prædestinationis, quæ nullatenus potest frustrari. *Quicumque liberantur,* quia in pralsenti hypothesi peccati originalis salus est vera liberatio summaque misericordia.

Ex præfatis definitionibus eruitur differentia inter providentiam et prædestinationem. Providentia generalis se extendit ad omnia, sive rationalia sive irrationalia, prædestinatio, autem respicit finem supernaturalem creatura; rationalis ; providentia etiam supernaturalis respicit tantum ordinem in finem, non consecutionem, dum prædcstinatio respicit exeeutionem et eventum illius ordinis : unde providentia supernaturalis ordinat omnes homines in finem, sed prædestinatio est nisi aliquorum qui de facto finem consequentur. Quocirca prædestinatio est *specialissima* providentia etiam in ordine supernatural!.

1. Molina putat se invenisse definitionem *aptiorem* ea quam tradit S. Thomas : « *Aptius* tamen, ut credo, ita definiri poterii ; Prædestinatio est ratio ordinis seu mediorum in Deo quibus *præuidet* creaturam rationalem perducendam in vitam aeternam, cum proposito eumdem ordinem exequendi. » *Concord.,* q. xxm, disp. 1, edit. Lelhielleux, p. 426. — Notetur *præuisionem* non esso veram *electionem;* hinc subtraheretur Deo electio salvandorum, vel, ni exponit Angelicus, q. vi, *Deverit.,* a. 3, « prædestinatio non esset per electionem prædestinantis, quod est contra auctoritatem Scripturæ et dicta Sanctorum. »

2. S. Augustin., *De Dono Perseu.,* lib. II, c. xiv ; *P. L.,* xlv, 1014.

3. Cf. S. Augustin., *De Prædest. Sanctorum, c. x ; P. L., xliv,* 975.

4. CL supra, ad q. xiv, a. 8 et a. 13.

III. De praedestinationis existentia et necessitate. — Prædestinationem negant omnes quotquot providentiam hpocialem inficiantur, et plures hæretici, qui contendunt humanam libertatem non posse cum prædestinatione aut præscientia componi. Pelagiani vi sui systematis veram prædestinationem de medio tollunt.

Catholici omnes profitentur dari de facto prædestinalionem, sed nonnulli de absoluta ejus necessitate disputant. Catharinus[1] duo genera salvandorum distinguit : |)ro eximiis sanctis requiritur prædestinatio, pro cætcris non fuit necessaria : hinc dantur sancti non prædestinati.

Quidam tamen theologi ita Catharinum interpretantur, ni pro communibus sanctis sufficiat prædestinatio post prævisa merita. Molinistæ prædestinationem admittunt rl vindicant, licet plures scientiæ mediæ defensores existiment potuisse *absolute* fieri salutem absque prædesti-II.itione, per providentiam generalem.

Putant, e contra, insignes theologi sine fidei praejudicio ju'gari non posse prædestinationis necessitatem[2].

Quidquid sit de necessitate in se inspecta, existentia ipsa prædestinationis est de fide : « Quos autem *praedestinavit,* hos et vocavit, et quos vocavit, hos et justificavit, quos nutem justificavit hos et glorificavit[3].* » Hic ergo assig-ii.itur prædestinatio ut causa sine qua non essent tres cffec-|n. in negotio salutis præstantissimi : *vocatio, justificatio, glorificatio.* — Quod confirmatur ex 'epistola ad Ephesios : .. Qui *praedestinavit* nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum *propositum* voluntatis nita·l. » Unde ipsa filiatio adoptiva, sine qua non fit salus, i ·,! ex prædestinatione.

Patres, ante exortam Pelagii hærcsim, prædestinationem n quivalenter asserunt, dum dicunt a praecognitione et iluntate Dei pendere nostram salutem[5]. Postea vero

I. Cathar in., *De prædest.,* cap. ull.iin.
I Cf. Bannez, in I. P., q. xxm, a. 7, conci. 3 ; Gonet, disp. 1. it I, n. 15.
■ 3. *Rom.,* vm, 30.
I I. *Ephes.,* i, 4.
11>. Gt. Schwane, *Hist. Dogm.,* t. Ill, p. 69 ss.

SS. Dwtores expresse contra Pelagianos prædestmationii·. existentiani prædicant : « Hoc scio, neminem contra islam *prædeslinalianem.* quam secundum. Scripturas sancias defendimus, *nisi errando* disputare1. » — « *Prædestinaiio nem* Dei nullus catholicus Christianus negat2. » — « Fir missime tene et nullatenus dubites omnes, quos vas·· misericordia* gratuita bonitate Deus facit, ante constilu tionem mundi in adoptionem filiorum Dei *prædestinatoi* a Deo34»

Definitiones Ecclesiae : Concilium Carisiacense (Kiersy, in Gallia), 853 : « Ac per hoc unam Dei *praedestinationem* tantum modo dicimus quæ aut ad donum pertinet gratia' aut ad retributionem justitiæ*. »

Com ilium Valentinum III (a. 855) : « Fidenter fatemur *prædeslinaiionem* electorum ad vitam, et prædestinationem impiorum ad mortem5. » — Concilium Tridentinuin sæpius prædestinationem asserit tamquam dogma *cer-tissimum* et ad ipsam tanquam ad mysterium inscrutablu· frequenter recurrit6.7

Ratio theologica, quam evolvit hic. S. Thomas, exis-tentiam simul et necessitatem prædestinationis demons-trat. Ad illud ad quod non potent aliquis per seipsum per venin oport L ut ab alio transmittatur. Atqui ad finem vil.e æternæ .qui excedit absolute proportionem totius natura créaiæ, nequit creatura rationalis per seipsam pervenire Ergo oportet ut in illum finem ab ipso Deo transmittatur. Sed in Deo est ab æterno ratio transmis, ionis quæ fit in tempore, et hæc ratio dicitur prædestinatio. Ergo absque prædestinatione nemo potest vitam æternam consequi

IV. De actibus in Deo requisitis ad prædestinationem — Prædestinatio importat saltem election *m mediorum

1. S. Augustin., *De Dono perseverant.,* c. xix, n. 48: *P. L.,* xi.\, 10'23.
2. S. Prosper., *Resp. J ad objeci. Gall.* ; *P. L.,* u, 157.
3. S. Fulgent., *De Fide ad Petrum,* c. xxxv; *P. L.,* lxv, 703.
4. Denzinger, 316.
5. Can. 3; Denzinger, 3'22.
6. Cf. Sees. VI. cap. xn, can. 15 el 17.
7. Cf. Sai.mani., disp. II; Gonet, disp. I, a. 2; Vasqii

in ordine intentionis. Electio porro, utpote *appetitur /iraeconsiliali,* esi actus volunlalis supponens actum intel- l' ' tus. Quare prædestinatio esi simul intellectus et volun- l itis, requiritque et judicium, quo electio regulatur, et ipsam electionem. In nobis autem phires ad excutionem electionis concurrunt actus : alter in voluntate, qui. exeeu- lionem immediate præced't et dicitur *usus,* alter in intel- lectu, qui electionem. equitur et est *imperium..* Utrum ergo· isti actus in prædestinaticns locum habeant ? Negat sim- pliciter Vasouez : Suarez vero admittit u»um et rejicit imperium; Thomista? demum et plures extranei, ut Bcllar- minus, utrumque confitentur. Sit igitur.

λ. Conclusio : Praeter electionem mediorum ad ordi- nem intentionis requiritur decretum exeeutivum de iisdem mediis ab electione distinctum, seu usus> et pariter requi- ritur imperium. — Prob. Ia pars. Actus qui voluntatem ‹ um volito conjungit mere affective distinguitur ab actu qui voluntatem conjungit cum volito· executive et ut rea- Jil.er habito. Atqui· electio conjungit voluntatem cum vo- id › mere affective nec facit volitum esse obtentum in re. l rgo requiritur alius actus ab electione distinctus qui vo- luntatem eum volito conjungat in exeeutione et faciat voli- lum esse habitum in re, qui actus dicitur usus.

Prob. IIa pars. Sicut datur judicium regulans elec- Inniem,. ita esse debet judicium regulans exeeutionem. Al qui judicium regulans exeeutionem dicitur imperium, h ut judicium regulans electionem' dicitur consilium. l rg › praeter consilium requiritur adhuc imperium.

VI. In quo tandem actu essentialiter et formaliter con- nistat prædestinatio. — Alii reponunt essentiam præde- ĸl inationis formaliter in actu voluntatis eligentis aliquos lui gloriam et media ad ejus consecutionem, indirecte |iulem seu connotative in actu intellectus ordinantis et i "iifercntis media inter se et cum fine. Ita praesertim

ili»p I.XXXVII, c. ni ; Suarez, *De essentia prædestin.,* lib. I, I xvii, Bellarmin., *De Gratia,* lib. II, c. ix ; P. Muncunill, l'l· cit., p. 387.

Scotus et Vasquez[1]. Alii autem simul in actu intellectus et voluntatis, praecipue tamen in actu voluntatis. Ita Molina[2]. Alii formaliter et in recto in actu intellectus, licit præsupponat, et connotet actum voluntatis. Ita, post Capreolum, Cajetanum et Ferrariensem, Alvarez, Salmanticenses, Gonet, Bellarminus[3].

Importari actum voluntatis in prædestinatione jam liquet ex ipsa notione electionis, et etiam imperii, quod requirit motionem voluntatis ; consistere tamen formaliter praedestinationem in aclu intellectus probatur. Praedestinatio quippe est essentialiter ordinatio, seu *ratio* transmissionis in vitam aeternam, unde prædestinati dicuntur *præordinali* : « Et crediderunt quotquot erani praeordinati in vitam aeternam[4]. » Atqui oidinatio vel ratio transmissionis sunt formaliter actus intellectus, cum ad intellectum, non ad voluntatem, pertineat ideam, seu exemplar et rationem alicujus constituere. Ergo praedestinatio est formaliter actus intellectus.

At in quonam intellectus actu proprie reponatur ? Duo quippe sunt actus, alter nempe regulans electionem et quo de mediorum convenientia judicatur, alter vero quod executionem causal, scilicet imperium. Requitur utique primum, sed formaliter consistit praedestinatio in imperio. Est enim pars providentiae ac subinde concipi debet, ul providentia, ratio praeceptiva ordinationis aliquorum in finem. Sed ratio praeceptiva consistit formaliter in praecepto, seu imperio. Ergo in imperio formaliter reponenda esi praedestinatio. Demum praedestinatio, cum sit certissima et eflicacissiina, debet consistere proprie in actu qui sil omnium efficassimus. Sed actus omnium eflicacissimus est imperium ; nam per judicium electioni praevium indicatur solum intentio et affectus, dum per imperium tenditur in finem per modum efficaciae et causalitotis. Ergo praedestinatio iormaliter et essentialiter per imperium constituitur[5].

1. Cf. Scot., I *Sent.,* disp. XL ; Vasquez, loc. cil.
2. Molina, *Concordia,* q. xxm, art. 1 et 2, disp. II ; edit. Ihielloux, p. 428 ss.
3. Cf. otium card. Billot, 5a edit., p. 267.
4. *Aci.,* xiii, 48.
5. Cf. Gonet, loc. cil., a. 2 ss.

ARTICULUS SECUN OUS

DE EFFECTIBUS PBÆDESTINATIOMS

AD ART. 2 S. THOM®

1. Praedestinatio secundum seipsam nihil ponit in praedes-(inato ; sed multa in praedestinato ponit *execulio* praedestinationis.

Quaerit S. Doctor utru-o, quando di itur : Joannes est praedestinatus, hæ : vox *prædeslinatus* ponat in Joanne aliquod prædicatum substantiale vel accidentale, ut cum dicitur : Joannes est justificatus. Respondet adhibita distinctione inter prædestinationem secundum se sumptam • l executionem prædestinationis. Probatur itaque Ia pars. I Tædestinatio est pars quaedam providentiae. Porro pro-\ identia non ponit aliquid in rebus provisis, sed solum in intellectu provisoris. Ergo praedestinatio secundum se non ponit aliquid in praedestinatis, sed solum in mente divina, scilicet *rationem* transmissionis, ut art. præced, explicatum est.

Probatur IIa pars. Sicut gubernatio divina ponit in rebus ordinem realem, itu exeeutio prædestinationis est Iu l io virtualiter transiens, quæ ponit in prædestinatis clÎectus præstantissimos, qui sunt *vocatio, justificatio, glorificatio.* Hinc necessitas disserendi de prædestinationis ilïeitibus.

ti. Quinam sint proprii effectus prædestinationisl. » Ceneratim dici debent ea omnia quæ in prædestinatis 'n l te.o causantur ex intentione efficaci conferendi gloriam, lies communiter a doctoribus assignantur conditiones ut ■liquid possit inter effect"s prædestinationis recenseri. I'ïIĭŋo requiritur ut a Deo causelur ; quia, sicut prædesti-

I l Cf. auctores jam cil.; præserlim Salmant., disp. IV ; Gonet, ■llnp. Ill ; Billuart, disp. IX, a. 6; Suarez, lib. III, c. π.

natio est actus Dei, ila prædestinationis effectus débet t Deo repeti. Se< undo ex intentione efficaci gloriæ ; <pn.< intentio gloriæ efficax est radix et causa electionis et exe< ıı· tionis mediorum. Tertio, ut reapse et de facto conducat ad gloriam ; quia prædestinatio est efficacissime nec poliat in sui executione frustrari.

Alii sunt *proprii* et *immediati* et idcirco proprie super naturales, ut vocatio et justificatio ac glorificatio ; ah naturales in se, qui tamen in finem snpernaturalem ordi nantur, ut beneficia naturalia, bona indoles, nativitas ex piis parentibus, divitiae, imo infortunia, calamitates morbi, etc., ut sunt occasio majoris meriti.

De his tamen fuit controversia. Durandus contendit solam gratiam esse prædestinationis effectum[1] ; alii, id Nominales, solam gloriam ; alii, cum S. Bonaventure primam gratiam et gloriam[2]. Communis tamen sententi; retinet tres esse proprios effectus. Apostolus quippe exh bet *vocationem, justificationem,* et *glorificationem* ut deri vatas immediate a prædestinatione : « Quos autem *prædes linavil,* hos et *vocavit,* et quos vocavit, hos et *justificanil* quos autem justificavit, hos et *glorificavit*[3]. » Quasi dic. retur : quia prædestinavit, *vocavit* et vocatos *justificavit* et justificatos *glorificavit* ; ita quidem ut sit vera con nexio cum prædestinatione et dependentia ab ipsa tam quam a radice et causa. Suppetit argumentum obvium Prædestinatio, <um sil. ratio transmissionis salvandornu in vitam aeternam, tot præstat effectus quot reqm ruiitur ut salvandi transmittantur reapse in vitae æternam. Atqui 1res requiruntur : 1° vocatio, sine qm nihil fit ; 2° justificatio in tempore, quæ est mediim sine quo non pervenitur ad terminum; 3° glorificali" nam prædestinatio debet efficaciter attingere ultimun finem in executione. Ergo tres sunt prædestinatiom effectus.

Ill, De vocatione. — Nomine vocationis veniunt tm auxilia externa, prædicatio, bona exempla et similia, qui

1. 1>i hand., /1 Seni., dist. 41, q. n.
2. S. Bonam nt., ibid., art. 1, q. i..
3. *Horn.,* vin, 31».

ms homo ad salutem supernaturalem attrahitur ; tum et H iHSertim gratiæ internae quibus præparatur et fit ipsa voi atio. Liquet vocationem efficacem esse prædestinationis •llrrtum, cum reapse ad finem conducat ; de vocatione nul em inefficaci disputatur : affirmant Thomistæ, negant idii plures1. Verum ex æquivocatione quadam provenit Iubium. Si censeatur inefficax quatenus nihil prorsus ope- 'ı I ur in homine et remaneat simpliciter inutilis, jam vera ■sel sententia negans ; at ita non est : sicut enim nulla gratia sufficiens est simpliciter frustranea. quia reapse illiquid præstat, inclinationes ad malum minuendo et veram facilitatem ab bonum conferendo ; ita vocatio, e et non consequantur effectum immediate, disponit tamen, 'or emolliendo, animamque excitando, vel aliqua saltem ı'l'sligia relinquendo, quæ tandem conversioni inserviunt, puo pacto respectu prædestinatorum omnis vocatic habet ■liquem effectum, saltem remotum, in negotio salutis ; et •I· ir< o in electis cadit sub prædestinatione.

IV. De justificatione. — Intelliguntur nomine justi- llK .itionis et gratia sanctificans et gratiæ actuales quibus Hl opus salutis. Disputatur, sicut supra, utrum justificatio liferdum interrupta sit prædestinationis effectus : affirmant Thomistæ. contra plures alios. Ratio est quia justi- lli at io interrupta non remanet prorsus inutilis ; sed medial e inservit ad salutem, ut dictum est de vocatione ineffi- l i ; et insuper quia non perit, sed *reviviscit,* eo quidem im Io ut persistat eadem moraliter et æquivalenter, et lis idem conferat, ad gloriam. Remanet igitur verum me- lium ad finem, et ita sub causalitate prædestinationis ••in luditur.

l Ill ima gratia efficax qua conjungitur justificatio cum porte est propriissimus prædestinationis effectus, ut pote mlidlibiliter connexus cum ipsa consecutione finis. Sed ili.mi tenendum est, contra Molinam2, bonum usum gratiæ

l l'ræsertim Vasquez, I P., disp. XCIII, cap. i; Valentia, six, disp; II, q. xiii, punct. 3.

' Molina, q. xxm, a. 5, disp. I. membr. x; edit. Lethielleux, t»U2 ss..

esse prædestinationis effectum. Distinguit quippe Molimi bonum usum prout emanat a libero arbitrio et prout est a Deo. Quam distinctionem expresse rejicit Angelicus, art. 5 : « Non est autem distinctum quod est ex libero arbil ri«) et ex prædestinatione, sicut nec est distinctum quod (sl ex causa secunda et causa prima. Divina enim providentia producit effectus per operationes causarum secuu darum. *Unde el id quod esi per liberum arbitrium esi* r.r *prædeslinalione.* »

Id quippe quod est maximum opus m negotio salui is debet esse a Deo prædestinante. Sed maximum opus in negotio salutis est bonus usus gratiæ, quo sancti discei nuntur ab aliis et qui est ipsa corona liberi arbitrii. Ergo bonus usus gratiæ est a Deo prædestinante. C.f. disserenda postea de gratia efficaci.

V. De glorificatione. — Quum hæc sit consecutio finis in excculione, debet cadere sub prædestinatione. Licet autem prædestinatio sit immediate de mediis, est etiam mediate de fine, quem media efficaciter et infallibiliter inferunt. Hinc concluditur et gloriam ipsam et omnia qua· gloriam consequuntur esse prædestinationis effectus. « Amorem beatificum, gaudia accidentalia, et omnia quæ beatitudinem et gloriam consequuntur, esse effectus prædesl i nationis ; cum omnia hæc ad eamdem providentiam pertineant, ad quam pertinent gratia et gloria ; sive ut proprietates necessario connexæ, sive ut accidentia exornantia '. I

VI. De effectibus naturalibus, qui per accidens ducunt ad vitam æternam. — Generating admittunt theologi bona ïortunæ vel naturæ, ut sunt utilia ad opera virtutum, et, pari jure, mala naturæ ut sunt occasio patientiæ et meriti, esse prædestinationis effectus. Disputatur vero utrum *subsl lanlia* prædestinati sit effectus. Cum Thomistis plerisquij eligimus sententiam affirmantem. Quidquid enim ad adernam salutem conducit est effectus prædestinatione . \tqui substantia prædestinati reapse conducit ad salutem, ut principium et causa actuum quibus homo justificat ui*

1. Gonet, disp. III, u. 1, n. 15. — Cf. etiam Bil l u a r t, loc. i

rl gloriam meretur. Ergo est effectus prædestinationis.

Objicilur substantiam esse finem *cui;* ac proinde non esse effectum.

Besp. : Substantia, licet sit finis *cui* intenditur gloria, est aliunde finis *qui* causatur a prædestinal ione, utpote medium necessarium ad habendum justificationem et merita quibus obtinetur gloria. Sub quodam respectu est subjectum prædestinationis. nempe id cui confertur salus s sub altero autem est effectus prædestinationis, non quidem *eliciliue,* cum sit res naturalis, quæ non elicitur a principio supernaturali, sed *imperative,* quatenus prædestinatio ea utitur ut fiant actus necessarii ad salutem.

Peccatum ipsum nullo modo est effectus, cum non possit habere rationem medii ad finem nec a Deo causari. Permissio tamen peccati, juxta Thomistas, licet contradicant Vasquez et alii[1], recenseri potest inter prædestinationis effectus, non absolute, sed quatenus est occasio inserviens el majori humilitati et cautioni ac majori gratitudini. Ratio ' st quia hoc modo potest ordinari a Deo in finem, cooperari in bonum, et idcirco ad salutem conducit. Porro in prædes- l matis quidquid ordinatur a Deo in finem, cadit sub prædestinatione.

Unde S. Thomas textum S. Pauli : « Diligentibus Deum munia cooperantur in bonum[2] » ita cum Glossa interprelatur : « Usque adeo talibus omnia cooperantur in bonum, ni si qui horum deviant et exorbitant, etiam hcc ipsum eis faciat proficere in bonum. »

l Gf. P. Muncunill, op. cit., p. 441.

Rom., vni, 28. Cf. S. Thom., *Comm. Episl. ad Rom.,* vni, linit., ft.

ARTICULUS TERTIUS

DE REPROBATIONE[1]

AD ART. 2 S. THOMAE

I. Notio reprobationis. — Nomine reprobationis generaliter intelligitur rejectio alicujus rei tamquam improbae vel inutilis, ut in hoc dicto S. Pauli : « *Reprobatio* quidem lit præcedentis mandati propter infirmitatem ejus et inutilitatem[2]. » Quo sensu reprobum dicitur quod est rejectione dignum. Theologice autem reprobi vocantor qui ab æterno sunt a Deo rejecti, et reprobatio designet divinæ mentis actum quo Ueus aliquos ut malos ab aeterna gloria rejiciendos decrevit.

Reprobationem omnes theologi catholici confitentur, at non eodem modo omnes intelligunt. Juxta S. Thomarn ejusque discipulos, duplex est reprobatio ; *negativa,* quæ est voluntas permittendi aliquem cadere in culpam, ac *positiva,* quae est voluntas puniendi culpam ; et subinde reprobatio adæquate sumpta est voluntas permittendi aliquem cadere in culpam et inferendi pœnam pro culpa. Reprobationem negativam acriter impugnant Molinistæ, ut mox explicabitur. Statuenda est imprimis doctrina catholica.

II. Prima conclusio : Datur in Deo reprobatio; ita quidem ut nemo ad pœnam damnetur nisi prævisa culpa. — Utraque pars est de fide.

Probatur Ia pars. .Militat contra omnes pelagianos et

1. Consulant ur auctores jam citati de prædestinatione ; ac signanter ; Bannez, in I. P., q. xxm, a. 3 ; Godoy, in I. I'., disp. I.X1X ; Gonet, Tract. V, disp. V ; Gotti, tract. VI, q. iv ; Suamez, lib. V ; Vasquez, disp. XCV ; Luoo, disp. XLIV ; ex recenlioribiis, I'escii, n. 107 ss ; M-uncunile, p. 442 ss etc.

2. *Ilebr.,* vil, 18.

t.dionalistas, qui tum prædesti nationem tum reprobatio-ni in inficiantur.

Scriptura diversis nominibus utitur quæ reprobationem quoad rem ipsam manifeste asserunt. Reprobos vocat *maledictos* : « Discedite a me, *maledicti,* in ignem æteriium[1]* »; vel etiam *filios gehennæ*[2], *filios perditionis*[3],* *vasa iræ apta in interitum*[4].

Definitiones Ecclesiæ. Concilium Carisiacum (Kiersy) K>3 : « Ceteros autem quos justitiæ judicio in massa perditionis reliquit, perituros præscivit, sed non ut perirent prædestinavit ; pœnam autem illis, quia justus est, prædeslinavit æternam[6]. »

Concilium Valentinum III, 855 : « Fidenter fatemur pi .edestinationem electorum ad vitam et prædestinationem impiorum ad mortem; in electione tamen salvandorum misericordiam Dei præcedere meritum bonum, in damnatione autem periturorum meritum malum præcedere justum Dei judicium[8]. » Hic asseritur existentia tum piædestinationis tum reprobationis et simul differentia in ler utrainque apprime indicatur.

Ratio theologica ostendit factum et convenientiam.

Quoad factum, certum est Deum in tempore permittere ul aliqui cadant in culpam ; in qua decedentes pœnis addicuntur aeternis. Sed quæ facit in tempore Deus, se facturum statuit ab æterno. Ergo ab æterno voluit permittere ul aliqui caderent libere in culpam et decrevit se illaturum pæuam propter culpam libere commissam ; et hæc est i> probatio.

Quoad convenientiam, pertinet ad divinam providenti i mi permittere aliquem defectum, quem ordinat in bonum. | Alqui defectus in creaturis intellectualibus, quæ sunt nallura sua peccabiles, est cadere in culpam propter quam Idri idant a gloria et puniantur. Ergo ad providentiam di\ mam pertinet ut permittat aliquos labi in culpam, prop-

I l Matth., xxv, 41.
I 'l, Matth., xxiti, 15.
I 3. Joan., xvii, 12.
I l *Horn.,* ix, 22.
i li <.ap. i ; Denzinger, 316.
I i> i.an. .3 ; Denzinger, 322.

ter quam debeant decidere a gloria et puniri ; et hoc dicitur reprobare, quod itaque hæc duo includit : *permilltri*culpam et *infligere* pœnam pro culpa libere commissa.

Probatur Ha pars. Contra prædestinatienos, neinpn Lucidum, sæculo v, Gottesealk, sæculo ix, Hussitas, sæculo xv ; demum protestantes, juxta quos reprobatio esi causa mali, ita quidem ut non prædestinatus ad vitam necessitetur ad malum. Scriptura, e contra, do et Deum misereri omnium, velle vitam omnium, nolle alicujus perditionem, sed omnes vocare ad poenitentiam. « O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus. Ideoque eos qui exerrant corripis, et de quibus peccant admones et alloqueris, ut relicta malitia, credant in te, Domine'. » « Patienter agit propter vos, nolens aliquos perire sed *omnes* ad poenitentiam reverti[1]. » — Huc etiam spectant textus superius allati de voluntate Dei salvifica. Pulchre exprimit S. Augustinus doctrinam fidei : « Potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est ; non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia justus est[3]. »

Definitiones Ecclesiæ. Concilium Arausicanum II, 529 : « Aliquos vero ad malum divina potestate praedestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestationi illis anathema dicimus[4]. » — Concilium Valentinum III, 855 : « Nec ipsos malos ideo perire quia boni esse non potuerunt sed quia boni esse noluerunt... In damnatione autem perditorum meritum malum præcedere justum Dei judicium[5]. »

Ratio est perspicua. Deus non potest aliquid velle nisi habeat rationem boni. Atqui pœna non supposita culpa non habet rationem boni, sed injusti. Ergo nequit Deus velle pœnam non prævisa culpa.

Ceterum nequit Deus prædestinare ad id quod maxime odit. Sed quod maxime odit est peccatum. Ergo implicat absolute Deum prædestinare ad peccatum.

1. *Sup.*, xii, 1, 2.
2. 1l Petii., iii, 9.
3. S. AtuiusitN., *III Coni. Julian.*, c. xvm ; *P. L.*, xliv, 721
•l. Can. 25; Dknzinger, 200.
5. Can. 2, cap. in ; !.)enzinger, 321, 322.

III. Quæstio scholastica de reprobatione negativa. — l improbationem negativam inficiantur Molinistæ puri, præsertim Vasquez, et nostro ævo multi ut Franzelin, Mun- ' iiiiill, Van der Meersch*. Alii autem t heologi qui gratuitam dectionem admittunt eo ipso quamdam reprobationem negativam confitentur ; sed in explicatione mira est varietas. Juxta Suarez, Ruiz, etc., reprobatio negativa est mera non electio, seu mera electionis omissio. Idem loquendi modus adhibetur a nonnullis recentioribus, ut cl. L. Janssens. « Quare vocem eligimus mere negativam el dicimus esse *non-eleciionem*... Sed et hanc *non-eleclionem* œconomiæ naturæ lapsæ subordinamus[1]. »

Thomistæ generation docent in reprobatione negativa importari verum actum; sed aliunde discrepant in modo exponendi : dum quidam ponunt actum quo Deus ante prævisa demerita aliquts homines excludit a gloria tamipiam a benefi io indebito, alii admittunt solum actum quo Deus vult permittere aliquos sua culpa excidere a gloria. Primum loquendi modum adhibent præsertim Bannez[3], \lvarez, Salmanticenses, Joannes a S. Thoma, Godoy, Gonet, Gontenson ; alterum vero Goudin, Billuart et re- ·ditiores Thomistæ.

Dûmes tamen Thomistæ conveniunt, in principali asserto, scilicet dari aliquam reprobationem negativam, quæ non est mera omissio, sed verum includit actum, nec aliunde voluntati salvificæ obstat.

IV. Secunda conclusio : Datur aliqua reprobatio negativa. quæ tamen nullam importat injustitiam nec ullatenus oxcludit voluntatem salvificam antecedentem. — Probatur imprimis auctoritate S. Pauli : « Cum enim nondum nati luissent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum i lei tionem propositum Dei maneret, non ex operibus, >cd ex vocante dictum est, ei : quia major serviet minori, 'e ut scriptum est : Jacob dilexi, Esau autem odio habui[4]. »

I. Cf. P. Muncunill, *De Deo Uno et Trino,* p. 444; Van der Mi laiscii, p. 464, qui opinionem Thomistaruin */alsam* pronuntiat.
?. L. Janssens, *De Deo Uno,* I. II., p. 447.
3. Cf. Bannez, Sylvius et celer. commentât, in q. xxm.
I. *Horn.,* ix, 11-13.

Hi‹· sermo est de quadam dilectione quæ est grattât a. et de quodam odio, seu quadam rejectione quæ non repetitur ex operibus.

Reponunt adversarii sermonem esse de benedictionibus ordinis temporalis, quibus Jacob præ Esau fuit cumulatus.

At, licet textus Malachiæl intelligi possit de ordine temporali, Paulus tamen spiritualité!· interpretatur de ordine supernatural!, ut clare evincunt quæ subdit : « Ut ostenderet divitias *gloriæ* suæ in vasa misericordiae quæ préparai it ia gloriam (v. 23). » Unde, sicut dilectio de qua hic agitur pertinet ad prædestinationem *gloriæ* ita odium pertinet ad reprobationem ; et idcirco, Deus absque merito præviso aliquem eligit et aliquem reprobat2, id est vult permittere ut aliquis propria culpa excidat a gloria, licet nullatenus velit pœnara ant e prævisa demerita.

Ceterum, thesis constabit ex dicendis de gratuita electione. Nec in hoc ulla deprehendi potest injustitia. Nam provisor universalis non tenetur omnia defectibilia in finem reapse conducere, secus oimiia. essent de facto ind‹-fectibilia. At, si non tenetur conducere efficaciter omnia n: finem, potest permittere ut aliqua a fine deficiant. Si autem potest permittere juste, potest etiam habere voluntatem permittendi. Ergo voluntas permittendi ut aliqui deficiant a line, seu reprobatio negativa», est prorsus rationabilis et [undata, nec ullam inducit injustitiam in Deo permittente et reprobante. Conciliatur itaque ciun varia voluntate salvifica. Vera quippe est voluntas salvifica, licet antecedens, quæ nihil aufert de libertate hominis, sed auxilia vere sufficientia omnibus providet. Atqui reprobatio negativa sensu explicato nihil substrahit homini de vilibus liberi arbitrii, nec media ad salutem excludit : licet quippe Deus majora beneficia et auxilia efficacia subministret electis, omnibus tamen præparat beneficia vera el auxilia sufficientia, quibus tamen mali abuteniur. Si» ul ergo herus, relinquendo pecuniam in aperto loco vult serio Ia mula· honestatem, licet velit permittere ut famula pecuniam si‹ expositam furetur, vel sicut largiens elee-

1. Ma i.a c iu , i, 2.
2. Cf. S. Tiio m., *Comment, in epistl. ad Rom., c.* ix.

nusynam pauperi facit opus veræ miserieordiæ, licet sciit permittere ut pauper illa pecunia abutatur; ita Deus vi ra voluntate intendit omnium salutem, tametsi velit p emittere ut aliqui beneficiis abutantur, et in illo abusu perseverantes deficiant a fine et poenas sibi proniere-nntur æternas.

Quod etiam in legislatoribus humanis aliquatenus deprehenditm : volunt enim, antecedents· ad omnem *casum,* permittere ut aliqui legem offendant et inde puniantur, licet non velint pœnam ante delictum.

V. Tertia conclusio : Reprobatio negativa non consistit in mera non electione, seu omissione electionis. — Probatur imprimis verbis S. Thomæ, quæ sunt expressissima in hoc art : « Sicut praedestinatio includit voluntatem con-terendi gratiam et gloriam, ita reprobatio *includit voluntatem* permittendi aliquem cadere in culpam et inferendi damnationis pœnampro culpa.» Quocirca, juxta Angelicum sicut praedestinatio includit actum positivum propter duo : el ad largiendam gratiam et ad conferendam gloriam, ita reprobatio adæquate sumpta includit actum posilivum propter duo : et ad permittendum peccatum et ad infligendam poenam pro culpa. Ex parte porro qua vult permittere peccatum, est reprobatio negativa. Ergo reprobatio etiam negativa positivum actum importat.

Probatur ratione. Reprobatio negativa est pars proviibntiæ, ad quam pertinet aliquem defectum permittere. Sed providentia verum ac positivum actum includit, ('.eterum ex ipsa notione reprobationis negativæ deprehenditur necessitas actus, cum intelligatui· reprobatio negativa voluntas permittendi ut aliquis deficiat. Quapropler vel neganda est simpliciter reprobatio negativa, ut o apse negant molinistæ-, vel concedendum est importari ex parte Dei actum positivum.

\ 1. De actibus in quibus reponitur reprobatio.—In repro balione porro, præsertiiu adæquate sumpta, concurrunt m l us et *voluntalis* et *intellectus,* possint imperari permissio l ipsus et inflictio pœnæ pro culpa. In aliquo igitur convcuiunt prædestinatio et reprobatio ; quatenus, sicut præ-

destinatio est. præparatio gloriæ, ita reprobatio sit præparatio pœnæ ; sed quam maxime differunt : dum enim prædestinatio est præparatio mediorum quibus efficaciter pervenitur ad gloriam, reprobatio nullatenus est præparatio peccatorum quibus pervenitur ad poenam.

VII. De duplici explicatione Thomistarum. — Si sumerentur stricte verba priorum Thomistarum, nempe reprobationem consistere in voluntate excludendi aliquos a gloria ut benefic io indebito, rigidiorem exhiberet sententiam, quæ conciliari difficile posset cum voluntate Dei salvifica.

\'ec verum est gloriam esse homini elevato beneficium simpliciter indebitum. Licet enim gloria excedat absolute omnes naturæ nostræ exigentias, supposita tamen elevatione hominis ad ordinem supernaturalein, gloria est finis necessarius. Homo quippe tenetur tendere ad gloriam tamquam ad unicum finem, etiam post peccatum originale. At, si homo tenetur tendere, gloria non est ipsi beneficium simpliciter indebitum : nam aliquid *debetur* ei qui *tenetur.* Ergo, etiam post peccatum originale, quia semper remanet elevatio hominis ad finem supernaturalein, gloria non est beneficium simpliciter indebitum, ac subinde habere nequit Deus voluntatem excludendi aliquos a gloria tamquam a beneficio indebito.

Si autem spectetur, non secundum ipsa verba proul materialiter sonant, sed secundum scopum quem intendit, explicatio prima posset cum altera Thomistarum sententia conciliari. Quid est enim proprie indebitum ? *Consecutio* effectiva gloriæ. Unde, licet Deus nullum positive exclu dat a gloria tamquam beneficio indebito, potest tamen independenter a prævisione cujusvis peccati velle permittere ut aliquis a consecutione effectiva gloriæ excludatur propria culpa.

In qua voluntate nulla est injustitia, ut explicavimus, cum non teneatur provisor universalis omnia defectibiliu in linum *reapse* conducere (n. iv). In eo itaque consistit reprobatio negativa, quod Deus, independenter a pnevisimie cujusvis peccati velit *permittere* ut aliqui deficiant

« sic excludantur a gloria consecutione, licet nemini velit pœnam ante prævisa peccata[1].

VII. De motivo reprobationis. — Non esse igitur motivum reprobationis negativa; peccatum actuale, constat ex præcedenti expositione. Peccatum autem originale dici potest, ratio sufficiens ut totum genus humanum remaneret extra viam salutis, quo sensu loquuntur S. Augustinus et S. Thomas, dum rationem reprobationis desumunt ex peccato originali, et pariter concedunt plurcs theologi peccatum originale in his in quibus non remittitur ingredi de facto motivum reprobationis. At in his in quibus remittitur nullatenus dici potest reprobationis motivum. Ita præsertim Billiart, contra Gonet et alios plures. Ratio est quia Deus non potest ut motivum reprobationis inspicere quod totaliter remittit, quodque non amplius odit, cujus non meminit amplius, in quo nihil est damnationis. Atqui hujusmodi est peccatum originale remissum, teste concilio Tridentino : « In renatis nihil odit Deus, quia nihil est damnationis iis qui vere censepulti sunt cum Christo per baptismum[2]. » Ergo peccatum originale in iis quibus remittitur nullatenus ingreditur motivum reprobationis[3].

Ascendendum est igitur ad altiorem rationem. « Sed quare hos elegit in gloriam et illos reprobavit, non habet rationem, nisi divinam voluntatem[1]. »

Ex una parte, creatura intellectualis esi et defectibilis et labilis, ac subinde, ut magis innotescat illa lefcc- dulitas cujusvis entis creati, potest juste Deus permittere ut quidam angeli vel homines a fine ultimo, qui est gloria, decidant ; aliunde, etiam in damnatione periturorum, mei ifestantur attributa divina : et justitia, quæ ordinem he,sum vindicat, et misericordia, quæ perituris multa beneficia gratuita contulit etquæ post mortem punit etiam idra condignum. « Voluit igitur Deus, ait S. Thomas

I. Quapropter vocare *falsam* Thomistarum sententiam, ut dicit Van der Meersch, n. 601, esi injustam sententiæ catholicæ Inurere censuram.

[1] Sess. V, can. 5.

[2] Quoad cætera cf. Billuart, dissert, ix, art. 9.

[3] S. Thom., hic. a. 5 ad 3.

(ibid.), in hominibus quantum ad aliquos, quos prædcstinat, suatn repræsentare bonitatem, per modum misericordiæ, parcendo, et quantum ad aliquos, quos reprobal per modum justitiæ, puniendo. »

IX. De effectibus reprobationis. — Discrimen intercedit maximum inter praedestinationem, quæ causât tum gratiam in praesenti, tum gloriam in futuro, et reprobationem, quæ nullatenus est causa peccati, sed tantum pœnæ. Quoad bona etiam naturalia attenditur differentia ; nam in praedestinatis bonæ dotes et dona cetera, imo substantia ipsa, sunt effectus praedestinationis ; in reprobis autem hæc omnia, quibus illi abutuntur, non sunt reprobationis effectus, nec a Deo conferuntur ut vergant in perditionem, sed *i'* Dei bonitate ac misericordia derivantur.

Dicuntur porro effectus reprobationis ea quæ in reprobis de facto conducunt ad damnationem Deo permittente vel ordinante ad manifestationem suorum attributorum.

Sunt præsertim tres : permissio peccati *non remittendi,* queri itaque ad damnationem conducit ; 2° derelictio peccatoris, qui gratiis abusus est ; 3° ipsa damnatio pro culpis. Primus opponitur vocationi ; alter justificationi · ultimus, glorificationi.

Ex hac doctrina apparent iterum Dei bonitas, quæ nullum etiam impium mediis salutis destituit, et summa erga electos misericordia, juxta illud : « Perditio tua, Israel, tantummodo in me auxilium tuum[1]. »

1. OSEE, XIII, 9.

ARTICULUS QUARTUS

DE GRATUITA DEI ELECTIO.M! /Λ PRÆDESTI.XATIS

AD ART. 4 ET 5 S. THOM®

I. Omnes prædestinati sunt a Deo electi et dilecti. — Iu Scripturis prædestinati dicuntur electi. « Et congregabunt *electos* ejus a quatuor ventis, a summis coelorum usque ad terminos eorum1.* » Liquet ex toto contextu sermonem esse de prædestinatis, qui eum Christo legnum l »e.i possidebunt. « Surgent pseudochristi... et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si *fieri* potest, etiam *electi**.· » Hic asseruntur simul et existentia electionis et ejus infallibilitas, ita ut aliter fieri nequeat. Alibi docet Christus illam electionis infallibilitatem repetendam esse ex specialissima Dei providentia, quæ etiam dies breviat propter electos. « Et nisi bre.viasset Dominus dies, non fuisset salva omnis caro, sed *propter electos* quos I legit breviabit dies3. » Similiter S. Paulus exhibet *electos* l ^ i ut specialiter dilectos et ad salutem infallibiliter transmittendos : « Quis accusabit adversus *electos* Dei4 ? »

Ideo omnia sustineo *propter electos,* ut et *ipsi salutem* ‹*misequantur, quæ est in Christo* Jesu eum *gloria* coelesti3. » Probatur ratione. Prædestinatio supponit electionem et electio dilectionem. Ergo prædestinati sunt electi el dilecti. Probatur antecedens. Prædestinatio, utpote pars providriiliæ, est ratio in intellectu existons, præceptiva ordinationis aliquorum in salutem æternam. Atqui ratio præcepliva, ordinationis in finem præsupponit voluntatem finis, II secundum quod voluntas finis esi antecedens vel con-

I. Matth., xxiv, 31.
Matth., xxiv, 24.
I. MARC., XIII, 20.
I. *Horn.,* vin, 33.
b. *II Tim.,* n, 10.

sequens, ill præparatio mediorum suffii ientium vel clli-cacium. Ergo prædestinatio supponit voluntatem qua Dem vull bonum æternum prædestinato. Sed velle bonum aiternum est diligeie, et velle bonum uni præ alio esi *eligere.* Ergo prædestinatio supponit electionem et electio dilectionem. Itaque Deus eligit quatenus quosdam, bonum ipsis volendo, aliis præfert, seu præ aliis diligit.

Hinc electio est quædam prædilectio, et sicut dilectio in Deo non supponit bonum in rebus nec ab objecto pen-det, ut amor noster, sed bonitatem infundit in rebus' ; ita electio nequit esse passiva, a creaturis pendens, sed gratuita et causa boni, ut est jam uberius explanandum.

II. Quid certum, quidve controversum. — Prædestinatio apud nonnullos dupliciter accipitur: *adaequate,* pro gratia et gloria simul, et hoc sensu de fide est prædestinationem non esse ex meritis, sed gratuitam ; 2° *inadæquale,* pro gratia tantum vel gloria tantum, et sub hoc respectu gloria dici potest causa finalis gratiæ et gratia causa meritoria gloriæ.

Alii autem l heologi distinctionem illam rejiciunt repo-nendo prædestinationem consistere in indivisibili, quia transmissio alicujus in finem vitæ æternæ comprehendi l indivisilibiter complexum vocationis, justificationis, finalis perseverantiæ, et consequentis glorificationis[2].

Quidquid sit de illa distinctione, duo animadvertenda sunt de quibus omnes theologi conveniunt : 1° de fide esi prædestinationem adæquate sumptam esse gratuitam, cum impossibile sit mereri primam gratiam[3], qua deinde meremur gloriam ; 2° de fido est pariter gloriam in exeeu-tione meritis conferri tamquam coronam, si quidem definii concilium Tridentinum hominem justificatum *vere mereri* gloriam æternam*.

Quapropter non quaeritur utrum velit Deus *conferre gloriam gratis,* id est sine meritis, sed utrum *gralis eligat* aliquem, id est, independenter a meritis prævisis.

1. Gf. S. T110M., 1α IIae, q. cx, a. 1.
2. Ita card. Bii.lot, *De Deo Uno et Trino,* edit. V, p. 269.
3. Cone. Trld., sass. VI, can. 1 et ss.
4. Ses». VI, can. 32.

In hoc ergo vertitur difficultatis cardo : utrum ante omnem meritorum prævisionem fiat *discretio,* seu *electio discretion* unius salvandi pra: alio. Si electio est absolute gratuita, admittenda est ‹‹ ipso reprobatio negativa, quæ electioni opponitur.

Electio est proprie personarum, prædestinatio simul et personarum et beneficiorum.

Tres præcipuæ sunt generaliores sententiæ1. Prima, quæ est Catharini, distinguit : electio ad eximiam sanctitatem et præcellentem gloriam est gratuita et a prævisione merilorum independens, electio autem communium sanctorum non est ante prærvisa merita.

Secunda sententia, quam defendunt Thomistæ, Scotistæ, Augustinenses, Congruistæ, scilicet Suarez, Toletus, Bel larminus, Salmeron, etc., lenet absolute electionem omnium prædestihatorum esse simpliciter gratuitam ; licet in modo explicandi sit diversitas. Tertia, quæ a puris Molinistis propugnatur, scilicet Molina, Vasquez, Lessio, Be‹ano, etc., statuit electionem salvandorum a reprobis ex prævisione meritorum dependere. : Deus nempe vult æqualiter omnibus salutem, licet non omnibus gratias æquales : quos quidem prævidet gratiæ usque in finem cooperaturos prædestinat, quos autem prævidet gratia abusuros, reprobat. Contra quam sententiam vim habent verba D. Thoinæ : « Prædestinatio (sic intellecta) non esset per electionem prædestinantis, quod est contra auctoritatem Scripturæ et dicta Sanctorum2. » — « Sunt etiam alii qui explicant electionem efficacem ad gloriam et prædestinationem per unicum decretum, et defendunt prædestinationem ante prævisa merita, ut card. Billot3. » — Verum isti gra-

1. Cf. inter ceteros auctores : Capreol., l Seni. dist. 41, q. i ; Mirandus, Scotus, Herv/eus, ibid. ; Gaietan, Bannez, Zumel, Ioan, a S. Thom., etc.; in q. xxiii, 1. I·.; Soto et Tolet., inepist. *ad Rom.,* cap. ix : Suarez, lib. I, *De Prædest.* cap. vm; Alvarez, *De Auxiliis,* disp. XXXVI ; Salmant., disp. IX, Gonet, Billuart, Inc. cil. ; Molina, art. 3, 4 et 5, disp. 1, membr. 6 et 11 ; Lessius, *De Prædest.* sect. II, et *De Perfection, divin.,* cap. n. Vasquez, disp. LXXXIX et XG; Becanus, *Summ. Theol.,* c. xiv, q. iv ; et recentiores theologi jam cil.

2. Cf. S. Thom., q. vi, *De Veril.,* a. 3.

3. P. Muncunill, op. cil., p. 393-394. Cf. card. Billot, q. xxm-XXIV.

tuitatem non admittunt sensu nostro et reprobationem negativam prorsus rejiciunt.

III. Prima conclusio : Electio discretiva salvandorum a reprobis gratuita omnino est omnemque meritorum praescientiam antecedit. Probationes ex Scriptura. — Efficax probatio desumitur ex S. Paulo : « Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in coelestibus in Christo. Sicut elegii nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitatc. Oui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ... In quo etiam et nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ[1]. » In quo textu quatuor præsertim sunt animadvertenda : 1° Deus nos *elegit,* non *quia* eramus sancti, sed *ut* essemus sancti, ita scilicet ut sanctificatio, seu justificatio, sit effectus electionis. 2° Nos elegii secundum *propositum voluntatis* suæ, seu per liberum decretum. 3° *Sorte* sumus electi, quatenus nulla est causa ex parte nostra, sed *gratis* a massa perditionis separando elegit nos, ut explicat S. Thomas[2]. 4° Elegit nos ad regnum seu ad gloriam. Agitur quippe de tali benedictione qua efficimur proprie *benedicti,* ut constat ex prioribus verbis : *llenedixil nos in omni benedictione spirituali in coelestibus.* Porro, non mera electione ad gratiam, sed sola electione ad gloriam, sumus proprie *benedicti·,* him· soli prædestinati dicuntur a Christo benedicti : « Venite, *benedicti* Patris mei[3]. » Quapropter recte concludit S. Augustinus : « Electi autem sunt ad *regnandum cum Christo...* Illos elegit ad obtinendum regnum suum[4]. » Ergo electio discretiva *ad regnum .rlernum* est prorsus gratuita, quasi *sorte,* secundum *propositum,* seu decretum divinæ voluntatis; non autem ex praevisis nostris meritis. Pari vel ma-jori adhuc- efficacia gratuilatem illam asserit Apostolus in epistola ad Roma-

1. *Ephes.,* i, 3-5, 11.
2. S. Thom., *Comment,* in h. l. *Epist. ail Ephes.*
3. Matth., xxv, 34.
4. S. Anci si in., *J>e correpi. el Gratia,* c. va ; *P. L.,* xviv, 924' ss.

nos. Docet imprimis praedestinationem esse radicem et rausam ex qua oriuntur munia beneficia supernaVuralia, nempe et *vocationem,* efl *justificationem,* et *glorificationem :*

Quos autem prædestmavit, hos et vocavit ; et quos vocavit, hos et justificavit ; quos autem justificavit, illos et glorilicavitl.*» « Quem textum sic interpretatur S. Augustinus : « *Non ergo alios sed quos prsedeslinavil,* ipsos et vocavit ; nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos et justificavit ; nec alios, sed quos prædestinavit, vocavit, justificavit, ipsos et glorificavit, illo utique fine qui non habet finem*. » Unde sine prædestinationc non esi in electis vocatio, neque justificatio; non ergo eligit et praedestinat quia erunt sancti, sed potius quia eligit et prædestinat erunt sancti. Et hæc est absoluta electionis gratuitas. Quam gratuitatem iterum confirmat Apostolus : « Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propodtum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei : quia major serviet minori... Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei... Ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in *gloriam*3. » Licet electio Jacob præ Esau inteiligi possit de bono temporali, in loco citato Malachiæ, figurate tamen illam interpretatur S. Paulus de electione in ordine supernatural!, imo de electione ad gloriam, in qua Deus ostendit divitias : loriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparavit in *gloriam.*

Itaque datur aliqua electio ad gloriam ita gratuita ut sil *secundum propositum* Dei et refundi debeat, non in limninem volentem aut currentem, sed in solum Deum miserentem, et ut qui eligunt ir sint proprie vasa *misericordiae.* \tqui, si .electio liscretiva fieret ex .>rævi-is meritis, non ‹ sset proprie secundum Dei *propositum* seu decretum, nec m solum Deum refunderetur ul misericordia, sed ex libero arbitrio volente et currente repeteretur. Ergo. Nec contexi um epistolæ attendunt qui objiciunt sermonem esse,

I. *Roin.,* vin, 30.

S. Augustin., *De Prædestin. Sanctorum,* c. xvn ; *P. L.,* \ i i v, 985 ss.

3. *Rom.,* ix, 11-23.

non de prædestinatione ad *gloriam,* sed soluin de prædestinatione ad *fidem* vel ad *gratiam.* Hanc interpretationem excludit ipse Apostolus, dum opponit vasa *iræ apta in inlerilum* et *casa misericordiæ quæ præparavil in gloriam :* sicut vasa iræ sunt reprobi simpliciter, ita vasa misericordiæ sunt prædestinati simpliciter, scilicet ad gloriam. Ergo totus contextus evincit gratuitatem prædestinationis ad gloriam.

Hinc oritur ipsa difficultas quam opponunt adversarii : « Quid adhuc queritur ? voluntati ejus quis resistit ? » In aliorum sententia obvia esset responsio, imo evanesceret difficultas, cum electio sit præscientia boni operis. Non ita respondet Apostolus, nec suppositum negat, nec difficultatem attenuat, sed potius confirmat ; nec solutionem ex parte hominis quærit. sed ad mysterium confugit et ad divinam voluntatem, quæ in eligendo nullam habet rationem nisi seipsam : « O homo, tu quis es qui respondeas Deo... An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam ? » Ergo electio discretiva, sicut reprobativa, est gratuita et independens a prævisis operibus, sed refundenda in voluntatem Dei, quæ libere et juste potest assumere vel relinquere.

Eodem sensu valent verba Christi Domini : « Nolite timere, pusillus grex, quia *complacuit* Patri vestro dare vobis regnuml. » Unde electio ad regnum est ex gratuito Dei *placito,* licet in exeeutione conferatur regnum propter merita, sicut pœna infligitur propter demerita.

Quocirca objectio quam eruunt adversarii ex formula judicii generalis evanescit, ex comparatione utriusque sententiae, pro bonis nempe et pro malis : « *Venite... possidete* paratumjvobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim... *Discedite* a me, maledicti, in ignem æternum... Esurivi enim... et non dedistis mihi manducare2... » - Quasi diceret praedestinatis : *Possidete* regnum, quia fecistis opera misericordiæ; et reprobis : *Discedite* a me,

1. Lue., xii, 33; Luc., x, 21.
2. Ma t t ii., 34-40.

quia non fecistis opera misericordiæ ; quod totum spectat ad executionem[1]. »

IV. Probationes ex Traditione. — Maximi est momenti auctoritas S. Augustini, qui est in hac materia spectatissimus doctrinæ catholicæ testis contra haereticos. Ipsa definitio quam tradit S. Doctor importat gratuitam electionem[2] ; nam, si prædestinatio est præscientia qua Deus ea prædestinat *quæ esi ipse facturus,* non pendet a meritis prævisis ; pariter[3], si prædestinatio est *præparalio* beneficiorum, est causa meritorum, non autem prævisa merita supponit (supra ad art 1, η. n). Perpetuo docet Deum « non pro meritis nostris nos ad æternam vitam, sed *pro sua miseratione* perducere[4]. » Non autem proprie diceretur *pro miseratione,* si electio ipsa non esset gratuita, quia tunc electio prævidet, explorat, non autem facit.

Iterum docet *discretionem* fieri *divinæ graliæ largitate* el. ex illa provenire cetera beneficia, fidem, justificationem, perseverantiam : « Quicumque eigo ab illa originali damnatione ista DIVINÆ GRATIÆ LARGITATE DISCRETI SUNT non est dubium quod et procuratur eis audiendum evangclium, et' cum audiunt credunt, et in fide, quæ per charilatem operatur, usque in finem perseverant, et, si quando exorbitant, correcti emendantur[5]. » Discretio igitur seu electio discretiva est omnino gratuita, utpote ex divinæ l'ratiæ *largitate,* et infallibiliter præstat ut fiat resurrectio e lapsu et finis ultimus obtineatur. Assignat porro Augus-linus differentiam inter electionem sanctorum et electionem Judæ : « Electi autem sunt ad regnandum cum Christo, mm quomodo electus est Judas ad opus cui longrucbat[8]. » Quæ verba ostendunt sermonem esse de electione, non ad gratiam, quæ communis fuit etiam Judæ, sed ad gloriam, qme propria est prædestinatis.

1 Billuart, dissert, ix, art. 5, obj. 1°.
2 *De Prædestinatione Sanctorum,* c. x, n. 11 ; *P. L.,* xliv, 975.
3 *De dono perseverantiae,* c. xiv, n. 35 ; *P. L.,* xlv, 1011.
4 S. Augustin., *De Gratia et Liber. Arbitr.,* c. ix ; *P. L.,* IM iv. 893.
5 *De Correpi, el Gratia,* c. va ; *P. L.,* xliv, 924.
6 *Ibid.*

Si quando pouil Augustinus præscientiam ante prædestinationem, intendit præscientiam *praclicam* et *causalem,* qua præseivit ea quæ erat ipse facturus ; quæ quidem scientia decretum divinum supponit. Dum autem recolit Augustinus prædestinationem pendere a nostra obedientia et cooperatione, loquitur de ordine executionis, in quo certissime non datur regnum nisi iis qui volunt accipere[1].

De mente D. Thomæ dubium moveri a nemine potest qui recolit Angelici doctrinam de causalitate scientiæ divinæ ; de cognitione futurorum (q. 14. a. 8, 13) ; de voluntate Dei. de reprobatione, et de electione in hoc art. ad 3 : « Quare hos elegii in gloriam et alios reprobavit, *non Itabel rationem nisi divinam voluntatem.* » Quod jam alibi asseruerat : « Causa prædestinationis nihil est aliud quam bonitas Dei[2]. » Quocirca adstruerc eeu rationem ele<-lionis prævisionem meritorum per scientiam mediam esi a via S. Thomæ totaliter aberrare, qui nonnisi voluntatem divinam ut electionis rationem agnoscit.

Ceterum omnia principia S. Thomæ quæ scientiam mediam excludunt, et gratuitatem electionis statuunt. Cf. supra ad art. 13, q. xiv.

Ex documentis ecclesiasticis sufficiat allegare concilium Valentinum III, 855 : « Fidenter fatemur prædestinationem electorurn ad vitam et prædestinationem impiorum ml mortem : in electione tamen salvandorum misericordiam Dei præcedere merit uni bonum, in damnatione autem perilurorum meritum malum præcedere justum Dei judicium[3]. »

Essentiali ergo discrimine differt modus prædestinationis et modus reprobationis : dum enim prædestinatio *præcedil* merita, reprobatio, e contra, *sequitur* demerita. Porro in opposita sententia utrumque eodem modo contingit : prædestinatio sequitur prævisa merita, sicut reprobat i<> prævisa demerita. Ergo non salvatur in ipsa discrimen illud quod verba concilii tam clare efferunt.

Objicitur : Sermonem esse de ordine exeecutionis tantum,

1. *Io Psolm.* cxxvi, n. 5; *P. L.*. xxxvn, 1671.
2. /*<· \ *erit.,* q. vi, n. 2.
3. Can. 5; Hi.nzingeh, 322.

in quo attenditur differentia, quia Deus nullatenus cooperatur damnationi, dum multa dona gratuita confert electis.

Resp. : Loqui concilium de praedestinatione, de electione, de præscientia, de sententia : « Apud quem est. ut sanctus Augustinus ait, *tam fixa sententia quam certa præscientia*[1] Quæ omnia referuntur ad ordinem intentionis.

Unde instauràtur et confirmatur argumentum. In præsi ientia, in sententia æterna, in electione Dei, viget discrimen inter modum quo Deus praedestinato» eligit el quo reprobos condemnat. Atqui, si electio est tantum prævisio meritorum, non jam retinetur illud discrimen ; nam reprobatio est tantum prævisio demeritorum. Ergo< ex mente concilii electio non est mera prævisio, sed gratuita praeiiilectio.

Pariter, quæ docet concilium Tridentinum de praedestinatione, quam exhibet ut *mysterium inscrutabile*[2],* innuunt prædestinationem fieri, non per merita prævisa prædestinatorum, quod tolleret rationem mysterii, sed per gratuitam electionem prædestinantis, in quo reponitur proprie *arcanum* mysterium, cum inscrutabilis sit Dei \oluntas.

V. Rationes theologicae. — Arg. Ium ex electione parvulorum, ad quam frequenter provocat S. Augustinus ‹entra Pelagianos. Ex duobus parvulis alterum Deus eligit, alterum relinquit : ut, dum alter cum gratia baptismi, alter vero absque baptismo decedit[3]. Porro hæc discretio ‹ausam non habet prævisionem meritorum, sed in solam Dei voluntatem et bonitatem refunditur. Ergo hæc saltem electio est gratuita. Cur autem haberel Deus duplicem eligendi modum ? Nulla suppetit ratio id supponendi, ut ‹vincunt argumenta.

\rg. IIum. Electio, sicut ex prædictis constat, est dilectio aliquorum præ aliis. Atqui dilc< lio in Deo non provolatur a bono præviso, sed potius quia Deus vult bonum,

I. *Ibid.*

!. Cf. cone. Trident., sess. VI, cap. χπ, can. 15 et 17.

I. Cf. S. Augustin., *De Correpi, et Gratia,* c. vin, *De Prædest. Sanctorum,* c. xiv ; *P. L.,* χυνΓ926, 927, 979.

causât bonum ; nam amor Dei non pendet a bono créai", sed infundit bonitatem in rebtis[1] ; et, quia unum præ alio diligit, meliorem efficit. Ergo Deus eligit, non quem meliorem præscit, sed quem meliorem facit. Sed eligere hoc modo esi gratuito eligere. Ergo electio in Deo est gratuita.

Confirmatur. Cum voluntas divina, utpote summe indcpendens, nequeat a bono creato moveri, nequit pro fine habere bonitatem divinam. Atqui electio quæ pro fine habet bonitatem divinam est gratuita, nec a bono cr?ato oritur aut provocatur. Ergo electio Dei est prorsus gratuita.

Arg. IIlum. Nullus ordinate eligens vult media ante finem, sed, quia prius intendit finem, media vult et ordinal in finem. Atqui, si Deus eligeret ex prævisis meritis, media vellet ante finem, cum gloria sit proprie finis et merita sini media ad gloriam. Ergo Deus non eligit ex prævisis meritis sed gloriam vult ante merita.

Objicitur finem habere rationem præinii et idcirco intendi post merita.

Besp. : Licet gloria in executione sit præmium nec conferatur nisi *post* merita et *propter* merita, simpliciter tamen gloria est finis, propter quem Deus vult esse merita. Quapropter merita non habent nisi rationem medii et causa· disponentis, gloria proprie habet rationem causæ finalis. Unde, ne penitus evertatur principium finalitatis, oportet ut finis prius intendatur quam media et gloria prius quam merita.

Arg. lVum. Cum electio respondeat scientiæ, ibi est electio gratuita et causa boni, ubi scientia est causa rei. Atqui in Deo scientia est causa rei futuræ etiam liberæ. Ergo in Deo electio est gratuita et causa meriti futuri, nedum sil a merito futuro provocata. Unde constat conclusio ex omnibus argumentis quæ statuunt eausalitatem scientiæ divinæ (supra, ad q. xiv).

\ l De gratuitate prædestinationis contra quosdam con gruistas. — Cratuitatem electionis tuentur nonnulli con-

1. S. Tuom., I. I·., ‹|. xx, a. *2* ; Ia IIae, q. cx, a. 1.

gruistæ cum Thomistis, sed aliter explicant et alio medio defendunt Electio, juxta quosdam, est gratuita, quatenus Deus ante prævisionem meritorum vult gratuito ponere hos homines in circumstantiis congruis in quibus praevidet per scientiam mediam illos bene usuros gratia ; quo usu hmio præviso, illos prædestinat ad gloriam. »Quod igitur censetur gratuitum est praedestinatio ad illas circumstantias et gratias congruas; sed prius prædestinat Deus nd gratiam quam ad gloriam ; et hinc, licet prædesthiatio ad gratiam et circumstantias sit simpliciter gratuita, non la men praedestinatio ad gloriam.

Quocirca isti congruistæ, qui nobiscum in aliquo conveniunt, maxime aliunde discrepant; nec absolutam gratuit atem propugnant, cum recurrant et ipsi ad scientiam inediam, qua Deus explorat futurum electorum consensum i iin gratiis congruis, independenter a suo decreto Hinc fil ut praedestinatio divina pendeat tandem a praeviso electi consensu.

\ II. Secunda conclusio : Praedestinatio sumpta pro praeparatione ad gloriam in ordine intentionis est omnino gratuita, in ordine autem exeeutionis confertur propter merita. — De ultima parte nulla moveri potest difficultas, i mist at enim gloriam esse *coronam,* quam reddit *justus,* judex, sicut etiam dc fide est justum vere *mereri* vitam h lernam, nempe gloriam, atque etiam *gloriæ augmentum*l.

Probatur itaque Ia pars. Arg. Ium. Destruitur gratuitas electionis, si prædestinatio pendeat a futuro electi consensu el si prædestinati sini potius eligentes quam electi. Atqui, in congruismo, si usque ad ultimas consequentias dedu- l dur, prædestinatio pendet a futuro electi consensu et prædestinati sunt potius eligentes quam electi. Ergo congruismus gratuitetem electionis excludit. Declaratur min. I »··π«, ut eligat da gloriam, debet *ope scientiæ mediæ* explorare consensum electi nec fil pra-desl inatio completa nisi prævisio electi consensu. Jamvero, si prævisus consensus i"d prior electione definitiva, ista pendet a præviso con-

l l Cone. Trident., sess. VI, can. 32.— Cf dicenda alibi de merito Jilxli.

sensu, ac subinde horno consensurus se discernit, seque jam eligit. Him non servatur Tatio vera prædestinationis, quaest per electionem prædestinantis[1][2]

Arg. IJum. In negatio prædestinationis gloria se habet til finis, gratia et merita ut media ; quod adeo certum est ul concilium TJidentinum dicat *causam* justificationis *finalem* esse gloriam Dei et Christi *ac vitam ælernain**. Sed omnis sapiens qui vult ordinate finem prius intendit quem media. Ergo Deus, qui vult ordinatissime et sapientissime, gloriam prius intendit quam merita. Ratio minoris est quin non potest aliquid in finem ordinari nisi præsupposita voluntate finis, juxta effatum : Finis est prior in intentione ; et hoc pacto habet rationem causæ. Sicut igitur medium non jam retinet rationem medii, sed rationem finis induit, si prius intenditur ; ita merita sunt finis gloriæ, si prius quam gloria intenduntur.

Arg. IIum. Adstruit congruismus prædestinationem duplicem, quæ non est admittenda, nempe prædestinationem ad gratiam et prædestinationem ad gloriam. Prædestinatio enim, ut jam audivimus ex card. Billot, est quid indivisibile, nempe ratio transmissionis aliquorum.in vitam æternam[3]. Porro transmissio comprehendit indivisibilité)· hæc omnia, vocationem, gratiam, perseverantiam et gloriam ; sicut domus non fundamentum solum, sed et fundamentum et murum et tectum comprehendit. Unde, sicut qui intendit, domum hæ> omnia indivisibilité!· intendit sed fundamentum et murum propter complementum, quod est reapse omnium finis; ita Deus omnia in prædestinal i. indivisibiliter intendit, et vocationem, et justificationem, et gloriam, sed omnia propter gloriam, quæ idcirco est ceterorum finis prius et per se intentus ; licet in ordine exeeutionis non conferatur nisi propter merita, tamquam merces et corona. Hinc thomisticum principium : Deus gratis vult conferre glori.ro electis, quippe qui gratuito, ex sola Dei bonitate, eliguntur; at non vult conferre gloriam gratis, sed tamquam præmium justitiæ quod debetur operibus ex gratia factis.

1. S. TIio µ ., q. vij *De uerit.,* a. 3.
2. Sees. VI, cap. vu.
3. Card. Hu.ı.oτ, *De Deo,* edit. 5, p. 269.

\ III. Propius ad Thomistas accedit Suarez, qui tamen gi atuitatem stricte dictam non valet efficaciter defendere. I .idem fere verba adhibel ac Thomiste : « Diço primo : I \ parte prædestinati nullam dari causam prædestinatio- IH , quantum ad æternam prædestinationem *ad gloriam,* \cl ad perseverantiam, vel ad gratiam sanctificantem, vel ini bonos actus suncrnaturales ; etiam si talium effectuum, Hil ir. tempore donantur, possit dari aliqua ratio ex parte Ii munis. Hæc est sententia D. Thomæ, I. q. 23, a. 5, ubi Injetanus et alii moderni Thomistæ... Estque sine dubio ■indentia Augustini1. »

Verum, ut animadvertunt communiter Thomistæ. Sia- |·ηζ non potest sinceram gratuit item *electionis* salvare. N.nu electio proprie gratuita requirit *in eligenle* scientiam *udiuam* quæ sit *causa* rerum, quæque idcirco futurum V> I futuribile in decreto divino attingat. Atqui, in systehinle suareziano, s· ientia Dei eligentis non potest diei pn prie activa, cum sit ipsa scientia *media,* quæ futurum et ililnribile attingit independenter a divino decreto. Ergo, In hac sententia, electio dici nequit proprie gratuita.

I Onamobrem reponit Billuart : « Huic (sententiæ nosti '11 subscribunt Suarez et quidam alii ejusdem Societatis; ■ml cum hanc prædestinationem gratuitam propugnent, bulimia scientia media, et ideo merita quæ ex illa dima- iiinl noA tam sint merita gratiæ quam liberi arbitrii, imi censemus eos annumerandos inter genuinos defen- I res gratuitæ prædestinationis2. »

Idem dicendum est de theoria recentiorum qui gratui- iilcm prædestinationis propugnant retenta scientia ma- in : cum enim hæc sit explorativa non l'activa, utpote idependens a divino decreto, non remanet electio sim- ▌ıı i Iı·ı· gratuita, quæ tali scientia dirigitur.

IX. Pro solutione difficultatum. — Recolenda sunt rum principia superius statuta de præscientia futurorum, distinctiones traditæ de online *inlenlionis* et de ordine wii/iwiiis, ita ut gloria, quæ esi prima in intentione Dei, nil ima tempore, in ordine exacutionis.

I Si a h e z, II, *De Causa prsedeslinalionis,* c. xxm. IIii.l c a r t , dissert. IX, ari. 4, 3.

Concedendum est singula theologorum systemata circumdari caligine et singulis confugiendum esse ad myste» riuin ; aliunde retinendum est *nullam posse inuri censuri· notam* inolinismo, congruismo, aut thomismo.

Salva autem pace, eligendam ducimus thomisticam solutionem propter tum extrinsecas tum intrinsecas ration, jam assignatas. Difficultates quæ ex hoc. systemate oriun lur sunt illæ quas sibimet objicit Paulus ; ac subinde prima et fundamentalis responsio est quam tradit Apostolus : « O homo, tu quis es qui respondeas Deol ? »[1]

Unde ihomismus Lotam hominis spem et fiduciam in Deum erigit, nedum ansam ullam dejectioni animorum præbeat. Reprobatio nullum effectum pravum ponit in præscito, nullamve potentiam intrinsecam ab ipso deiml vel in ipso minuit, sed liberum arbitrium integrum relinquit cum omnibus gratiis et auxiliis vere sufficientibus, quibus *ocre possint* esse boni, juxta definitionem concilii Valentini III : « Nec ipsos malos ideo perire, quia boni essi, non potuerunt ; sed quia boni esse noluerunt, suoque vitio in massa damnationis vel merito originali vel etiam actuali permanserunt[2]. »

Prædestinatio pariter et iiberum arbitrium relinquit et cooperationem liberi arbitrii indefessam requirit ‹ l virtutis studium poscit, cum coronam nisi conantibus H laborantibus et legitime certantibus non tribuat Deus.

Sicut melius est sperare in Domino quam sperare in principibus, sic etiam melius et securius est Dei omnipotent im et misericordiæ quam nostræfragilitatisalutemjcommitier.· Nemo potest animo dejici qui sincero corde omnipotentem deprecatur : *In le, Domini, speravi : non confundar in seter· num.*

1. *Rom.,* ix, 20.

2. Can. 2; Denzinger, 321. — Cæterum etiam congruistis c ,| dilllciiltns solvenda, nam conqueri potest homo se non fuisit| prii'il·· l malum ad circunstantias et gratias congruas.— In utroqu· nutem systemate, et puro molinismo et congruismo, periculum oh | ne ex scientia media inducatur determinismus et fatalisrniis t qua tonus, si aliquid præscitur independenter a libero Dei deerd., habeat esso et verum independenter a libero Dei decreto, cl l‹| circo eveniat ineluctabili necessitate.

ARTICULUS QUINI US

DE CERTITUDINE PRÆDESTiNATIONIS

AD ART. 6-8 S. THOMÆ

I. Multiplex quæstio solvenda. — Quaeritur utrum irædestinatio sit certa ex parte Dei tantum, an etiam ex larte hominis ; et, si quidem certa ex parte Dei, utrum ortus sit prædestinatorum numerus, a. 7, et, si certa sit irædestinatio certusque nun.erus prædestinatorum, ad |uid inserviant preces sanctorum, a. 8.

11. Ex parte Dei prædestinatio est omnino certa et Ifallibilis quoad consecutionem sui effectus; nec tamen ullam imponit necessitatem. — Utraque pars est de fide . trima quidem pars contra excessus Pelagianorum vel hIi irum, qui putavere prædestinationem et consilia Dei msse ex nostris precibus et ineritis mutari ; altera vero outra prædestinatianos, Gottescalcum, Hussitas, Protes- iiit.es et Jansenistas, qui non tantum infallibilitatem, ■i d et quandahi necessitatem, vi sui systematis, adstruere oguntur.

Prob. Ia pars. Ex Scriptura. Christus asserit non posse j»l« I los in errorem induti, nec posse oves a se electas de nanti ipsius eripi aut perire ; qua· verba indicant effectum liie.'cstinalionis rec frustrari nec impediri. I Ha ut in erro- 'm inducantur, *si fieri polesl,* etiam electi'. » « Oves meæ im cni meam audiunt et ego agnosco eas, et sequuntur m et ego vitam æternam do eis ; *et non peribunt in æter- \Uin, et non rapiet eas quisquani de manu* mea2. »

Ii aditio catholica præsertim a S. Augustino et S. bul- |anlio respmitur. S. Augustinus certitudinem et infalli-

l Matth., xxiv, 24.
β. Joan., x. 27 ss.

bilitetem prædestinationis in ipsa definitione asserit : « Pries· ie· lia et præparatio benefit iorum Dex quibw certissime *liberantur quicumque liberantur*[1]. » S. Fulgentius toctrii.in sic exprimit : « Firmissime tene et null; - tenus dubites omnes quos vasa miserit on'iæ gratuita bonitate Deus facit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei prædestinatos a Deo ; *neque periri posse* i.liquem eorum quos Deus prædestinavit in regnum cælorum, rec quemquam eorum quos Deus non praedestinavit ad vitam ulla posse ratione salvari[2]. »

Ratione theologica. Prædestinatio est pars proxideitiæ el electio prædestinatorum includit voluntatem Dei consequentem. Sed providentia est omnino ‹ erta nec potest in suo effectu frustrari, et voluntas consequens semper el infallibiliter impletur, ut constat ex dictis supra de voluntate Dei et de providentia Ergo prædestinatio est omnino certa et infallibiliter consequitur effectum.

Prob. 11" pars. Auctoritatis argumenta sunt illa omnia quibus probatur voluntas Dei salvifica et suavis, quæ nulli causæ liberæ necessitatem infert. Recolendæ sunt insuper sequentes propositiones damnatæ in Quesnello : « 12, quando Deus vull salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei. 13. Quando Deus vult animam salvam facere, et eam tangit interiore gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit. — 3° Omnes quos Deus vult salvare per Christum, salvantur infaillibiliter[3]. » Liquet aliunde ratio theologica. Prædestinatio importat scientiam et voluntatem divinam. Sed scientia et voluntas Dei, licet certæ et infallibiles sint, non tollunt contingentiam a rebus, sed attingunt rem et modum ejus et efficiunt ut actus humani libere fiant. Unde prædestinatio nihil retrahit de potentia prædestinati.

Liberum arbitrium deficere quidem potest, sed Demi ipsi loi beneficia confert ut vel non cadat, vel, si cadal

1. S. Augustin., *De Dono Persev.,* lib. II, c. xiv ; *P. L.,* xi.vJ IOI I. ‹ J. *De Corrept. el Gratia,* c. vn, n. 14 ; *P. L.,* xi.iv, 9 τ
2. *De I·'iiIv ml Petrum* ; P. *L.,* i.xv, 703.
3. Denzinger, 1362, 1363, 1379.

resurgat, et ut conjungendo tandem statum gratiæ cum mufl.e prædestinatus ultimum terminum infallibiliter attingat.

III. Certitudo praedestinationis non est tantum certitudo cognitionis et præscientiæ. sed etiam certitudo ordinis et uiuisalitatis.

Certitudo præscientiæ tantum est eorum quæ Deus non lin it, sed solum praevidet, vel explorat ; certitudo au- l cin ordinis et causalitatis est eorum quæ Deus ordinat rl infallibiliter producit ex perfectione suæ virtutis. Atqui ii rtitudo prædestinationis est eorum quæ Deus ordinat et infallibiliter producit, nam prædestinatio est causa omnium i lïectuum qui in prædestinato fiunt, si quidem, ut explicat Augustinus, *praedestinatione ea praescivit Deus quæ erat ipse facturus*[1]. Ergo certitudo prædestinationis non est lanium præscientiæ, sed etiam ordinis et causalitatis.

Confirmatur. Prædestinatio importat efficacem electio- ju in salvandorum. Atqui hæc electio non tantum cognoscit, red ordinat et præparat et causât, cum sit *præparalio* beneficiorum quibus certissime liberantur quicumque liberantur[2]. Ergo prædestinatio non habet certitudinem lanium præscientiæ, oed et præparationis, seu ordinis i i causalitatis.

Demum, si certitudo illa est solum præscientiæ, jam ‹ præscientia esset causa prædestinationis, nec prædes- Ini, lio esset per electionem prædestinantis, quod est con- ■lra auctoritatem Scripturæ et dicta sanctorum. *Unde,* /ir.c/cr *certitudinem præscientiæ, ipse ordo praedestinationis habet infallibilem certitudinem*[3]. »

l ude, juxta Angelicum, prædestinatio, ideo præcise ■|ii‹›d sit prædestinantis et non prædestinati, nequit esse ■Xplorativa tantum, sed debet esse causal iva, ac subinde mnam ordinis et causalitatis cerliludinem importat.

I i *De Praedestinatione Sanctorum,* c. x, n. 1l : *P. L.*. x l iv, 975.
L i a. dicta supra de notione prædestinationis.
■ S, Au g u s t in., *De Dono Perseverantiae,* c. xiv, n. 35; *P. L.r* I) IV, 1014.
H.,, S. Th o m.; q. vi,De *ferit.,* n. 5.

IV. De certitudine praedestinationis ex parte prædestinati. Juxta Protestantes, non solum potest homo esse de sua prædestinatione certus, sed tenentur fideles credere de fide se esse in numero prædestinatorum, qui error fuit a concilio Tridentino expresse damnatus. « Nam nisi ex speciali revelatione, sciri non potest quos Deus elegerit[1]. » — « Si quis dixerit hominem renatum et justificatum teneri ex fide ad credendum se certo esse iri numero prædestinatorum, A. S.[2]. — « Si quis magnum illud usque in finem perseverantia·, donum se certo habiturum absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, A. S.[3][4] »

Ratio est quia ea quæ a libera Dei voluntate pendent non possunt innotescere nisi revelante Domino. — Sed prædestinatio, cum sit proprie actus prædestinantis, pendet a libera Dei voluntate. Ergo non nisi revelante Domino potest innotescere.

Paucis porro fit illa revelatio. Doctor Angelicu., duplicem affert rationem. « Quarum prima potest sumi ex parte eorum qui non sunt prædestinati. Si enim omnibus prædestinatis sua prædestinatio nota esset, tunc omnibus non prædestinatis certum esset se prædestinatos non esse ex hoc quod se prædestinatos nescirent. Et hoc quodam modo eos in desperationem induceret. Secunda ratio potest sumi ex parle .prædestinatorum. Securitas enim negligentiam parit. Si autem certi essent de sua prædestinatione, securi essent de sua salute, et ideo non tantam sollicitudinem ponerent ad vitanda peccata. Et propter hoc a divina Providentia salubriter est ordinatum ut homines suam prædes·finationem vel reprobationem ignorarent''. »

V. De signis prædestinationis. — Sunt quædam indici.i quibus possumus conjecturaliter concludere nos fuisse fl l >co specialiter dilectos et electos, in ordine ad vitam æternam. Primum signum est bonæ vitæ decursus, qui in his ρι·.τ·< ipue manifestatur : li! enter audire verbum Dei, dili-

1. Sene. VI, cap. xn.
2. Can. 15.
3. Cun. 16.
4. *De Veril.,* q. vi, a. 5.

gere inimicos, chariliftem eNercere ad omres, et cetera operp misericordi®, se exhibere mitem et humilem corde; quia per hæc omnia configuramur Christo, seu efficimur conformes imagini Filii Dei, qui est prædestinatorum exemplar.

Secundum signum est aflictio pro ‹ hrislo patienter tolerata ; cum dicat ipse Rex prædestinatorum : « Beati estis, cum maledixerint vobis et perse- uti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos, mentientes, propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelisl. »

Tertium est vocatio ad aliquem statum sanctitatis, ut esi status religiosus, aut status sacerdotalis, vel status prælatorum, qui debet esse juge charitatis exercitium ; nam qui deputatur divinis recipit auxilia divina ad sanc- l datem adipiscendam , dum modo tamen homo non temere ud altiora se injiciat, sed fidelis persistat.

Quartum est specialis devotio erga B. Virginem et ergt S. Ecclesiam Catholicam. Cum enim B. Virgo sit mater Christi et mater fidelium et cum ipsa meruerit de ‹ on gruo quidquid Christus meruit de condigno, adhærcre B. Virgini Mariæ est adhærere fonti salutis æternæ. Pariter, quia l cclesia est quædam indeficiens Incarnationis continua- al i‹» et quia ipsi sunt commissa omnia salutis subsidia, ndhærere Ecclesiæ et Romano Pontifici, est etiam adli.rrerc fonti salutis, et Ecclesiam diligeie est habere spiritum Christi verum.

VI. Numerus prædestinatorum Deo certus est. non Bolum materialiter, sed etiam formaliter ; imo non tantum ut praecognitus, sed etiam ut electus et prœdefinitus (a. 7).

Doctrinam illam fortiter vindicavit S. Augustinus con- ii u Pelagianos, qui ne audire quidem volebant numerum i li ciorum esse definitum.

I Scriptura tamen id manifeste docet : « Cognovit Dominus nui sunt ejus2. » Ratio est manifesta. Prædestinatio inclu- ilil electionem salvandorum. Sed *quoi* et *quos* elegerit

I. Matth., v, 11-12.
II Tim.. ii, 19.

Deus non palest ignorare, cum electio cognitione «lingatur. Ergo *quot* ι·| *qui* sint electi novit. Deus.

Quapropter sacra Liturgia, in collecta pro vivis et defunctis, recolit : « Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. »

Him· reprobatur sententia Catharini, qui, sicut putat aliquos posse salvari absque prædestinatione, ita concludere debet numerum electorum vel reproborum non esse simpliciter certum1.

Verum S. Augustinus et S. Thomas ulterius procedunt et docent numerum illum non solum esse Deo cognitum, sed etiam ita prædefinitum ne augeri possit aut minui. « Certum esse, ait Augustinus, numerum electorum, ne. augendum neque minuendum2. » S. Thomas expresse monet certitudinem illam non esse tantum cognitionis, seu præscientiæ, sed etiam electionis et definitionis. « Sed *advertendum.* est quod numerus prædestinatorum certus Deo dicitur, non solum ratione cognitionis, quia scilicet scit quot sunt salvandi ; sic enim Deo certus est etiam guttarum pluviæ et arenæ maris ; *sed ratione electionis el definitionis cujusdam.* » Quocirca puri Molinistæ, qui volunt electionem et prædestinationem esse ex prævisis meritis, consequenter admittere debent, numerum prædestinatorum esse Deo certum ratione cognitionis seu præscientiæ tantum, et proinde recedunt a D. Thoma, qui aperte pronuntiat id minime sufficere.

Ratio porro quam evolvit Angelicus potest sic proponi : Cum omnis agens intendat facere aliquid finitum, intendit aliquem certum numerum, saltem in partibus principaiio ribus quæ per se requiruntur. Atqui inter principaliores mundi partes sunt creaturæ rationales et inter istas sunl electi. Ergo numerus electorum certus est tamquam per se intentus. Major innotescit ex differentia quæ viget inter paries per se intentas, et partes quæ propter aliud requiruntur. Sic in ædificio numerus mansionum est per se intentus ac proinde certus ac prædefinitus ; numerus autem lapillum non est per se præfinitus, sed tot erunt lapides quoi ad aulilicationem requirentur.

t. Ci. Bannex., Iu Ii. I.
2. S. Augustin.,»‹▮ *Correpi, el Gratia,* c. xm; *P. L.,* xi.iv, illfi,

Declaratur minor. Parles principaliores universi sunt illa entia quæ perpetuitatem habent, ut sunt species rerum ; ingula autem individua corruptibilia non intenduntur per i·, sed solum quatenus requiruntur ad conservationem speciei. Singuli porro homines ratione suæ forinæ, nempe nnimæ, sunt incorruptibiles, et idcirco per se intenti in creatione ; sed partes eximiæ quæ inter omnes efficiunt decorem et pulchritudinem creationis sunt utique electi. Unde electi sunt per se intenti.

Non sic autem omnino est, ait Angelicus, de numero reproborum. Possunt isti considerari ut homines, et jam sunt inter præcipuas universi partes, et idcirco per se intenti ; vel ut deficientes a fine supernatural!, et sub hoc respectu, numerus eorum non est intentus per se, sed propter alios, nempe in bonum electorum.

VII. Quantus demum sit numerus electorum. — Numerum electorum absolute inspectum esse ingentem liquet ex Apocalypsi : « Vidi turbam magnam, quam dinumerare lirino poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis el linguisl. » De numero absoluto sunt 1res præcipuæ icidentiæ quas refert hic Angelicus : 1° tot sunt homines pr.rdestinati quot angeli ceciderunt ; 2° tot sunt homines praedestinati quot angeli fideles remanserunt ; 3° tot sunt homines prædestinati quot angeli ceciderunt et insuper loi quot fuerunt angeli creati. Probabilior apparebit prior sententia, si admittatur homines suffici in sedes quas amiserunt angeli ; sed nihil certi statui potest.

De numero autem relativo 1res institui possunt quæstiolua : 1° utrum omnium hominum major pars salvetur; utrum omnium baptizatorum catholicorum vel acai boil· mum major pars salvetur; 3° utrum omnium catholi-1'iiriim major pars salvetur. Ad singulas breviter respondemus.

VIII. Prima conclusio : Majorem hominum partem POn salvari est fere communis theologorum sententia. — llu.M iiliunt nonnulli. P. Faber, in Anglia. DD. Bougaud in Duilia, P. Castelein, S. .1., in Belgio, propugnant majorem

l Vioc., vu, 9.

fore numerum salvandorum quam reproborum. Schell in Germania vult illos solum damnari qui peccatum habent obstinationis diabolicae, posse autem homines, etiam post mortem usque ad ultimum judicium, pœnitere et converti. Quæ ultiina sententia doctrinæ catholicæ adversat nr, nam de fide est animas decedentium in statu peccati mortalis *mox* post mortem in infernum descendere ‹l pœnis æternis cruciarl.

Sententiam communem docent S. Basilius, S. Chrysostomus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Hilarius, S. Ambrosius, S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Leo Magnus, S. Bcr nardus, S. Thomas, S. Alphonsus, Molina, Bellarminus, Suarez, Vasquez, Lessius, etc.2.

Id videntur inferre verba Domiri ; quærentibus quibusdam : Domine, si pauci sunt qui salvantur ? respondit : « Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta et arcta via est, quæ ducit ad vitam ; et pauci sunt qui inveniunt eam3. » Unde ex tolo contextu et ex antithesi inter *angustam* et *latam* portam, inter *ardam* et *spatiosam* viam, inter *paucos* et *mullos,* manifesto colligitur majorem esse numerum reproborum quam salvandorum.

Ratio theologica in hoc constat : Nemo extra fidem et gratiam sanctificantem salvatur. Porro lugenda generis Immani historia testatur majorem hominum partem, ‹d post Christum et præsertim ante Christum, extra fidem et gratiam sanctificantem versari ; et, licet possibilis sil in ultimo instanti conversio, non est putandum *universaliter* in morte converti qui universaliter perverse vixerunt. Cf. quæ dicit Angelicus ad 3.

I. Ita definiunt Benedictus XII, Denzinger, 531, conc. Florcntlnuin, Denzinger, 693.

' lie coni roversia exorta in Belgio consuli possunt : P. Castei.is, S. .1., /.‹▮ *Rigorisme, le nombre des élus et la doctrine du salut, fl* ex alla parte : P. Godts, C. SS. R., *De Paucitate salvandorum* I'. Gori'iiN, i SS. R., *La question de l'Evangile : Seigneur, y aura lt il peu de sauvés 'l* Ubi citantur auctores consulendi.

3. Mattii,, vii, 13-1-1.

IX. Secunda conclusio : Salvari majorem baptizatorum partem, prout hæc infantes et adultos complectitur, est sententia sat probanda. — Ratio est quia ex statisticis mccuratis constat ex qualibet generatione dimidiam pariem, plus minusve, vel in infantia obire, vel ante adeptum completum rationis usum. Unde concluditur dimidiam partem baptizatorum titulo baptismi salvari ; quibus si inhiantur cæteri christiani qui per viam meriti salutem consequuntur, sat facile constabit majorem baptizatorum partem Dei misericordia liberari a morte perpetua,

X. Tertia conclusio : Majorem autem baptizatorum adultorum non catholicorum partem salvari valde dubium est. — Multi quippe extra Ecclesiam versantes vel fide carent, vel pereatis inquinantur nec aliunde uberi atem auxiliorum Im bent quibus reparentur. Concedendum tamen est possibilem esse omnibus contritionis actum, et in illis sectis tu iliorem esse salutem, quæ, licet ab Ecclesia separatæ, relinent vera sacramenta, quibus ex opere operato possunt Inulti in bona fide existentes justificari.

X f. Quarta conclusio : Majorem tandem adultorum catholicorum partem salvari est valde probabile. — Non r n l inficiandum in quibusdam regionibus vel quibusdam inundi ætatibus majorem catholicorum partem pessime •n ere ; at, si sumantur complexive pro tota temporum serie .el in toto universo, probabile omnino videtur plures esse Hpu salvantur : tum propter efficaciam sacramentorum, quæ Inultis vitam afferunt; tum propter efficaciam Redempliimis, quæ nimis restricta videtur si grex catholicorum pro ■injuri parte pereatl.

l Ilie iterum apparet misericordia Dei, quod aliquos in ■ululem erigat, a quo tot deficiunt.

I XII. Prœdestinatio quoad ipsam Dei præordinationem ■lilio modo juvatur precibus sanctorum ; juvatur tamen kuonil effectum ad extra (a. 9.). — Duplex irror extremus Hlun debet : ex una parte opera nostra posse totum effi-

l i I'. Buonpensiere, O. P., in h. l. ; Tanquerey, n. 41.

cere, etiam divina consilia mutando, ex altera parte nihil ad prædestinationem conducere.

Prob. 1" pars. Illa præordinatio non juvatur precibus quæ non pendet a ineritis neque ut sunt in tempore neque ut sunt in præscientia. Atqui præordinatio divina non pendet a meritis ut sunt in tempore, quia ipsa est æterna, neque a meritis ut sunt in præscientia, quia merita sive propria sive aliena non sunt prædestinationis causa, sed effectus. Ergo.

Proh. IIa pars. Prædestinatio est pars providential. Atqui providentia causis secundis ita utitur, ut tales effeci u ; nonnisi per tales causas eveniant. Ergo prædestinatio pariter non ‹ onsequitur effectum nisi per causas secundas, seu per media a Deo determinata, inter quæ sunt prei es sanctorum.

Concludatur tota quæstio his verbis S. Petri : « Quaprop ter fratres, satagite ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis : hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi »

1. II Pet ii., i, 10-11.

QUÆSTIO DECIMA TERTIA

Præcipua capita doctrinœ de libro vitæ, de potentia et beatitudine Dei

AD QQ. XXIV-XXVI S. THOMÆ

I. Notio libri vitæ (a. 1). — Quæstionem de prædestinatione complet, quæstio de *libro vitæ,* quem Scriptura cum ipsa prædestinatione conjungit. Non inquiril S. Doctor an sit liber vitæ, eum res supponatur ex sacris Litteris sufficienter nota : « Gaudete autem quod nomina vestra *seripia sunt in cœlis*[1] » — « Et. non delebo nomen ejus *de libro vilæ**. » — « Et qui non inventus est in *libro vitæ* scriptus, missus est· in stagnum ignis[3]. »

Exponendum remanet quid sit proprie liber vitæ. Sic ‹l icitur per metaphoram, quatenus conscriptio firmitatem notitiæ importat; ac subinde liber vitæ significat firmam notitiam quam habet Deus de prædestinàtis in vitam nternam. Sicut in humanis moribus illi qui ad aliquod officium vel munus eliguntur vel ad aliquam societatem libere admittuntur, solent libro speciali inscribi, ita qui eliguntur a Deo in vitam æternam, dicuntur scribi in libro vitæ.

Differt a prædestinatione secundum rationem ; quia prædestinatio est præparatio beneficiorum, liber aid em vita; est proprie notitia firma salvandorum.

Tripliciter sumi potest, liber vil a·, sieul l ripliciter sumitur liber militiæ. 1° Dicitur liber milii ia· in quo scribuntur milites ; et pari jure fiber vita· esi in quo scribuntur electi, el hic est sensus proprius. Ifac acceptione definitur liber

1. Luc., x, 20.
2. *Apoc.,* ni, 5.
3. *Apoc.,* xx, 15.

vitæ ab Angelico : Ipsa Dei notitia qua firmiter retinet sr aliquos prædc.stinasse ad vitam aeternam. 2° Liber militia· dicitur in quo traditur ars militaris ; et pariter liber vil a· dicitur in quo traditur modus perveniendi ad vitam aeternam, el sic est Vetus ac Novum Testamentum. 3° Liber militiae intelligitur in quo militum gesta recitantur ; similiter liber vitæ est in quo facta singulorum continentur, rl sic dici potest vis divina qua fit ut cuilibet in memoriam revocentur facta sua. Quo sensu intelligi possunt Apocalypsis verba : « Et libri aperti sunt, et alius liber apertus est, qui est vitæ ; et judicati sunt mortui ex his qua· scripta erant in libris, secundum opera ipsorum[1]. »

Γl. Liber vitæ proprie respicit vitam gloriæ (e. 2). — Sensu enim proprio liber vitæ est notitia electorum ad *vilain.* Porro electio hujus modi est ad quemdam statum qui sit supra naturam ; nam supervacaneum est eligi aliquem ad ea quæ sibi naturaliter conveniunt ; et pariter electio est ad statum qui habeat rationem finis, sicut miles inscribitur non ut armetur, sed ut pugnet. Ergo liber vitæ est proprie de statu qui est supra naturam et rationem habet ultimi finis. Sed ambæ conditiones competunt tantum vitæ gloriæ : vita quippe naturæ non est ex electione vila aulcm gratiæ non habet rationem finis ultimi, sed medii. Ergo liber vitæ est proprie de vita gloriæ.

Secundum quid tamen vita gratiæ dici potest liber vitæ, quatenus gratia est semen gloriæ et jus confert ad gloriam.

III. De libro vitæ proprie sumpto nullus deleri potest; de libro autem vitæ secundum quid potest aliquis deleri (a. 3). — Liber vitæ est conscriptio ordinandorum in vitam æternam. Porro possunt aliqui ad vitam æternam ordinari vel proprie et simpliciter, nempe ex prædestinatione, el hi nunquam delentur, quia sunt ordinati ad habendam vitam æternam in seipsa ; vel secundum quid, nempe ex gralia el hi possunt deleri, quia sunt ordinati vel scripti ad habendam vitam æternam tantum in causa, quæ non ‹ sl imlefei l ibilis. Unde possunt deleri, in quantum pos-

1. Apoc., xx, 12.

mint a gratia deficere ; il erum dici possunt inscribi quatenus recuperant vitam gratiae.

IV. De Dei potentia seu omnipotentia (q. xxv), — Omnia symbola profitentur Deum *omnipotentem,* et con- ilium Vaticanum iterum credit el profitetur unum Deum verum et vivum, creatorem coeli et terne, *omnipotentem*[1].

Non est in Deo potentia passiva, qua; est principium patiendi vel recipiendi ; sed est utique potentia activa, quæ fundatur in actu; et, quia in Deo actus est infinitus, potentia activa est simpliciter infinita.

Hinc dicitur Deus omnipotens, non quia potest facere omnia possibilia sibi, ut exponunt nominales, sed quia potest facere quidquid contradictionem non implicat[2]. Cum enim potentia divina fundetur in esse divino, habet pro objecto quidquid habet rationem entis. Sed quidquid habet rationem entis est præcise id quod contradictionem mon implicat. Ergo objectum omnipotentiæ divinæ est quidquid non involvit contradictionem.

Divina potentia ad præsentem rerum ordinem non coarcltur, sed plura et majora facere potest quam facit. Coarc- 'Iio quippe non provenit ex necessitate naturæ, cum Deus agat liberrimo consilio ; nec propter divinam sapientiam, quasi non posset alium excogitare ordinem, nam ratio præséntis ordinis non adæquat divinam bonitatem, sed alii et alii ordines remanent possibiles et convenientes.

Hcs autem ipsæ conditæ non possunt fieri a Deo *meliores substantialiter,* eo quod substantiæ sint immutabiles nec. suscipiant magis et minus ; scii possunt fieri *meliores accileliilaliler,* c* m ex parte accidentium sit latitudo secundum minus et magis. Potest tamen Deus qualibet re a se condita aliam meliorem simpliciter facere : quia nulla creatura ita divinam bonitatem suscipit ut hæc exhauriatur **ul** non possit perfectius participari[3].

\l lento vero gloriæ gradu quem intendit Deus acquirere p'i præsentem ordinem, non potest esse aliquid melius,

1 Cap. i, *De Deo rerum omnium creatore.*
2 Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* t. V, p. 58 ss.
3. *Curs. Philos. Thomist.,* I. V, p. 192.

sicut si una chorda plus debito intenderetur, corrumperet''r citharæ melodia (a. 6, ad 3).

Demum, ex parte *termini,* sunt quædam quibus melius dari nequit, sicut non potest esse melior terminus in unione quam persona Dei ; in visione et fruitione, quam essentia Dei ; in maternitate divina, quam ipse Deus, filius Virginis (a. 4, ad 4).

V. De divina beatitudine (q. xxvi) — Deus est *in se* beatus, quia est ipse suæ beatitudinis objectum, et *ex se* beatus, quia nullo alieno auxilio ad suam felicitatem indiget[1][2] Deus est sua beatitude *objectiva,* cum sit summum bon un; et sua beatitudo *formalis,* cum sit sua operatio, suumque intelligere.

Est pariter omnium beatorum beatitudo *objectiva,* utpote bonum omnis boni, seu summum bonum ; at non esi beatitudo *formalis* nisi sui ipsius : quia beatitudo formalis est operatio qua beatus suam beatitudinem objectivant consequitur. Unde in coelo una est beatitudo objectiva, sed multæ sunt mansiones[1].

In divina beatitudine eminentissime continetur quid quid est in quacumque beatitudine appetibile et desiderabile : ut pulcherrime exponit Angelicus, discurrendo per singula quæ sunt in beatitudine contemplativa, activa, et terrena (a. 4).

Sicut ergo Deus habet pro fama admirationem totius creaturae, habeat speciatim pro gloria admirationem discursos nostri theologici.

Et sic convenientissime absolvitur tractatus de Deo Uno in ipsa Dei beatitudine.

Deo ergo sumine bono summeque beato, omnisque boni el beatitudinis primo fonti, sit laus, honor et gloria in sæcula saeculorum. Arnen.

1. Him· verba concilii Vaticani : « *In se el ex se beatissimus* », cap. i, *Lh' l)e‹›rerum omnium creatore,* Denzinger, 1782.
2. Cf. Supra, tui q. xn, a. 6.

TRACTATUS SECUNDUS

DE SANCTISSIMA TRINITATE

Beatitudo Dei, in qua Doctor Angelicus absolvit Tractatum de Deo Uno, habetur proprie in vita Dei intima; quæ quidem veram familiam innuit et est Trinitas personarum.

Jam vero non possunt intelligi tres in Deo personæ realiter distinctæ, nisi secundum relationes *originis*. Unde totus tractatus nititur illis primis principiis de origine seu *processione*. Quapropter, si attendatur ordo doctrinæ, qui est ordo syntheticus, retinenda omnino est methodus et divisio S. Thomæ.

Hinc in Tratatu de Trinitate triplex pars præcipua :

I. Pars. — De Origine seu Processione.
II. Pars. — De Relationibus Originis.
III. Pars. — De Personis, quæ his relationibus constituuntur.

hides autem de Trinitatis existentia erat temporibus I». Thomæ adeo recepta, ut minus opportunum videretur præmittere de illa quaestionem. At hodie, propter præjudicia et errores grassantes ævi nostri, necesse omnino est iitabilire mysterii existentiam ex foul ibus revelationis, Scriptura scilicet ac Traditione. Quæ quidem proæmialis quæstio erit per modum introductionis in ipsum Tractatum Angelici Præceptoris.

QUÆSTIO PRIMA

De existentia SS. Trinitatis

Investigandum est breviter quomodo Sacra Scriptura testetur existentiam trium personarum realiter distinctarum et perfecte tamen consubstantialium, quæ nempe sunt unus Deus ; quomodo Sacra Traditio dogma illud semper asseruerit et contra diversas erroris formas vindicaverit.

ARTICULUS PRIMUS

QUOMODO SACHA SCRIPTURA TESTETUR EXISTENTIAM SS. TRINITATIS

I. De ipso vocabulo Trinitatis. — Vocabulum derivant S. Isidorus et Magister *Sententiarum* a trium unitate, quasi 'trinitas diceretur *triunitas,* vel *trium unitas* : « Trinitas appellatur quod fiat totum unum ex quibusdam tribus, quasi *Triunitas*[1]. » — « Trinitas ut *trium* unitas[2]. »

Verum communius tenent philologi trinitatem etymologice nihil aliud esse quam *ternilatem.* Directe igitur vocabulum importat numerum ternarium seu ternitatem personarum, licet indirecte et in obliquo etiam unitatem in natura includat[3][4]

Quocirca vox *Trinitas* idem valet ac vox græca τοιάς, qua· est jam a primis Ecclesiæ sæculis usitata, siquidem usurpatur a Théophile Antiocheno, ante finem sæculi ir| ;

1. Isinoa., *Origin.,* lib. VII, c. iv.
2. Ιτη. Lombard., *I Sent.,* dist. 24.
3. C.f. I'i.tav,, *Theol. dogm.,* t. II, lib. VIII, η|ß I, III ; Mgr G)· Noui.iiia ‹„ *llialoire du dogme catholique,* I P., l. IV, c. n.
4. I'm.iipjii! . Antioch., *Ad Autolycum,* II, 15 ; *P. L.,* vi, 1077

deinde a Clemente Alexandrino[1];* ab Origene', a Dioynisio Alexandrino[3] et a Dionysio Papa[4].

Vox *Trinitas* sæpius a Tertulliano adhibetur sensu determinato quem nunc retinet, pro tribus personis in uno Deo, ita ut sit Trinitas unius divinitatis[5]. Eodem ævo, Novatianus, discipulus Tertulliani, librum scribit de *Trinitate*[6].

II. De ipsa re. — Est autem Trinitas mysterium trium personarum in una essentia divina.

Dogma illud quatuor puncta præcipua includit.

1° Pater et Filius et Spiritus Sanctus non sunt tria nomina, vel 1res formæ aut tres evolutiones unitatis divinæ, sed tres personæ realiter distinetæ, ita quidem ut una fieri possit et fiat homo quin ullatenus id queat de cieteris dici.

2° Singulæ personæ sunt sibi consubstantiales et æquales, el veram atque integram habent, absque divisione, naturam divinam.

3° Inter ipsas naturalis ac inviolabilis viget ordo, ut prima, Pater, sit sine principio et principium aliarum ; secunda vero, Filius, procedat a Patre per viam generationis; tertia demum. Spiritus Sanctus, procedat a Patre rl Filio, tanquam unico principio et unica spiratione.

4° Tres illæ personæ, licet reali ordine distinct®, sunt ima res summa et absoluta, una Deitas, unus Deus.

III. De revelatione mysterii Trinitatis in Veteri Testamento tria versari possunt. — Quæri enim potest : 1° utrum [dogma illud fuerit publice propositum populo credendum ; utrum a nemine fuerit agnitum ; 3° utrum ex texi ibus]\ oleris Testamenti possit aliquatenus probari vel insi-llluari Trinitas personarum.

I I. Clement. Alexandr., *Strom.,* v, 14; vi, 7; *P. G.,* vm, 156, ■ho, 4*20.
I ", Origen., *In Joan.,* n, 6 ; *P. G.,* χιν, Γ28.
I 4 Cf. S. Athan., *De seni. Dionys.,* 17 ; *G. P.,* xxv, 505.
I l S. Athan., *De Decrelis Nicænæ Synodi,* *26 ; *G. P.,* xxv, 461.
I ▷ Tertull., *Ado. Praxeam,* n et m ; *P. L.,* n, 180, 18*2.
|i< Novatianus, *De Trini!.; P. L.,* m, 911-982.

IV. Communis est hodie sententia mysterium SS. Tri nitatis non fuisse in Veteri Testamento omnibus propo situm ut publice credendum. — Jam animadvertebat S. Epiphanius *unitatem* Dei annuntiatam fuisse per Moyd sen ; *dualitalem,* id est distinctionem Patris et Filii, per prophetas; *Trinitatem* demum in Evangelic12 S. Thoma* distinguit triplicem periodum : ante legem, sub lege, sub gratia. Ante legem, Abraham et alii patres prophetice sunt instructi de his quæ pertinent ad fidem Deitatis ! præcipua revelatio facta est Abrahæ, cuji s tempore coeperunt homines a fide unius Dei deviare, ad idololatriam declinando. Moyses postea plenius fuit instructus de simplicitate divinæ essentiæ. Postmodum vero, tempora gratiæ, ab ipso Filio Dei revelatum est mysterium Trinitatis a.

Ratio forte cur dogma illud non fuerit omnibus propositum est quam plures assignant, ne scilicet Judæi. till idololatriam proclives, tres esse Deos existimarent.

V. Quibusdam tamen ex speciali privilegio potuit mys terium Trinitatis revelari. — A communi ignorantia multi doctores eximunt summos sanctissiinosque viro» Veteris Testamenti, præsertim Abraham, Moysen et prophetas, qui de regno messianico vaticinati sunt. Ita send tinni. S. Epiphanius, S. Cyrillus Alexandrinus, ri. Gn-g-i· rius M.3.

Exsistimant etiam S. Augustinus et S. Thomas mysterium In> amationis, quæ Trinitatem supponit, innotuisse angelis in statu viæ et Adamo in statu innocentiæ4.*

Decebat ut qui Christum figurabant et præparabantJ non simpliciter ipsum ignorarent, et qui amici Dei appellul

1. S. Epiphan., *Aneor.,* 73; *P. G.,* xl iii, 153. — De tota lilii quiestione, cf. J. Lebreton. *Les origines du dogme de la Trinilu*

2. S. Thom., Is II®, q. clxxiv, a. 5.

3. Cf. S. Epiphan., *Hæres,* vin, 5; *P. G.,* xl i, 212; S. Cyhiii**J** Ai i \anihi., *Coni. Julian.,* 11 ; *P. G.,* lxxvi, 532, 540 ; S. Gni.:ouiii M., *In Ezecliiel,* 2, 4, 10; *P. L.,* lxxvi, 979-980.

I. Cf. S. Augustin., *De Genesi ad litteram,* lib. V, c. xix ; *P l* J xx.xiv, 331 ; S. Thom., I P., q. lvii, a. 5 ad 1 ; q. lxiv, a. 1. I" 1l q. n, a, 7, et *Comment, in Ephes.,* ni, lect. 3.

lii sunt, aliquid de vita Dei intima noverint. Quod insinuare videtur ipse Dominus : « Abraham, pater vester exultavit ut videret diem meum ; vidit et gavisus est[1]2» « Multi prophet® et justi cupierunt videri·11; multi prophetæ et reges cupierunt videre quæ vos videtis3:* »

Desideria adeo vehementia non ferebantur in hominem purum et mortalem ; quapropter ex his sequi videtur summos illos viros habuisse *quamdam,* licet obscuram, notitiam Christi et Christian® œconomiæ, quæ est regnum SS. Trinitatis. Quænam vero fuerit illa cognitio non potest determinari.

VI. Textus autem Veteris Testamenti qui SS. Trinitatem insinuare videntur ad quatuor classes revocari possunt. — 1° *Pluralis* numerus ab ipso Deo usurpatus : « *Faciamus* hominem ad imaginem et similitudinem *nostram**. Adam quasi unus ex *nobis* factus est[5]6 *Descendamus* et *confundamus8».* In his exhibetur Deus alloquens non angelos, quia homo non fit ad imaginem angelorum ; sed semetipsum, quod innuere videtur in Deo quamdam plenitudinem vit® intimæ, quæ pluralitatem personarum insinuat. Quocirca, etsi non indicetur expresse Trinitas, mysterium aliunde revelatum apprime hujusmodi locutiones explicat7.

2° Vox *Dei,* similisve, *Ier* repetita : « Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus ; Sanctus, Sanctus, Sanctus8. » Supposita revelatione mysterii, congruenter de Trinitate repetitio accipitur ; at inde non habetur demons-

1. Joan., viii, 56.
2. Matth., xm, 17.
3. Luc., x, 24.
4. *Genes.,* i, 26.
5. *Genes.,* m, 22.
6. *Genes.,* xi, 7.
7. P. Lagrange, O. P. : « Le mystère de la Sainte Trinité n'est juin expressément indiqué, mais il donne la meilleure explication il< cette tournure, qui reviendra encore. » *(Genes.,* ni, 22; xi, 7; *h.,* vt, 8 ; *Reçue Biblique,* 1896, p. 387.— Cf. Hugon, *Le Mystère île la Tris Sainte Trinité,* p. 8-16.

H. *Ps.* 1xvi, 7-8 ; Isai., vi, 3. — Cf. Suarez, *De Trinit.,* 1-10 ; I'KTav., *De Trinit.,* c. vu, 11-14.

tratio, cuiii mos sit. apud Hebræos quædam verba ter aut. pluries repetere, v. g. : Terra, terra, terra1.*

3° *Theophaniæ,* nempe manifestationes divinæ quibus duæ personæ, vel etiam tres, ut ad Mambre, se prodere videntur : « *Tres* vidit et *unum* adoravit4. » Aliqui Patres theophanias attribuunt secundæ personæ, alii autem toti Trinitati3. Quia autem non constat de interpretatione litterali, non potest ex theophaniis argumentum *scripluristicum* certum depromi pro existentia Trinitatis ; licet valeat argumentum ut *palristicum,* tamquam testimonium catholicæ Traditionis.

4° Citatur textus iste Libri Sapientiæ : « *Deus* patrum meorum et Domine misericordia*., qui fecisti omnia *Verbo luo* et *Sapientia* tua constituisti hominem... Sensum autem tuum quis sciet nisi tu *dederis* sapientiam, et *miseris Spiritum Sanctum* tuum de altissimis4. »

1res hic indicantur : *Deus,* seu principium mittens, Verbum seu *Sapientia,* et *Spiritus Sanctus.* At quæstio est utrum *Sapientia* et *Spiritus Sanctus* sint hypostases distinctæ, an potius attributa divina. Verba quidem *dari, mitti,* melius de personis intelliguntur. præsertim, cum auctor petat unionem cum ipso Deo, et non tantum cum donis ipsius. Verum, ut Trinitas, detegatur accedere debet lumen Novi lestainenti.

Quoi irca, li< et in S< ripturis Veteris Testamenti adumbret ur vel insinuetur mysterium Trinitatis, revelatio tamen proprie dicta et. completa novæ œconoiniæ reservatur.

VII. Discrimen est attendendum inter manifestationem Filii et manifestationem Spiritus Sancti in Veteri Testamento. — Alluditur quidem ad Spiritum Dei, qui fertur super aquas*, qui dat hominibus vitam®, qui scientiam

1. .I EHEM., XXII, 29.
2. *lienes.,* xvni.
3. l'.f. I'. I >oin I.egeay, O. S. B., *L'Ange et les Theophanies,* in *Hevtie Thomiste,* 1902-1903.
4. *Sap.,* ix, 1, 2, 17.
5. *lienes.,* ı.
6. *lienes.,* Il, 7 ; .Imi., xxxπ, 4.

influit ad explicanda somnia[1], qui prophetas illuminat[2], qui est Sanctus[3], qui Messiam unget et septem donis replebit[4].* At difficultas movetur utrum sit hypostasis distincta an solum attributum divinum.

Existimant tamen plures theologi' Spiritum Sanctum agnitum fuisse ut personam a quibusdam summis viris in Veteri Testamento, ut v. g. ab Isaia, cujus ore loquebatur, ut testantur *Aclus Apostolorum*[6]. Clarior paulatim lil manifestatio, dum appropinquant tempora messianica : hinc angelus qui apparet Joseph[7] et B. Virgini[8], loquitur de Spiritu Sancto tamquam de persona vera et speciali, de qua nullum dubium ingeritur in mente Joseph aut B. Virginis : « Quod in ea natum est de *Spiritu Sancto est.* » — *Spiritus Sanctus* superveniet in te. » Quæ omnia evincunt personam Spiritus Sancti esse jam utrique notam.

VII. Ad Filium porro quod attinet, probari potest ex Veteri Testamento esse personam distinctam a Patre, imo ‹›t personam divinam, sed accedente lumine Novi Testamenti et Catholicæ Traditionis. — Esse personam a Patre distinctam ostendunt omnes prophetiæ mes°ianicæ, quæ Messiam exhibent ut personam *aliam, cui* Deus loquitur i unquam filio genito : « Filius meus es tu. ego hodie genui te. Dixit Dominus *Domino* meo : ...Ante liniferum ego hodie genui te... Parvulus natus est nobis[9]. »

Personam autem illam esse Deum erui potest ex præfatis lextibus, si lumine Novi Testamenti illustrentur. Requiri! ur sane illud lumen, unde Judæi non videntur intellexisse quomodo Messias, qui est verus homo et filius David, sit ilmm verus Deus[10]. At, accedente tali lumine, consta!

1. *Genes.,* xli, 38-39.
2. Osee, iv, 7 ; *II Reg.,* xxm, 2.
3. *Ps.* L, 13.
I. Isai., xi, 23 ; lxi, 1.
... Cf. Heinrich, *Dogmatische Theol.,* t. IV, p. 25 ss.
6. Cf. Act., xxvni, 25.
7. Matth., ii, 25.
8. Luc., i, 35.
9. *Ps.* n ; *Ps.* cix ; Isai., vii et ix.
|o. Matth., xxii, 42-46.

præfolos Icxliis esse, messianicos, n; ni sive Christus, sive Paulus, sive primitiva Ecclesia, illos de Christo interpretantur*. Iu psalmis quippe persona dicitur genita a De;·, de familia David el tamen Dominus David. Quomodo autem potest esse filius David et ejus Dominus, nisi simul sil verus homo et verus Deus, seu Deus incarnatus ? Exhibetur plane æqi alis Deo, nam sedet *a dexlris ejus.* In Isaia, persona illa dicitur Deus, et attributa suscipit quæ soli Deo competunt : « Parvulus natus est nobis... Et vocabitur nomen ejus *Deus foriis, Paler fuluri sæculi.* » Unde hic etiam innuitur Incarnatio ; nam idem est qui nascitur parvulus et qui vocatur Deus, Pater futuri sæculi.

Patres etiam de Christo Deo accipiunt quæ in libris Sapientialibus de divina sapientia traduntur. Theophilus quidem Antioch mus et S. Irenæus Sapientiam intelligurI Spiritum Sanctum5 ; at cæteri Patres, saltem a sæculo ni. tenent esse Verbum, personam a Patre distinctam eique in productione mundi assistentem, per quam Pater manifestatur3.

Inde habetur argumentum *pctristicum,* licet non stricte *scripluristicum* ; at argumentum ex prophetiis est utique scripturistit um, juxta effatum S. Epiphanii : *Dualilas,* id est distinctio Patris et Filii, fortiter inculcatur a prophetis4.

IX. Ex Spirituris Novi Testamenti Trinitas personarum certissime probatur. — Non adhibetur quidem formula « 1res personæ in una substantia », sed doctrina ipsa æquivalenter enuntiatur, nempe Patrem ?t Filium et Spiritum Sanctum esse tres distinctos et tamen esse unum Deum.

Quocirca, ut demonstratio rite confuiatur, ostendendum i st affirmari in libris Novi Testamenti et *dislinclionem* cl *c(nsubslanlialiialem,* seu divinitatem personarum. Hæc

1. Matth., xxii, 41-46; *Hebr.,* i, 5: *Aci.,* iv, 25, 27; xm, 32.
2. TIII.oiiiii . Antioch., *Ad Aulol.,* n, 15; *G. P.,* vi, 1077; S. Ihicn., *Coni. Haeres.,* c. xx, l ; *P. G.,* vn, 1032.
3. (Γ. .l l'stin., Dialog. 61 ; P. *G.,* vi, 612; Tertull., *Adu. Pra.r.,* 7 n, 16l l<>? ; S. Atiian., *P. G.,* xxv, 20, et xxvi, 69, 184 ss ; S. Cybii i . Ilii nos., *Catech.,* 4. 7 ; *P. G.,* xxxm, 461-464.
4. S. Eiuiipan., *Aneor.,* 73 ; *P. G.,* x1iii, 153.

sunt duo fundamentalia asserta quæ contra incredulos vel h.creticos semper vindicavit Ecclesia. Primi quippe hærelui, modalistæ et patripassiani, qui divinitatem personarum confitebantur, realem negabant distinctionem ; siibordinatiani autem et ari· ni, qui distinctionem tuebantur, consubstantialitatem infitiati sunt; pneumatomachi, sieculo iv, qui personalitatem Spiritus San ti retinebant, divinitatem ejus lædebant. Nonnulli aulem protestantes rc< entiores, ut Ménégoz, Goguel, Bovon, etc., qui divini lutem Spiritus Sancti credunt, aliunde contendunt Spiritum Sanctum non esse personam a Patre distinctam[1].*

Utrumque porro assertum eatholicum in Novo Testamento invenitur.

X. Distinctio personarum in libris Novi Testamenti. — l· ilium a Patre distingui realiter, liquet ex ipsis vocabulis Patris et Filii, ut animadvertit Tertullianus', nam paternitas et filiatio se mutuo secernunt. In prologo Joannis idlirmatur simul et distinctio Verbi a Patre et consubs-Hmtialitas cum Patre . distinctio quidem realis, nam Verbum est *apud* Patrem, «ρὸ , et, dum Pater in seipso reuruict, Verb nn caro factum est et habitavit in robis; et ' oiisubstantialitas, nam Verbum est Deus. In baptismo Christi clarissime innotescit distinctio, quia Pater loquitur de Filio tamquam cie altero in quo sibi complacuit[8].

Paulus distinguit Pttrem et Filium ejus, Jesum Ghris-l mu'l.

Distinctio Spiritus Sancti a Patre et Filio enuntiatur iu b pii uno Christi ; nam singulis personis tribuitur nomen proprium et operatio propria ; ct pariter ubi de peccato iu *l'ilium,* et in *Spiriluin Sanctum* ; Spiritus Sanctus quippe e Jubetur, non ut virtus quædam vel attributum, sed ut p i sima realis a·· vera, quam specialiter lædit et offendit [[iec< al um5.*

[1] Ménégoz, *Etudes sur le dogme de la Trinité,* p. 10 ; Goguel, 'o *notion Johannique* de *TEsprit,* Paris, 1902 ; Bovon., *La théoIll/1·· du Nouveau Testament,* Lausanne, 1905.

[2] Tertull., *Ado. Prax.,* ix, 10 ; *P. L.,* n, 164.

[3] Luc.., ni, 22; Matth., iii, 17.

[4] *// Cor.,* i, 3 ; *Ephes.,* i, 3.

[5] Matth., xii, 31-32; Marc., ni, 28-29; Luc., xn, 10.

Iterumque liquet ex formula baptismi : « Baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. » Pater primo loco ponitur, Spiritus Sanctus tertio kco ; unde iste non est idem cum Patre, ut somniant præfati protestantes.

Vis apodictica inest textui quo Christus promittit Spiritum Samium : « Et ego rogabo Patrem et *alium* Paraclitum mittet vobis... Parai litus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, *ille,* εκείνο;, vos docebit omnia1. » *Tres dislirrli* assignantur : *Paler,* qui dat et mittit ; Filius, in cujus nomine fit missio ; et Spiritus San; tus, qui mittitur et est *alius* tum a Patre tum a Filio.

S. Paulus recolit Spiritum Sani tum esse simul Spiritum Patris el Filii ab utroque distinctum2, et formulas adhibet quibus Spiritus Sanctus cum Patre et Filii·, tamquam persona distincta, nominatur3.*

Objiciunt adversarii : 1° Pater et Filius vocantur etiam *spiritus* ; ergo Spiritus Sanctus non est persona ab utroque distincta.

Bcsp. : Hoc ostendit esse unum spiritum, seu unam naturam spiritualem, minime autem -inam et eamdem personam1.

Beponunl : 2° Scriptura attribuit Filio quæ dicuntur de Spiritu Sancto, nempe habitare in justis5ϐ esse nostrum advocatum®, (te.

Ilesp : Idite.um evincit Filio et Spiritui inesse eamdem naturam eamdcinque attributa divina; attextus illi non contradicunt cæteris jam citatis, qui distinctionem personarum enuntiant.

XI. Consubstantialitas seu divinitas Filii asseritur in libris Novi Testamenti. — De divinitate Patris nulla instituitur quæstio, cum omnes qui verum Deum agnoscunt

1. Joan., xiv, 16-26. — Cf. J. Lebreton, *Les origines du dogme de la Trinité.*
2. *Hom.,* vin, 11.
3. *I Cor.,* xii, 46 el // *Cor.,* xin, 13.
l i.f. S. Vugustin., *De Trinit.,* lib. XV, c. x, n. 37; *P. l.* xi.Il, I0H7.
5. Joan., xiv, 16-17.
6. *1 Epist.* Joan., ii, 1.

id saltern de Patre confiteantur. Contendunt porro rationalist» et iroderristæ, post adoptianos et arianos, Chris loin in S'ripturis dû i filiun Dei sensu morali tantum, non essentiali et proprio. — At, e contra, tura Evangelia synoptica turn Evangelium Joannis, Ium Epistolae, certissime tradunt Christum esse proprie et essentialiter Deum.

XII. Evangelia synoptica. — Tribuunt Christo *originem* proprie divinam *potenliamque* proprie divinam, *squalitatem* cum Deo proprie dictam, *naturamque* proprie divinam.

1° *Originem* proprie divinam, cum se discernat Christus ;ib omnibus præst^ntissimis viris Veteris Testamenti, et majorem se dicat Salomone1; *priorem* David et *Dominum* David2 : majoremque Moyse, nam Moyses loquitur nomine Dei, Christus autem nomine proprio : *Ego autem dico vobis*3. — Origo illa divina demonstratur ex conceptione miraculosa, quæ fit virtute Spiritus Sancti, et ex attributis divinis, quæ Christo dantur ; ut nempe habeat regnum ternum et Filius Altissimi vocetur4.

2° *Potentiam* proprie divinam Potest enim *perficere* legem, quæ est institutionis divinæ5 ; est dominus sabbati, quod erat etiam juris divini6*; potest remittere peccata, quod est ceite Dei proprium' et peccata remittit vi propria et uno verbo8.* Ipsi competit potestas in totam crealuram, quæ ipsi obedit universaliter8, et etiam angeli ipsi ministrant ut famuli10. Quia ergo data est illi *omnis* potestas in coelo et in terra11, est omnipotens et verus Deus.

3° *Æqualitatem* cum Deo completam : qui enim sedet *ad dexteram* Patris est ipsi simpliciter æqualis. Sed Filius dicitur

I. Matth., xii, 41.
Matt ii., xxii, 41-46.
3. Matt ii., v, 22, 28, 34, 39, 44.
I. Lue, i, 31 ss.
Matt ii., v, 17.
c. Matt ii,, ix, 15. Marc., ii, 28; Luc., vi, 15.
Matt ii., ix, 18; Marc., ii, 1-12; Luc., v, 17-26.
H. Luc., vu, 40-50.
Cf. S. Thom., îII P., q. XLiv.
10. Lue., n, 13 ; Matth., iv, 11 ; Matth., xxvi, 53.
II. Matth., xxviii, 18.

sedero ad dexteram Patris[1]2Ergo. Insuper, Christus ita se exhibet Patri æqualem ut in cognitione ipsum Patrem comprehendat, quem admodum Pater comprehendit Filium, Ex quo efficax eruitur argumentum. Quum ex cognitionis amplitudine innotescat amplitudo cognoscentis, ille qui comprehendit, infinitum, sicut ab infinito comprehenditur, est pertecte æqualis Deo, seu essentialiter infinitus. Atqui Filius comprehendit infinitum, sicut ab infinito comprehenditur : « Et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius et cui voluerit Filius revelare'. * Ergo Filius est æqualis Patri et essentialiter infinitus.

Cognitio divina etiam ostenditur ex eo quod Christus videat secreta cordium[3].

4° *Naluram* essentialiter divinam. Constat cx confessione Petri. Illa filiatio qua Christus dicitur *Filius Dei* esi veritas ita inaccessa ut solus Pater possit illam revelare : « Respondens Simon Petrus dixit : Tu es Christ us Filius Dei vivi. Respondens autem .Jesus dixit ei : Beatus es, Simon Barjona. quia caro et sanguis non levelavit tibi ; sed *Paler meus,* qui in coelis est[4]5» Filiatio porro moralis non est veritas ita excelsa ct ignota, sed erat jam Judæis manifesta, qui Deum agnoscebant ut Patrem. Ergo filiatio Christi non esi moralis, sed essentialis, quæ naturam proprie divinam importat, 'restatur Christus ‹ oram Caipha se Filium Dei esse, et illum condemnat Caiphas reum esse mortis eo quod se Filium Dei confiteatur[8]. Atqui nulla esset ratio damnandi, imo nec accusandi, si de filiatione morali verba intelligerentur, cum hæc multis hominibus tribautur.

Nec protestatur Christus, nec denegat se Deum esse, sed mortem acceptat et subit, quia verum est se Dei Filium esse per naturam. Hinc Chris.lus dici potest verus *lestis* ac *martyr* saæ divinitatis.

XIII. S. Joannes. — In prooemio Evangelii tribuuntur

1. Matt ii., xxii, 41-46.
2. Matt ii., xi, 27.
3. Him· ıITıIıuıı S. Ambrosii : « *Occultorum cognitione D-uin c.ss›· ilrinonxtntl.* S. Ambros., *In Luc.,* lib. V, ŋ. 12; *P. L.,* xv, 1723,
4. MAtı u., xvi, 17.
5. Marc:., xiv, 61-62; M vit ii., xxvi, 63.

hristo natura divina cl ai tributa divina. Natura divina : Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum. » Eadem \ux *Deus* eodemque sensu tribuitur Patri et Verbo ; Verbum quippe erat apud Deum Patrem et erat Deus, sicut Pater. Attributa divina : 1° Æternitas ; nam *in principio,* ilieet ante omne tempus, erat Verbum ; ?° vis creatrix : munia *per ipsum facia sunl* ; 3° potentia divina largiendi vitam sive naturalem sive supernaturalem : *In ipso vila erui el vila erat lux hominum* ; 4° potentia divina regenerandi homines et deificandi : *Dedil eis poleslalem filios Dei fieri.* Ille autem qui vi sui deificat est Deus per essentiam, sicut ille calefacit ignis qui est vi sui calidus.

Aliud irrefragabile testimonium est declaratio ab ipso hristo facta Judæis : « Ego et Pater *unum* sumusl. » \ i-rba ipsa unitatem naturæ et consubstantialitatem cum Paire asserunt; et ita fuisse a Judæis intellecta liquet ex i mitextu, nam sustulerunt Iapides ut loquentem lapidarent : « Quia tu homo cum sis, facis teipsum De im. » Nec interpretationem corrigit Christus, sed potius confirmat, ex operibus arguendo : « Si non facio epera Patris mei, nolite i rodere ; si autem facio, et si mihi non vultis credere, Operibus credite, ut cognoscatis et credatis quia Pater in me i d et ego in Patre2. » Unde Christus, faciendo Patris opera, ita est Patri æqualis ut Pater sit in ipso et ipso sit in Patre. Quæ quidem æqualitas est circuminsessio et perivi Iu consubstantialitas.

In *Apocalypsi* Joannes hristo trib ut nomina eadem sibi det Deus, nempe ut sit *Vivens, Sanclus, Alpha* et *Omega, principium* et *finis, Bex Begum* et *Dominus Dominantium., Judex* supiemus qui reddit unicuique secundum opera sua3. In prima Epistola Joannes illum vocat verum I ilium Dei et verum Deum : « Et simus in *vero* Filio ejus. Illi' est *verus Deus* et vita æterna''. »

XIX. S. Paulus. — Agnoscit in Christo *allribula divina;*

1 Cf. .Joan., x, 30 ss.
2. Joan., x,' 37-38.
Apoc., i, 18; iv, 9-10; vi, 10; m, 7; xxn, 13; xvn, 14; lix, 1(1 ; n, 23.
3 I Joan., v. 20.

nain ipse est creator et in ipso omnia constant[2] ipse est unicus omnium Dominus, sicut Pater est unus Deus* ; et ipse meretur honorem divinum ; ita ut in nomine eju omne genu flectatur[3]. *Naturam divinam,* siquidem dicitur *proprius* Filius Dei[4] et in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter[5].

Textus christologicus praecipuus desumitur ex epistola ad *Philippenses*[6] « Qui cum *in forma* Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed exinanivit semetipsum, *formam* servi accipiens... » — Sicut *forma servi* designat veram hominis conditionem et naturam, ita *forma* Dei designat veram conditionem Dei, seu veram naturam divinam.

Qui textus asserit Christum esse verum Deum et verum hominem, seu duas conjungere in una persona naturas, divinam et humanam. Divinitas Filii asseritur etiam in epistola ad *Romanos* : « Ex quibus (Israelites) est Christu secundum carnem, qui est super omnia *Deus* benedictus in sæcula[7]. » Hæc est interpretatio communis Patrum et theologorum[8][9]

Epistola ad *Hebræos* luculentum de divinitate Christi exhibet testimonium ; nam illum vocat Filium Dei : « Locutus est nobis in *Filio* » ; hæredem universorum, creatorem, per quem fecit et sæcula, Dominum angelorum, conservatorem universi, *porlans omnia verbo virlulis suæ,* quæ attributa soli Deo conveniunt. Imo Filius est propria et substantialis imago Patris : *qui cum sit splendor gloria·* et *figura subslaniiæ* ejus. Porro substantialis imago Dei nequit osse nisi Deus. Vocatur directe Deus : *Thronus tuus,* Deus, *in saeculum sæculp.*

1. *Colos.,* i, 16-17.
2. *I Cor.,* vili, 6.
3. *I Cor.,* i, 2. et *Philipp.,* u, 10.
I. *Rom.,* vni, 3, 31.
5. *Colons.,* n, 9.
6. *Philipp.,* n, 6 ss.
7. *Hom.,* ix, 5.
8 I Il huit convenir, avec saint Cyrille, qu on ne saurait souhaiter un lénioigiinge plus clair en faveur de la divinité de Jéstr Christ. » I'. Durand, S. .1., *Revue Biblique,* octobre, 1903.
9. *Hebr.,* i, 1-8.

Supcrest alius lexlus apodicticus, nempe serino Pauli, <|ui refertur in *Aclibus Apostolorum* : « In quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam De i, quam *acquisivit sanguine suol*.* » Ille ergo qui Ecclesiam acquievit sanguine suo est verus Deus, et sanguis Christi est sanguis Dei. Nulla hic moveri potest difficultas de authenlicitate aut de contextu vel de interpretatione litterali : Ecclesia *Dei* est acquisita sanguine *Dei* ; ac proinde Christus est Deus*.

XV. Consubstantialitas, seu divinitas Spiritus Sancti asseritur in libris Novi Testamenti. — Quia incarnatio et missio Christi erat praecipuum apostolicæ praedicationis objectum, mirum esse non debet pauciora haberi de Spiritu Sancto testimonia ; attamen potest ex libris Novi Testamenti probari ejus divinitas.

In Synopticis. Operatio divina tribuitur Spiritui Sancto, nom conceptio Verbi, opus utique divinum, fit ejus virl nie : « Quod in ea natum est de Spiritu San» tc est... Spiritus Sanctus superveniet in te3. » — Peccatum in Spiritum Sanctum exhibetur ut peccatum contra personam divinam, ul jam animadvertimus (n. x). — In baptismo Christi imul cum Patre manifestatur et in formula baptismi eodem jure cum Patre et Filio nominatur4.*Porro qui eodem ordine rl honore cum Patre et Filio ‹ olitur eamdem habet divinil ntem.

Apud Joannem. Opus proprie divinum, nempe justificationis et regenrationis, tribuitur Spiritui Sancto : « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto·'. » Hinc argumentum S. Athanasii et S. Basilii : Spiritus Sanctus dedicat hominem. Sed qui deifn at hab··! naturam divinam. I i igo Spiritus Sanctus habet naturam divinamll.— Scienti.i quoque proprie divina illi convenit, nam docebit omnia,

I. *Aci.,* xx, 28.
' Cf. IIugon, *Le Mystère de la Très Sainte Trinité,* I P., ch. i.
I i Matth., i, 20 ; Luc, i, 35.
i l Matth., xxvih, 19.
I I>. Joan., III, 5.
l I> S. Athanas., *Epist. ad Serap.,* n. 24 : *P. G.,* xxvi, 585-587 ; B Hash.., *Conl. Eunom.,* lib. V : *P. G.,* xxix, 772.

suggeret omnia'.— li eodem loco dicitur *procedere* a Pat re, perlinire opus Filii ; quæ originem divinam et per- f«. tioncm divinam asserunt.

!n Aciibus Apostolorum. Vocatur Deus : « Anania, cur lenia s'il Satanés ‹ er tuum mentiri te Spiritui Sancto? Non es mentibus hominibus, sed *Deo*1. »

Opera divine tribuuntur Spiritui Sancto, nempe *prodicere* futura, *segregare* homines in ministerium supernaturale, *ponere episcopos,* ut regant Ecclesiam Dei3.

In epistolis S. Pauli. 1° Refertur Spiritus Sanctu» ut pnn ipium a quo derivantur dona et opera supernaturalia et ab omnibus illis supernaturalibus donis prorsus distinctum « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris *per* Spiritum Sanctun , qui datus est nobis4. » Dicitur itaque Spiritus Sarctus causa charitatis et asseritur distinctus a charitate, quæ per ipsum diffunditur ac subinde auctor operationum et donorum supernaturalium et supra omnia elevatus. .Atqui causa omnium bonorum supernaturalium ab ipsis distincta nequit esse nisi Deus, sicut solus Deus auctor est ordinis supernaturalis. Ergo jam constat Spiritum Sanctum esse Deum.

2° Recolit S. Paulus nos esse templum *Dei* eo quod simus templum *Spiritus Sancli* : « An nescitis quoniam membra vestra templum sunt *Spiritus Sancli,* qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri ? Empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate *Deum* in corpore vestro5. » Ergo Spiritus Sanctus est ipse Deus.

3° S. Paulus Spiritui Sancto adscribit infinitam scien- l iam quæ ipsum Deum comprehendat : «Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei6. » Porro, cum solus Deus possit comprehendere Deum, scientia Dei comprehensiva non potest nisi personæ divinæ convenire.

•l° Apostolus formulas doxologicas adhibet quæ Spiritui Sancto eandem ac Patri et Filio gloriam et ultum ‹ t

I. Joan., xiv, 111-26.
4. .Id., v, 31.
3. i, Ili; xvi, '28; xx, *28; xxi, 11.
I. *ftoin.,* v, 5.
5. */ Cor.,* vi, II1-20. Cf. *Roin.,* vin, 1*2; *l Cor.,* m, 16-17.
6. */ Cor.,* n, io.

honorem tribuunt1. Ubi autem honor idem ibi eadtm divinitus.

S'. *Petrus* Spiritum Sanctum Deum vocat, dum rei olit eos qui mentiuntur *Spiritui Sancio* mentiri *Deo1;* el Spiritum Sanctum esse auctorem S ripturarum, ita ul qui inspira dur a Spiritu San' to sini *Dei* homines : « Non enim *voluntate humana* allate est aliquando prophetia, m d *Spiritu Sancto* inspirati lo· uti sunt snr- li *Dei* homines3. »

I // Cor., xiii, 13; Tit ., h i, -1-5.
7 lc/., xi, 16.
I, II Pe t r ., i, 21.— Quod cætera, cf. *Le Mystère de la Très nl< Trinité,* I P., ch. i.

ARTICULUS SECUNDUS

PROBATUR EXISTENTIA TRINITATIS EX TRADITIONE ANTENICÆNA ET EX TOTA VITA ECCLESIÆ CATHOLICÆ[1]

1. Difficultates fieri solitæ. — Catholicam Traditionem de SS. Trinitatis mysterio esse a sæculo iv manifestissimam profitentur etiam adversarii ; at sententia est multorum criticorum Patres antenicænos non attigisse genuinam ac plenam illius dogmatis intelligentiam ; sed potius admisisse veram inter divinas personas subordinationem, ita nempe ut divinitas competat proprie quidem singulis personis, sed ordine quodam : summa sit divinitas in Patre, minor in Filio, minorque tandem in Spiritu Sancto.

De Patribus porro antenicænis ita senserunt non solum rationalist®, sed aliquatenus Petavius, qui tamen postea, multis reclamantibus eruditis tum catholicis, tum etiam protestantibus, sententiam temperavit et correxit[2] ; ‹l nostra ætate Kuhn et plures catholici scriptores. \l Patres illos antenicænos ab omni erroris labe vindicant Bossuetius, Natalis Alexander, et communiter hodierni theologi cum Franzelin, Scheeben, Heinrich, Laur. Jan sens, etc.[3]. Non inficiamur plures Patres, sive quia erant Neo-platonicorum philosophia imbuti, sive quia deerant apta et propria verba, non nulla in explicatione mysterii admiscuisse quæ erant minus recta, sed potius corrigenda ; verum hæc non impetunt ipsam dogmatis substantiam

1. Gf. opus nostrum, Le *Mystère de la Très Sainte Trinité,* l l',j Tixehont, *Histoire des Dogmes,* t. I.

2. In præl'ationc secundæ editionis *Theologicorum dogmatum,*

3. t'.ı Ⱨ‹› ʋı ı. *Avertissements aux Protestants,* l et 6 ; Fiia M zel in, Ilio». VIILXI ; Scheeben, *Dogmat.,* l. II, P. II, c. iv IIeinhich, *Doginalische Theol.,* t. IV, p. 250 ss ; Laurent. Jan® bens, *De Deo Trino,* p. 109-200.

II. Concedi nequit Patres antenicænos vel Ecclesiam untenicænam circa substantiam mysterii defecisse. — Nam confessio Trinitatis oral publica et omnibus imposital i l in collatione baptismi tota Trinitas ab initio Ecclesiæ invocabatur, ac per doxologiam in universa Ecclesia laudabatur, sicut testatur S. Basilius doxologiam illam fuisse ab initio præscriptam traditamque posteris[2]. In nomine SS. Trinitatis martyres sanguinem suum fundebant. ; sic Polycarpus, (an. circiter 155 vel 166) moriturus orabat : ı *Domine Deus* omnipotens, benedico tibi... cum sempi- l ino et dilecto *Filio luo,* per quem tibi cum ipso et *Spirilu Sancio* gloria et nunc et in futura sæcula[3]. »

Quocirca Patres antenicænos ab omni errore vindicant i a teri Patres viciniores, quique aptiores erant ad assequendam illorum mentem. « Omnes quos legere potui, nii Augustinus, qui ante me scripserunt de Trinitate quæ Deus est, hoc intenderunt secundum Scripturas docere, quod Pater et Filius et Spiritus Sanctus unius ejusdem Mibstantiæ inseparabili unitate divinam insinuent unita- I··ıη, ideoque non sint tres dii, sed unus Deus[4].* »

Item S. Athanasius : « Nos quidem hanc sententiam (de l i initate) a Patribus ad Patres transiisse demonstramus... IS.mi fides quam synodus scripto confessa est ipsa est fides mtholicæ Ecclesiæ[8]. »

III. Testimonia Patrum Apostolicorum. — Patres Aposlolici tres personas in una deitate confitentur. « Sicut ■u iiii Deus vivit et Dominus Christus vivit, ail. S. Clemens |1... anus, et Spiritus Sanctus, fides el spes electorum®. »

‣ Quia ergo una eademque vita tribuitur Patri et Filio Bl Spiritui Sancto, una et eadem compel il singulis divinitas. I Ignatius-Martyr divinitatem Christi aperte testatur. Bidui vocat ipsum Filium Dei, Verbum æternum, quod erat

I I, i l. *Diction, archéol. chrétienne,* art. *Baptême,* col. 251 ss.
•i. Ba sil., *De Spiritu Sancio,* η. 71 ; *P. G.,* xxxn, 200.
B II. *Martyrium Polycarpi,* c. xiv ; *P. G.,* v, 1040.
K. S Au gust in., *De Trinit.,* lib. I, c. iv ; *P. L.,* x l iii, 824.
I h, s. At han., *De Decretis Ntcænæ Synodi,* 27; *P. G.,* xxv, 468.
H. Cl em., *Cor.,* c. l ix.

ante sæmla apud Deum[1]. Christus est ipse *Deus,* qui fideles suos sapientes efficit[2]; sanguis Christi est sanguis *Dei.* et hoc sanguine vocamur ad vitam[3]. Sanctus Martyr adhuc insistit Christum vocans « *Deum meum* » cupiensqne passionem « *Dei mei* * ».

Objiciunt rationalist», præsertim Harnack, Brustou, idcirco tantum vocari Christum Deum quia honorem divinum accepit ; quippe qui, cum esset homo, meruit glorificationem et jam glorificatus attributa divina suscepit.

Hesp. : Sed contra dicitur Deus *ante* glorificationem : est enim Deus in passione, Deus manifestatus in carne, sanguisque ejus est sanguis Dei[5]; imo existebat ante omnia apud Patrem et apparuit in tempore[6]. Unde ipsi textus objectionem eliminant, dum expresse vocant Christum Deum, non post glorificationem sed in passione et ante stecula.

De tertia persona minus frequenter loquitur Ignatius ; attamen illam commemorat ae in eodem ordine cum Pati»· et Filio reponit : « Ignatius Ecclesiæ Dei Patris et Domini Jesu Christi per *Sanctum suum Spiritum*[7] » — « Studete confirmari... fide ei charitate in *Filio* et *Patre* et *Spiri/n Sancto* *. »

S. Polycarpus martyrium subiturus Trinitatem invocat, ut audivimus n. n.

Didache, seu Doctrina duodecim Apostolorum, quæ ad finem i sæculi ascendit, recolit obligationem baptizandi in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti[9].

lllæ porro formulæ quibus scripta Patrum Apostoli eorum abundant, eundem cultum tribus personis exhi bendo, indicant tribus personis eandem convenire divinitatem.

1. S. ÏGNAT., *Magnes.,* vi et vm ; *P. G.,* v, 667-670.
2. *Sinyrn.,* l ; *P. G., v,* 790.
3. *Ephes.,* i ; *P. G.,* v, 643.
4. *Rom.,* vi ; *P. G.,* v, 693.
5. *Ephes.,* i et ix.
6. *Magnes.,* vi et vu.
7. *Sinyrn.,* lit; *P. G.,* v, 697.
8. *Magnes.,* xm ; */'. G.,* v, 672.
9. *Didachi,* vu, 1, 3.

IV. Testimonia Patrum apologetarum. — S. Justinus Martyr, ut repellat calumniam gentilium, reponit christianos non esse atheos, sed verum Deum colere. « *Patrem* et *Filium* et *Spiritum propheticum* colimus. » — At, si Filius et Spiritus cum Patre simul adorantur, eamdem cum Ipso habent divinitatem. Eodem modo arguit S. Athenagoras : « Quis non miretur nos qui *Deum Patrem* prædicamus et *Deum Filium* et *Spiritum Sanctum,* ita ut unionis eorum vim et ordinis distinctionem exponamus, impios (Deine Deo homines vocari ? » S. Irenæus per totum suum opus dogma SS. Trinitatis vindicat et defendit. Hæresis signantor scribit : « Ecclesia accepit eam fidem quæ est in unum Deum *Patrem* omnipotentem... et in unum Jesum Christum *Filium* Dei incarnatum pro salute nostra, et in *Spiritum Sanctum,* qui per prophetas Dei consilia et adventum prænuntiavit. » Origenes videtur ipsam consubstantialitatis conceptum attigisse et docuisse : « Communionem substantiæ esse cum Filio... *unius substantiae*. »

Ex Latinis Tertullianus dogma consubstantialitatis licet, licet forte nondum plene vindicet, jamque formulam adhibet quæ immutata semper in Ecclesia perstitit et persistet, nempe : « *Tres personæ, una substantia*. »

Insigne testimonium S. Dionysii Papæ, an. 259. — In epistola ad S. Dionysium Alexandrinum, summus Pontifex completam tradit doctrinam de Trinitate. Damnat tritheistas, qui *monarchiam* destruunt et tres substantiales distinctas ponunt ; et subordinatianos, qui dicunt Filium factum ; ac demum fidem catholicam sic vindicat : « Necesse est enim divinum Verbum Deo universum esse unitum et Spiritum Sanctum in Deo manere et habitare; adeoque divinam Trinitatem in unum quasi quondam verticem, hoc est in Deum universorum omni-

S. Justin., *Apolog.,* 6 ; *P. G.,* vi, 337.
Athenagoras, *Legat.,* n. 10; *P. G.,* vi, 910.
Irenæus, *Cont. Hæres.,* lib. II, c. x, n. 1 ; *P. G.,* vn, 549.
Origenes, *P. G.,* xiv, 1308.
Tertull., *Adv. Praxean.,* n, vn, vm, xn, xm, xxn. — Hefele, *Histoire des Dogmes,* i ; d'Alès, *La théologie de Tertullien,* de.

potentem reduci atque colligi... Neque igitur admirabilis el divina unitas in tres divinitates est separanda, neqm· factionis vocabulo dignitas ac suinma magnitudo Domini esi. diminuenda ; sed credendum est in Deum Patrem omnipotentem et in Christum Jesum ejus Filium, et m Spiritum Sanctum ; Verbum autem Deo universorum esse unitum... Ita scilicet divina *Trinitas* et sanctæ *monarch).*ı· prædicatio integra servabitur1. »

Quocirca fides catholica hæc duo simul tueri debet : el *Trinitatem* et *Monarchiam.* Non salvaretur autem *Trinitas,* nisi essent tres personæ realiter distinctæ, nec salvarclur aliunde *Monarchia,* nisi tres personæ una essent substantia.

Illud porro S. Dionysii Papæ testimonium est tanli momenti ut recentiores modernistæ, quos inter pseudonymus Dupin, asseruerint Dionysium Papam esse illiiiiH dogmatis parentem et auctorem23 » Licet hæc. assertio sili hæretica, confitetur aliunde fidem in Deum unum et trinum esse ante finem sæculi m firmam et inconcussam.

VI. Quædam principia et regulae ad solvendas diffi cultates quæ ex scriptis antenicænis depromuntur. — 1° Scriplores antenicæni idcirco extollunt Patrem, quia est principium et ratio divinitatis in ceteris personis, quæ ab ipso trahunt originem. Cum ergo sit in divinix *ordo* quidam originis, verba de facili adstruere videnlm· quamdam subordinationem, quæ quidem non plene vital m' nisi ope fixæ et accuratæ terminologiæ. Hinc mirum ik›ii est, deficiente illa terminorum copia, primaevos scriptor· 4 aliquando in expositione mysterii minus recte esse loculod At aliunde colligitur illos admisisse, æquivalenter et quoad rem, veram consubstantialitatem, dum dicunt Filium ı l Spiritum Sanctum esse ab æterno, habitare cum Patrii esse unum cum Patre, adorari cum Patre2. Quæ omini evincunt divinitatem esse proprie in Filio et Spiritu San< Io

I. S. Dionys. Pap., apud S. Athanas., *De Decretis Nit.rnâ Synodi,* 29 ; P. G., XXV, 461 ss ; Denzinger, 48-51.

l.n Trinité, telle que l'Eglise l'enseigne, depuis le puhinys. .. purl··, an plus haut degré l'empreinte de l'esprit roi ia ln l *Iteoite d'histoire el de littérature religieuses,* nov.-déc. 1906.

3. S. 1<.ıı Ni . *Magnes.,* l et vm ; Athenagor., *Legal.,* lu l'J *P. G.,* vi, 910, 914 ; S. Justin., *Apol.,* l, 6; P. *G.,* vi, 337.

cl hæc est substant in dogmatis, nam una divinitas in Inlms aliter intelligi nequii nisi 1res sint personæ et una Imi tira.

Deficit quidem Tertullianus, .dum dicit totam substan-Imin esse in Patre et portionem in Filio1; sed id provenit i \ inadæquata notione spiritualitat is, ‹ um intelligat Tertullianus substantiam divinam eo fere modo ‹ ommunicari quo apud nos substantia corporea. Licet hic loquendi mo-il u sit ineptus, agnoscit aliunde Tertullianus verum dogma, Xoiainque consubstantialitatem, quia dicit : « *Trinitas unius divinitatis Paler ei Filius el Spiritus Sancitis... Tres uersonæ, una substantial* »

I Origenes videtur admittere quamdam subordinationem Uilcr tres personas ; sed ex aliis locis constat ab ipso doceri liinsiibstantialitatem3; quapropter citatur a S. Athanasio III vindex veræ fidei et a S. Basilio ut defensor divinitatis Hpiritus Sancti4.

I"° Quando illi Patres dicunt Filium generari per creationem mundi, alludunt sive ad philosophiam Neo-Plahniii orum, quæ exhibet Verbum ut mundi opificem, sive Iliam ad libros sapientiales5, ubi Sapientia dicitur muniliiin condere tamquam primogenita et Deo assistens; pl non intendunt excludere generationem æternam, quippe ||m aliunde Verbo attribuunt prædicata proprie divina et Blcrna, ut constat ex dictis n. ni-v.

I Triplex itaque distinguenda est Verbi *generatio :* una ■Irina, in sinu Patris ; altera temporalis, per creationem, ■lalcnus Verbum specialiter *manifestatur* mundum pro-IbriHlo ; tertia temporalis etiam per Incarnationem. Non ■ll‹ lainur oriri interdum ex Patrum locutionibus quam-■liiii confusionem ; verum, licet de tertia el secunda gene-Hlionr frequentius habeant sermonem, aliunde tamen ■ivrnain confitentur, dicendo, v. g., Verbum esse. Deum Blnonalem, ante omnia creata® : nam qui est persona di-

■l I raiTULL., *Adv. Praxean.,* 9 ; *L.,* n, 187.
ly ‹l *Adv. Praxean.,* 2, 3, 4, 8.
U C.r. *P. G.,* XIII, 1197; xiv, 1308.
i. Athanas., *De Decretis Nicænæ Synodi, P. L.,* xxv, 465; **^B**λ ιιιι*De Spiritu Sancio; P. G.,* xxix, 73.
H. I'nescrtim, *Proverb.,* vm.
■. H Justin., *Dialog.,* 48, 61, 62; *P. G.,* vi, 580, 613, 720.

vina nul·· sæcuia non potest generari ut persona per lem poralem creationem ; secus non esset Deus immutabilia sed diceretur *faclus* sensu proprio, quod tamen illi scrip tores .negant.

Hæc ergo congrua redditur explicatio : Verbum, quo, ante creationem erat invisibile, et in sinu Patris inclusum ενδιάθετο , fit visibile, seu externe profertur per creationem et jam est προφορικό , prolatum.

Ita scriptores antenicænos communiter interpretant n theologi catholici, ut Natalis Alexander, Bossuetius, Fran zeiin, etc. Similiter, Pater, qui nondum erat manifestai ti jam per creationem manifestatur, et hoc sensu fit Palm nempe quoad externam operationeml.

Quia tamen hic loquendi modus ansam æquivocalm nibus præbet, alii Patres ab illo potius abstinent. Sic S. In næus non probat illas formulas de Verbo *incluso* et du Verbo *prolalo,* et pariter S. Athanasius et S. Cyrillus Hiero solymitanus animadvertunt se Verbo *Unigenito Dei* cn dere, potius quam Verbo incluso aut prolato2.

3° Quando scriptores antenicæni recolunt Patrem no esse visibilem sed visibilem fieri per Filium, alludunt iteron ad philosophiam Neo-Platonicorum, qui Logon poneban medium inter Deum et mundum ; sed etiam recte intellig possunt de theophaniis Veteris Testamenti, quæ secund, personæ tribuuntur. Pater quippe, utpote principim Trinitatis, non mittitur, sed mittit, et subinde ipse no manifestatur personaliter, sed per Filium, qui a Pali mittitur. Hinc etiam eruuntur congruæ rationes cur no sit incarnatus Pater, sed Filius.

VII. Insigne testimonium apud S. Ephraem Syrum. Sæculo iv, doctrina catholica de SS. Trinitate est adi manifesta, ut S. Ephraem Syrus, qui mortuus est an. 371 scripserit : « *Unus qui multiplex, Unus qui Tres, el Γη*

I. C.f. Theo Phii.. Antioch., *Ad Autolycum.,* lib. II, 10-2Ï vi, 1064, 1088.

•i. ('.i. S. Iren., *11 Coni. Hæres.,* 3, 4, 6, 10, 13, 28; *P. G.,* Vj 743, 748, 807, 809; S. Athanas., *Exposit. Fidei,* 1; *Oral.,* ii, 3l *P. G.,* xxv, 201 ; xxvi, 221 ; S. Cyril l. Hieros., *Catech.,* xt, (I *P. G..* xxxiii. 701.

iiinl Unum... Unum quod Tres esi, Trinitas una essential. »

Optima redditur ratio cur Tres sint Unum, quia *una* est *i enlia in Iribus personis.*

Addit ille : « Pater *Genitor,* Filius Genitus, Spiritus t.im tus procedens *a Patre el Filio* ; Pater, qui fecit hinula e nihilo ; Filius creator, qui universa condidit cum-■rnitore suo ; Spiritus Sanctus par< litus et misericors, quo miTli-itur omne quod fuit et erit et est... Gloria *Patri,* qui misit *Filium* suum propter nos ; adoratio *Filio,* qui kri/rc *sua omnes liberavit ; gralia Spiritui,* a quo impletum ih l salutis nostræ mysterium. Benedictus qui suo amore jio;, omnes vivificavit, ipsi gloria2. »

I Non tantum ergo dogma Trinitatis asserit doctor Edes-■ijiius, sed et *ordinem* personarum et *processionem* Filii li l 'utre et Spiritus Sancti *a Patre el Filio.*

I XIII. Dogma Trinitatis probatur ex tota vita Ecclesiae, *iiii ex indefessa vigilantia qua Ecclesia impugnavit et lliminavit oppositos errores. — De prima erroris forma. — Iftu ulur *monarchismus* error qui contendit esse in Deo per-nulam monarchiam seu unitatem, ita ut sit una sub di-|i i!.is nominibus persona, sicut est una essentia. Praxeas. L . ulo ii, teste Tertulliano, primus fuit qui hunc errorem ■popagaret3. Trinitas, juxta Praxeam, importat solum ■jvi rsilatem officiorum vel operationum in una peisona, ■nn ‹li‹ ilur *Paler* prout consideratur ingenita, *Filius* prout ■o imiala. Quapropter ponendo unam eamdemque per-Miuitii. Praxeas asserebat Patrem incarnatum et passum ■liin.i' : hinc error *palripassianorum.*

I Eundem errorem profitebantur alii hæreti- i, nempe· ■iu lus, vergente sæculo n (180-200), et postea ejus disci– blu Epigonus. Hic Romæ scholam instituit, in qua deinde ■ii mi Cleomenes, qui discipulum habuit Sabellium, ex Klim oriundum. Sabellius celeberrimus inter omnes

I I *Io incomprehens. divin, nat.* apud Assemanum, *Bibliotheca* t. I, p. 114.

I I III Lamy, S. *Ephræm Syri Hymni et Sermones,* t. III. ' 'I I, Hymn. *De defunctis et de Trinitate.*

H Irinmi,., *Adv. Praxean.,* 1, 2, 10, 13, 27.

exsi.ilil, qui el hæresim ampliavit. Dum Praxeas, Noel us, Epigonos el. (ileomenes sunt potius patripassiani, Sabelliiiu («jusque asseclæ dicuntur *modalislæ,* quia 1res personus concipiunt ut tres *modos* seu tres terminos Monadis in< ıτ atæ.

Hoc. erat apud ipsos prin ipium : Patrem dilatari in l'ilium sumendo carnem, et in Spiritum Sanctum sancti ficando homines1.

Modalismum renovarunt quidam sæculo iv; deinde \\ al denses, demum Sociniani, Michael Servetus, Swedenborg ; imo et Kantius, qui contendit Deum quatenus creatorem el legislatorem dici Patrem, quatenus gubernatorem di< i Filium, et quatenus justum judicem dici Spiritum-Sanctu ››.

Modalismum impugnavit Ecclesia, sive directe cuji· futando per doctores, hinc, scripta S. Dionysii Alexandrini, et S. Dionysii Papæ ; sive directe damnando, et sic his» toria tiadit errorem profligatum fuisse a S. Zephyrino el S. Cailisto, ac deinde a conciliis et fidei professionibus.

IX. De altera erroris forma. — Subordinatiani dicuntur, qui 1res personas dictinctas confessi, negaverunt uni· latem essentiæ, et idcirco consubstantialitatem et divini latem Filii et Spiritus Samti. Neo-Platonici et Gnosi i«| ponebant, in divinis multos *æones,* in persona et naturil a summo Deo distinctos, quorum unus, nempe Æon *Citris lus,* descendit in *Jesum.*

Gnosticismum Ecclesia per suos doctores, v. g. p< i S. Irenæum,et vita sua intrinseca debellavit2. Theodd tiani videntur concedere Christo solam filiationem adop livam ; quapropter ille error vocatur interdum *adoption mus.*

Paulus Samosatenus ponit Christum esse homim-d purum, qui honorem divinum operatione sua meruit el i|

1. Do his omnibus legi possunt : S. Hippolytus, *Coni.* Von/J /*. *G,,* x, 803 ss; *Philosophoumena,* ix, 7-12; x, 27 ; S. Epιιιλμ *Ihiiree,* 57; P. *G.,* xli, 993; Theodoret., *Hæres. fabulæ,* i)tl P. *G.,* i.xxxin, 404-405.

2. Cf. Mgr Duchesne, *Origines chrétiennes,* p. 169.

quo Verbum ut in templo habitat. Damnatus fuit a synodo Antiochena, 263 et 268, el a S. Felice Papa I.

\rius *consubslanlialilalern* Verbi proprie inficiatur : Ver- I'ïuu est supra omnes ceteras creaturas elevatum, sed alijiiiide est *jactum.* Ariani quidem puri, cum Aetio. Eunomio, Ihidoxio, volebant Verbum, nedum sil consubstantiale Patri, imo esse *dissimilis* naturae, ἀνομο'.ο; ; unde dicti sunt *anomæi.* Semi-Ariani, autem cum Basilii Ancyrano, laisebio Caesariensi, concedebant Verbum esse Patri simile In natura, ομοιούσιο , non tamen *ejusdem* naturae seu consubstantiale. Damnatur arianismus in concilio Nicaeno, 325, et a sanctis DoctOribus acriter profligatur, qui con-Mibs tanti ali Latem omnino vindicant.

De Spiritu Sancto incipiunt errores primis Ecclesiae Ile ulis. Theodotiani, sæculo n et m, Spiritum Sanctum exhibent ut creaturam ; Arius, Eunoinius, videntur hafcere Spiritum Sanctum ut creaturam Filii.

I S. Basilius Eunomium directe confutavit.

| Quia error ille Constantinopoli grassabatur, sub .Macetiouio episcopo, licet forte Macedonius non expresse propugnaverit hæresim, fuit error in concilio Constantinopolilano I damnatus1.

X. De tertia erroris forma. — *Tritheislæ* vocantur qui essentias multiplicant cum personis. Isti Trinitatem ....litentur et consubstantialitatem singularum perso-ijiuruin ; sed ex minus recta notione essentiæ tres adstruunt III divinis essentias. Sæculo vi Philoponus tres un ino Deo Mdctur ponere naturas. Medio ævo falsa systemata de unimusalibus in dogma redundant. Arnaldus Brixiensis, lb' idinus, Abælardus, volunt attributa divina partiri jlilcr personas reali partitione. Abbas Joachim docet tres fciusonas esse unam essentiam collective el unitate similitudinis. Damnatur in concilio Lateranensi iv2. Raymun-Bh Lullus videtur ponere tres essentias.

I Juxta Guenther, persona esi *natura sui conscia- ex quo* hferlur aut esse in Deo unam personam tantum, aut tres

Hl (Γ. Iîéféléé, *Histoire des conciles,* édit, franc., II, π, p. 20.
He ı ıı.NZINGER, 432.

naturos sui ‹onscias, quæ sunt 1res personæ. Opus GimnJ theri fuit a. S. C. Indicis proscriptum1.

XI. Præcipuæ declarationes Ecclesiae. — 1° Fidem Ecclesiæ testantur antiquissima et universalissima praxin baptizandi in nomine SS. Trinitatis, doxologia ubique usiJ tata, confessio martyrum, ut jam retulimus n. n.

2° Symbola antiquissima. Symbolum dictum Aposto-I lorum, quod ad finem primi sæculi refertur, expressum habet testimonium de Trinitate : « Credo in Deum Patrem omnipotentem... et in Jesum Christum Filium ejus unit um Dominum nostrum... Credo in Spiritum Sanctum2. » l

3° Definitio S. Dionysii Papæ (259) jam citata, in episJ Lola ad S. Dionysium Alexandrinum3.

4° Concilium Nicænum, 325, definit consubstantiali· tatem Filii cum Patre4.

5° Concilium Romanum, an. 380, a Darnaso Papa cojU firmatum profitetur divinitatem Patris et Filii et Spirituid Sancti ac consubstantialitatem trium personarum, simul· que anathemate plectit cos qui negant Filium esse natum de Patre et de divina substantia ejus, et Spiritum Sam · tum de Patre esse vere ac proprie, sicut Filium, de divina substantia et Deum verum56

6° Concilium Consi antinopolitanum I (381) definit simul divinitatem Filii et divinitatem Spiritus Sancii".|

7° Symbolum Athanasianum (sæculo v probabiliter),! divinitatem et consubstantialitatem trium personarum manifeste prædicat7.

8° Usus liturgicus celeberrimi textus : « Tres sunt quii testimonium dant in cælo, Pater, Verbum et Spirit md Sanctus et hi tres unum sunt8. » De valore *scriplurislinü*

1. Decret., 8 jan. 1857. — Cf. L. **J**anssens, p. 391.
2. Denzinger, 6 ss.
3. Apud. S. Atiianas., *De Decretis Nicænæ Synodi,'^ ; P.* xxv, 461 ss ; Denzinger, 48-51.
4. Denzinger, 54.
5. Iu nzingeh, 68-74.
6. *Idem,* 8(1.
7. *Idem,* 39.
8. I **J**oan., v, 7.

dius textus moventur difficultates, quas expendere ad nos in praesenti non spectat'; sed aliunde historice constat fuisse versum illuni jam sæculo ix vel x in liturgia adhibitum, et ita est irrefragabile ecclesiastieæ traditionis testimonium.

9° Professiones fidei solemnes a summis Pontificibus vel conciliis impositæ : nempe professio Leonis IXs; professio Eugenii III in concilio Hhemensi3 ; professio \aldensibus præscripta ab Innocentio III4; professio rom ilii Lateranensis IVs; professio Michaelis Palæologi, in concilio Lugdunensi II, 1274e; professio concilii Florentini, in decreto pro Jacobitis' ; professio Pii IV ; declaratio Pii VI, in bulla *Auciorem Fidei,* contra Pistorienses, de « communi et probata in christianæ doctrinae insl itutionibus formula, qua Deus unus quidem in tribus personis distinctis dicitur, non in tribus personis distinctus; cujus formulae commutatione hoc vi verborum subrepit erroris periculum, ut essentia divina distincta in personis putetur, quam fides catholica sic unam in personis distinctis confitetur, ut eam simul profiteatur in se pmrsus indistinctam8. »

Sic ergo constat et Scripturam et Traditionem aperte testari existentiam Trinitatis, et, sicut meritum fidei in puesenti est mysterium credere, ita beatitudo in coelis est " *intueri clare ipsum Deum Irinum et unum, siculi est*9. »

I 1. Legi potest erudita dissertatio clarissimi I.. .Janssens, *De lh'n Trino,* p. 136-166.
i Denzinger, 343-346.
U. *Idem,* 390.
I I. *Idem,* 420.
I> *Idem,* 428, 432.
I I>. *Idem,* 461-463.
I 7 *Idem,* 703-705 ; 995.
I H *Idem,* 1596.
I ',i. Cone. Florentinum, *Decretum pro Græcis ;* Denzinger, 693.

QUÆSTIO SECUNDA

De Processione divinarum Personarum

AD Q. XXVII S. THOMÆ

Quum personæ divinæ *ratione originis* distinguantur, totus tractatus de Trinitate a notione originis seu processionis incipit et pendet. Asserenda est imprimis existentia processionis in Deo, a. 1 ; deinde investigandum utrum detur processio per generationem, a. 2 ; et hoc habito, an sit alia processio, a. 3, et cur hæc non sit generatio, a. 4 ; ac demum, utrum præter duas processiones assignatas sint aut esse possint aliæ processiones in divinis.

ARTICULUS PRIMUS

DE EXISTENTIA PROCESSIONIS IN DEO

AD 'ART. 1 S. THOMÆ

I. Notio processionis. — Dicitur generatim processio origo, seu emanatio unius ab alio. Licet possimus accipere processionem non solum passive sed etiam active, pro operatione qua principium producit terminum, communius tamen sumitur passive, pro ipsa origine termini a principio. Distinguitur processio *immanens,* seu ad intra, cujus terminus non exit ab ipso principio, et *transiens,* cujus terminus exit extra principium a quo oritur .

In Deo porro, sicut est operatio formaliter immanens el virtualiter transiens, ut creatio, et operatio immanens lanium, ut intelligere ; ita est duplex processio : una ad ex Ira, qua creaturæ in proprio esse extra Deum produ- l uni m altera vero ad intra, quæ respondet operationi immanent i l nul uni.

Et de hac movetur quæstio in præsenti.

II. Errores. —Processionem immanentem reapse negant omnes qui putant Filium procedere ut primam creaturam Patris aut Spiritum Sanctum procedere ut primam creaturam utriusque vel qui non agnoscunt realem personarum distinctionem. Gnosli< i ponebant invisibiles aeonum processiones a primo prim ipio ; subordination! et nriani exhibebant Filium ut primani creaturam Patris, el pneumatomachi Spiritum Sanctum ut primam creaturam Filii vel utriusque. Verum in hac theoria terminus procedens est effectus a Deo distinctus, jamque non remanet in Deo ; nam quidquid remanet in Deo est Deus, sicut etiam *quod Deus habel hoc est*[1].

Pariter modalistæ, eo ipso quod realem personarum distinctionem inficientur, negare debent realem originem seu processionem unius personæ ab alia. Fides autem catholica sic exprimitur.

III. Conclusio : Datur in Deo vera ac realis processio ad intra. — Nomen et res ipsa asseruntur ab ipso Christo : Ego enim ex Deo *processi* et veni ; neque enim a meipso veni, sed ille me misit[2]. » Declarat etiam Spiritum procedere a Patre : « Spiritum veritatis qui a Patre *procedit*[3]. » Imo exponit quomodo Spiritus a Filio quoque procedat : quem ego *mittam* vobis *a* Patre[4]... de *meo accipiet* et annuntiabit vobis[5]* »

Declarationes Ecclesiæ sunt multæ ac perspicuæ. Symbolum Athanasianum : « Filius *a Patre* solo est, non laetus, nec creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus *a Patre ei l ilio,* non factus nec creatus, nec genitus, sed *procedens*[9]. »

Concilium Nicænum et Constant. l profitentur Filium (.se Deum *de* Deo, lumen *de* lumine, Deum verum, *de*

1. Cf. S. Augustin., *In .Ioan.,* tract. X, c. xi ; *P. L.,* xxxv 1887 ; I I (Jregor. M., *Moral.,* lib. XV1I1, v, *P. L.,* lxxvi ; Eugen., iii, cone. Rhem.; Denzinger, 389; Conc. Latêr., IV; Denzinger, -131 133.
'i. .Joan., vih, 42
3. Joan., xv, 26.
I. *Ibid.*
I I>. Joan., xvi, 14.
II. Benzinger, 39.

Deo vero*. Idem concilium Constant. I confitetur Spiritum Sanctum *ex Patre* procedentem*.

Concilium Later. IV fidem six exponit : « Pater a nullo, Filius α Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter *ab* utroque... Pater generans, Filius nascens, ac Spiritus Sanctus *procedens*3. » Concilium Lugdunense II et concilium Florentinum pariter profitentur *ælernaliler Spiritum Sanctum* ex Patre Filioque. *procedere,* tanquam es *uno principio* et *unica* spiratione4. »

IV. Rationes theologiæ. — Supposita revelatione, potest ratio quasdam suggerere congruentias, quæ mysterium declarent.

Prima est quam hic proponit Angelicus. Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, producit aliquod verbum ab intelligente distinctum et tamen ipsi intima unitum ; et pariter ad cognitionem sequitur quædam impressio vi cujus amans est. in amato et quæ ab amante pro cedit ut terminus amoris. Atqui Deus et perfecte se amat et perfecte se intelligit. Ergo in sui cognitione producit aliquod verbum maxime sibi unitum, non quidem acci deni ale, sed substantiale, et pariter in sui amore producit aliquem terminum substantialem, maxime sibi unitum. Inde concluditur esse in Deo processionem verbi et processionem amoris, et in utraque terminum esse substantialem, seu substantiam divinam.

Aliunde, quum terminus opponatur principio relative, debet ab ipso secerni illa distinctione reah quam importat oppositio relativa.

Habita igitur revelatione, quæ mysterium jam tradit, ratio congruenter explicat esse in Deo processiones substantiales, in quibus principium et finis sunt idem secundum substantiam et distinguuntur secundum relationes.

\dvertendum est, ait Gonet, quod, quando D. Thomas nil : « Quicumque intelligit ex hoc ipso quod intelligit,

L *Idem,* 54.
2. *Idem,* H(l.
3. *Idem,* 428.
4. *Idem,* 460, 69L

iroducit verbuni », hoc non debet intelligi de quacumque nlcllectione (non enim de ratione intellectionis ut sic est verbi productio, ut const al in visione beatifica, in qua, juxta onnnunem Thomistarum sententiam beati nullum produ-unt verbum) sed de intellectione eonnaturali, qua quæli->et creatura intellectualis seipsam intelligit. Unde vis mjus congruentiæ in eo stat quod, cum cre.aturæ intclleetiales, etiam peifectissimæ, in omni sua eonnaturali nlcllectione verbum producant, congruum est quod Deus, pii est in supremo gradu naturarum intelligentium, per suam intellectionem connaturalem, quæ est sui ipsius ognitio, etiam verbum producatl. »

Pariter ex cognitione sequitur illa impressio amoris pue est connaturalis in omni amante et vi cujus amans est n amato et in ipso quiescit.

Argumentum evincit quidem esse in Deo verbum et amorem procedentem, et utrumque esse ipsam substantiam divinam; non probat quidem esse personas distinctas, at, semel revelato mysterio, convenienter suadet esse personas, quæ per relationes oppositas distinguuntur. Inde ergo altera probatio.

fides catholica tuetur tres in divinis esse personas. At, msi dentur in Deo reales processiones ad intra, explicari nequit quomodo sint tres personæ in divinis. Ergo admittenhe sunt in Deo reales processiones ad intra.

Probatur min. Ex parte naturæ non concipitur pluralias personarum, cum natura sit in tribus omnino eadem. AI, si admittuntur processiones reales ad intra, jam intelhgitur distinctio. Nam processiones important opposita., relationes originis : verbum quippe se habet ad proferentem sicut terminus ad principium, et pariter amor est terminus respectu principii a quo procedit. Atqui de ratione relationum oppositarum est mutuo se distinguere, quia hirminus non potest esse sui principium. Ergo, si dantur processiones in divinis, jam intelligitur Patrem, utpote principium Filii eique oppositum relative, esse personam n l dio distinctam ; et Patrem et Filium, utpote princi-

l Gonet, disp. II, art. i, n. 6. — Cf. etiam, Sylvius, in h. I., IIIOM.E.

pium Spiritu» Sancti, cui opponuntur relative, distingui a persona Spiritus Sancti. Admittendæ sunt igitur processiones reales in Deo, ut Trinitas personarum intelligatur.

Tertia ratio ex fecunditate divina. Deo tribui debet modo cininentiori quidquid perfectionis in creaturis reperitur. Atqui perfectio et gloria creaturarum reponitur in quadam fecunditate, quæ secundum processiones reales attenditur. Ergo concipi potest in Deo quædam fecunditas per processiones reales, demptis omnibus imperfectionibus quæ in creaturis admiscentur.

Explicatur. In creaturis quidem corporalibus, processio est ad extra et terminus est substantialis, ut in generatione viventium organicorum; in creaturis vero spiritualibus processio est ad intra, perfecte immanens, sed terminus est accidens, ut verbum intellectus et amor voluntatis. Cum autem omnes ‹reaturarum perfectiones sint in Deo, debet processio in divinis sibi vindicare quidquid perfectionis est in processione corporeorum, scilicet terminum substantialem, et quidquid perfectionis est in processione spiritualium, scilicet terminum perfecte immanentem.

Inde colligitur processionem in Deo esse simul immanentem et substantialem, nimirum habere terminum qui remanet in ipso Deo et est ipsa substantia divina.

V. Quid sint proprie processiones in Deo. — Attenduntur secundum actiones proprie immanentes ac vitales, conscias quidem, sed necessarias, quæ important relaliones. non effectus ad causam, sed solum termini ad principium. Active sumptæ sunt ipsæmet actiones intellectus et voluntatis, videlicet actio intelligendi prout est in Patre el modificata relatione paternitatis, et actio volendi ut est in Patre et Filio simul tamquam unico principio spirandi cumdem amorem ; passive autem sunt ipsa origo Filii n Paire, et ipsa origo Spiritus Sancti a Patre et Filio simul.

Illa· porro actiones et origines non solum sunt vitales, sed sunt ipsa vita Dei intima. Sunt consciæ quidem, nam sunt i um infinita Dei ‹ognitione. At non sunt liberæ, sed necessaria·, quin Deus, dum creaturas producit *liberrimo*

consilio[2] vult tamen bonum suum et perfectionem suam necessario, ita ut libertas in Deo sit solum respectu aliorum a se*. Processiones autem sunt ipsa Dei perfectio ; ac proinde vult illas Deus necessario, sicut necessario vult se.

Demum important relationes non effectus ad causam, sed solum termini ad principium. Relatio effectus ad causam dicit influxum realem ex parte causæ, dependentiamque realem ex parte effectus, atque idcirco diversitatem naturæ in causa, quæ est superior, et in effectu, qui est inferior et dependens," ac demum prioritatem causæ respectu effectus. Relatio autem termini ad principium dicit tantum *ordinem* originis ; qui ordo potest haberi absque dependentia et inferioritate, et cum sola diversitate in supposito[3].

Porro, inter personas divinas non est influxus unius in aliam, nec dependentia nec diversitas in natura, sed solum in suppositis ; nec prioritas aut posterioritas, sed unice ordo originis. Ergo processiones important relationes, non effectus ad causam, sed solum termini ad principium.

Quapropter docet fides et Filium procedere a Patre et Spiritum Sanctum a Patre Filioque, et nihilominus tres personas esse coessentiales, consubstantiales[4][5] coæquales, coæternas, coomnipotentes[8], sicut etiam eodem amore colendas.

1. Cone. Vatic., cap. i, *De Deo reum omnium creatore,* Denzinger, 1783.
2. Cf. quæ disseruimus hac de re, ad q. xix, a. 3 et 10.
3. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* vr, 97-98.
4. Denzinger, 19, 59, 66, 74, 83, 86, 213, 254, 275, 277, 343, 420, 428, 431, 461, 703, 708, 993.
5. *Idem,* 13, 19. 39, 54, 68, 70, 75, 78, 254, 276, 343, 368, 428, 461, 703, 708.

ARTICULUS SECUNDUS

UTRUM ALIQUA PROCESSIO IN DIVINIS GENERATIO DICI POSSIT

AD ART. 2 S. THOMÆ

I. Duplex quæstio. — Alia est de *facio,* nempe utrum processio Verbi sit vera generatio et Verbum sit vere ac proprie Filius Dei ; altera est de *ratione cur* illa processio dicatur et sit proprie generatio. De prima quæstione nullum moveri potest dubium salva fide ; de altera autem quæstione non fuit semper idem loquendi modus ; sed explicatio quam tradit Angelicus post Augustinum est jam communiter recepta.

II. De fide est processionem Verbi esse veram generationem et Verbum esse proprie Filium Dei. — Scriptura Sacra id aperte testatur. Psalmi messianici hanc mirabilem generationem efferunt : « *Filius* meus es tu, ego hodie *genui* te.» «Ante luciferum ego hodie *genui le.»* Quæ verba S. Paulus interpretatur de Christo[1]. Agi autem de generatione proprie dicta et de filiatione vere divina constat ex ipso contextu, ex psalmo xliv, et ex Paulo (loc. sit.), nam ille qui sic generatur vocatur Deus : «Thronus tuus, *Deus,* in sæculum sæculi. »

In synopticis vocatur a Patre *Filius meus* dilectus, et seipsum vocat *Filium,* qui perfecte novit Patrem, sicut a Patre cognoscitur[2].

Apud Joanncm vocatur *Unigenitus Dei Filius, verus Filius Dei*[3].

1. *Hebr.,* i, 1-8.
2. Matt ii., iii, 17 ; xi, 27 ; xvn, 5.
3. I'.viing. Joan., *Prolog., [/ Epistl.* Joan., i, 1,3; v, 5, 10, 11, 12, 13, 20.

A Paulo dicitur *proprius* Filius Dei, qui est imago Dei, Filius dilectionis sua*, qui esi. in forma Dei[1,2]

Patres Apostoli, i testant ur esse unum Deum, manifestatum per Jesum Christum, *Filium* ejus, qui est etiam *Verbum* ejus*. S. Justinus exponit, contra Judæos Messiam esse Deum et Filium Dei[3]. — S. Athanasius doctrinam sic· nervose exprimit . « Sed unius principii suus propriusque Filius, propria sapientia, proprium Verbum, ex ipso principio ortum habens[4]. » S. Augustinus specjatim inculcat identitatem Verbi et Filii[5,6]

Declarationes Ecclesiæ. Omnia symbola recolunt Filium Dei Unigenitum. Concilium Nicænum confitetur Filium Dei unigenitum, *genitum,* non factum, consubstantialem Patri, Concilium Later. IV hæc. confitetur : « Est Pater qui generat, et *Filius qui gignitur.* . Pater ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit... Patet ergo quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit, et sic Pater et Filius habent eandem substantiam® ». Demum Pius VI, in bulla *Auctorem Fidei* contra Pistorienses, asserit propriam et exactam esse appellationem *Filii,* tot Scripturæ locis consecratam[7].

III. Cur processio Verbi sit generatio : explicatio quam tradunt Patres Græci et explicatio quæ a Latinis evolvitur. — Patres Græci, dum intendunt confutare diversas subordinatianismi et arianismi formas, recurrunt ad illam rationem generalem et indirectam : quia, si non esset *genitus* esset *factus.* Quam rationem evolvit præsertim S. Athanasius contra arianos : Si Filius non est genitus de ipsa substantia Patris, est dissimilis Patri, inæqualis Patri ; non est Unigenitus, nec verus Deus, nec idcirco poterit esse

1. *Rom.,* vin, 32; ix, 1, 2; 7 *Cor.,* i, 30; *Colos.,* i, 13; *Philip.,* ii, 5 ; *Hebr.,* i, 1-8.
2. S. Ignat., *Magnes.,* vm, 2.
3. S. Justin., *Apol.,* 63; *Dialog.,* 126; *P. G.,* vi, 425, 769.
4. S. Athanas., *Oral.,* iv ; *Cont. Arian.,* 1 ; *P. G.,* xxvi, 468.
5. S. Augustin., vii, *De Trinil.,* n ; *P. L.,* xlii, 936.
6. Denzinger, 432.
7. Denzinger, 1597.

Redemptor qui debet esse verus Deus ac verus homo[1][2] Satisfio il quidem argumentum, inspecto scopo quem intendunt illi scriptores, licet radicem veritatis non aperiat.

Aliquando etiam Patres Graeci, ut modum generationis suadeant, alludunt ad operationem intellectualem, quæ esi purissima, eoque modo fit quo lumen a lumine procedit ; hinc locutio « lumen de lumine, ®ὡσ εκ βοτο », a Tatiano jam invecta et a concilio Nicæno consecrata'. Imo comparant generationem Verbi divini cum generatione verbi nostri mentalis : sicut nempe verbum in nobis absque corruptione producitur, ita Filius in Deo. Ita S. Dionysius Alexandrinus, S. Athanasius, S. Cyrillus Alexandrinus[3]. — Propius adhuc ad naturam intellectionis accedit S. Basilius, qui rationem similitudinis attendit : sicut verbum notruin est nostræ cogitationis imago, ita Verbum in Deo est imago generantis[4].

Attamen Patres Græci comparationem instituunt potius cum verbo orali quam cum verbo mentali; vel, si cum verbo mentali etiam conferunt, id fit per modum exempli[5][6] necdum clare et perfecte assignant rationem *psychologicam* desumptam ex ipsa natura intellectionis, qua* est actio visui et essentialiter *assimilativa*. Hoc ergo Patribus Graecis dandum est laudi quod fidem optime vinilicaverinl et elementa solutionis aliquatenus indicaverint.

Fide autem plene in tuto posita, Doctores Latini cum Augustino[0] rationem propriam et intimam assignant, quam plenius tandem exponit S. Thomas[7].

IV. Vera et propria ratio theologica desumitur ex natura

1. S. Athanas., *Oral,* i, 1, 17, 18; *Orat.,* n, 22, 67; *De Decrelis Nicaenae Synodi,* 6 ss ; *P. G.,* xxvi, 48, 49, 192 ss, 233, 289, 345, 353, 433 ss.

2. Tatian., *Adv. Graecos,* 5 : P. *G.* vi, 817 ; Denzinger, 54.

3. Cf. S. Athanas., *De seni. Dionysii,* 23; *P. G.,* xxv, 513, et *De Decreti* Nicænæ Synodi,* 11 ; *P. G.,* xxv, 444; S. Cyril l. Aii xandh., *Thesaur.,* iv; *P. G.,* lxxv, 56.

I. S. Basilios, super : *In principio erat Verbum,* 3; *P. G.,* xxxi, 476-477.

5. Ha S Cvmii. Ai.exandr., *Thesaur.,* vi : *P. G.,* lxxv, 80.

6. S. Ai i.ii·iin., lix. IX, *De Trinit.,* c. xn ; *P. L.,* xlii, 967 ss.

7. S. Thomas, liic, el *IV Coni. Gent.,* cap. x et xi.

intellectionis, quatenus processio Verbi omnes habet veræ generationis dotes. — Definitur generatio : *Origo viventis a vivente, principio conjunclo, in similitudinem naturæ.* Unde prima conditio est ul sit *origo viventium,* ut generatum sit aliquod vivens quod nempe ab alio vivente procedat. Secunda conditio est ut sit a *principio conjunclo,* nimirum ut genitum sit conjunctum generanti in substantia, sit que substantia geniti vel substantia genera.nl is vel de substantia generantis : defectu cujus conditionis nec angeli nec animæ human® generantur a Deo, q.iia non procedunt de Deo aut de substantia divina. Tertia conditio, ut fiat *in similitudinem* naturæ, quia oportet ut vi ipsius originis genitum in eadem natura specifica cum generante conveniat. Si autem emanatum assimilatur quidem in natura, sed non vi ipsius processionis, non est proprie genitum : sic Eva, licet ex Adamo et similis Adamo, non dicitur ejus filia, quia non fuit similis vi eductionis ex costa[1].

Tres autem illas dotes competere processioni Verbi haud ægre ostenditur. Imprimis est origo viventis a vivente, siquidem Verbum procedit per modum intellectualis actionis, quæ est proprie et maxime vitalis, juxta illud Christi : « Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio *habere vitam* in semetipso[2]. » Est manifeste a principio conjuncto ; nam intellectio est actio immanens, cujus terminus est maxime intimus et unitus intelligenti. Ceterum, in .divinis quidquid procedit est esse divinum, et cum natura divina non possit dividi, qui accipit naturam a Patre, totam, imo et eandem non solum specie, sed et numero, accipit. Demum est in similitudinem naturæ et *vi processionis.* Nam verbum vi intellectionis est ipsa similitudo expressa rei intellect», et, quia in Deo res intellecta est ipse intelligens, sequitur Verbum esse expressam Patris similitudinem vi processionis[3].

1. S. Thom., hic. ad 3.
2. Joan., v, 26.
3. Richardus a S. Victore rem hoc modo exponit : « Vidit enim (rationalis creatura) quod ex ipsa *nascitur sapientia* quæ est in ipsa ; et diligit ipsa sapientiam suam et procedit amor ex ipsa. » *De Sacrament.,* l. I, p. III, c. xix ; *P. L.,* clxxvi, 224. — Licet

Quo melius appareat illius generationis indoles, comparanda esi cum processionibus creaturarum, et sub ratione generationis ei sub ratione verbi.

\. De differentia generationis in creatis et in Deo. — In creatis generatio competit solum viventibus corporeis, non autem spiritualibus, in quibus terminus intellectionis non est subsistens, sed accidens, sicut conceptus noster mentalis. In Deo autem generatio est simul spiritualis et substantialis, quia terminus est idem principio in substantia. In creatis corporeis generatio non fit per communicationem totius substantiæ generantis, sed per divisionem, seu decisionem alicujus partis. In divinis, e contra, tota natura Patris est in Filio. In creatis generatio non habet terminum immanentem, sed in fine terminus a generante avellitur et separatur ; in divinis Filius semper remanet *in sinu Patris*[1]. In creatis, generatio non est semper in actu sed transit dc potentia in actum et conditionibus materialibus vitæ vegetativæ annectitur, et renovari potest, quia terminus est semper restrictus ; in divinis est actus purissimus, et, quia terminus est infinitus, non nisi unus esse potest.

VI. De differentia verbi divini et humani[2]. — Tres præcipuæ sunt differentiae. « 1° Verbum humanum est prius formabile quam formatum. Verbum enim tunc solum formatur cum rem perfecte novimus ; rem vero non illico plene cognoscimus, sed multa sæpius inquisitione indigemus. Verbum autem Dei est semper in actu.

2° Verbum nostrum est imperfectum ; quo fit ut uno verbo dicere non possimus omnia quæ sunt in anima ; unde plura verba effingimus, ut singulæ res divisim efferantur. Verbum autem Dei est infinite perfectum, unicumquc existons omnia exprimit.

minui- diserte rem exponat quam Angelicus, non profert tamen theoriam essentialiter diversam, nam sapientia ideo dicitur *nasci,* quia esi *imaf/o* similis menti vi ipsius processionis qua oritur a mente.

1. **J**oan., i, 18.

2. Cf. opusc. XIII, *De differentia verbi divini et humani.*

3° Verbum nostrum non est ejusdem naturæ nobiscum ; nam producitur per inlelligere, quod quidem, utpote operatio accidentalis, diversum est ab esse naturali animæ. In Deo vero verbum est ejusdem omnino naturæ cum Deo.

In nobis verbum est accidens, in Deo verbum est substantial. »

I. *Curs. Philos. Thomisl.,* IV, 110.

ARTICULUS TERTIUS

DE PROCESSIONE AMORIS

AD ART. 3-5 S. THOMÆ

I. Triplex quæstio hic iterum ponitur.

Alia est ‹le facto, scilicet, praeter processionem Verbi, esse aliam processionem, quæ est Amoris ; a. 3 ; secunda esi etiam de fac to, nempe processionem amoris in divinis non esse generationem ; tertia de ratione *cur* processio amoris dici nequeat generatio, a. 4[1]2

II. De fide est esse in divinis processionem amoris, quæ est ipsa processio Spiritus Sancti, distinctam a processione Verbi. — Argumenta scripturistica sunt ea ipsa quibus probavimus existentiam Trinitatis et processionum in Deo, quæst. procem, et hic. art. I. Sufficit hunc textum recolere : « Et *ego* rogabo *Patrem,* et *alium* Paraclitum dabit vobis'... Spiritum veritatis, qui a *Patre procedit*[3]. Ille me clarificabit, quia de *meo accipiet,* et annuntiabit vobis[4]. » Assignantur tres personæ, quæ ratione processionum distinguuntur : *Paler,* a quo procedit Filius ; ipse *Filius,* qui rogat Patrem et mittit Paraclitum a se distinctum, quem vocat *alium* ; et Spiritus Paraclitus, qui expresse dicitur procedere a Patre ; et indicatur procedere etiam a Filio, quippe qui mittitur a Filio et de Filio accipit.

Unde manifestum est esse in divinis duas processiones distinctas, nempe et processionem Filii, et *aliam,* quæ est processio Spiritus Sancti.

Definitiones Ecclesiæ fuerunt jam explicatæ. Concilium Lal er. IV doctrinam sic resumit : « Pater *generans,* Filius

1. Cf. *Diction, théol. cathol.,* art. « *Esprit-Saint.* »
2. Joan., xiv, it'».
3. Joan., xvi, 26.
4. Joan., vi, 14.

nascens, Spiritus procedens'. » Ubi processio Spiritus apprime distinguitur a generatione Filii. Pariter processionem amoris in divinis profitentur concilium Lugudunensc II (t Florentinum, dum declarant. « aeternaliter Spiritum Sanctum a Patre Filioque. procedere tamquam ex uno principio et unica *spiratione**. » Quæ terminologia, nempe *spiratio,* indicat processionem Spiritus San li esse, processionem amoris.

Ratio theologica potest sic evolvi. Cum processiones in divinis attendantur secundum actiones immanentes, ut jam explicatum est, art. i, tot sunt processiones quot sunt in intellectualibus actiones immanentes. Porro in intellectualibus, præter actionem immanentem, quæ est intelligere, datui alia actio immanens, quæ est velle. Ergo in divinis, præter processionem Verbi, quæ sequitur intdligere, datur alia processio, quæ sequitur velle et quæ idcirco est processio amoris.

Intelligere et velle in Deo est unus actus re, sed virtualiter duplex ; et, quemadmodum distinctio victualis inter divina attributa sufficit ut procedant, effectus distincti ad extra, qui uni attributo et non atteri conveniunt, ita virtualis distinctio inter intelligere et velle sufficit ut procedant duo termini realiter distincti. Ratio est quia intelli-.gere et velle se habent secundum ordinem quemdam ; non enim est processio amoris nisi in ordine ad processionem verbi ; cum nihil sit amatum quin præcognitum, seu mente conceptum. Unde verbum dicit relationem originis a proferente seu dicente, et sic distinguitur realiter a dicente, sicut a principio, quia nullus terminus potest esse suo principio idem ; et iterum amor habet relationem originis et a proferente et a verbo simul tamquam ab uno principio, et idcirco distinguitur ab utroque realiter, cum relatio ad principium sit realis oppositio.

Ex quo argumento sequitur duas processiones distingui realiter, et terminos qui sequuntur realiter etiam distingui per oppositas relationes originis.

III. De fide est processionem amoris in divinis non esse

1. Denzinger, 428.
2. Denzinger, 460, 691.

generationem, et id quod procedit non esse genitum aut Filium, sed Spiritum.

Scriptlira vocat tertiam personam Spiritum Sanctum, Paraclituin, Spiritum veritatis[1], numquam vero Filium ; imo expresse testatur secundam personam esse Fillium *unicum* seu *Unigenitum,* qui est in sinu Patris[2].

Omnia symbola pariter secundae personæ adscribunt nomen Filii *unici,* seu Unigeniti[3].

Symbolum Athanasianum expresse confitetur : « Spiritus Sanctus a Patre et Filio, non factus, nec creatus, *nec genitus,* sed procedens[4]. » Concilium Later. IV : « Pater *generans,* Filius *nascens,* Spiritus Sanctus *procedens* ». Ergo Spirit us Sanctus nec nascitur nec est Filius. Concilium Lugdunense II et concilium Florentinum definiunt Spiritum Sanctum procedere a Patre et Filio[5], ac subinde asserunt Spiritum sanctum nullatenus esse Filium.

Patrum doctrina est manifestissima. Nesciunt rationem exponere cur Spiritus Sanctus non sit genitus, et in quo ejus processio differat a processione Filii, et nihilosecius absque ulla errandi formidine respondent Spiritum non generari, sed procedere.

— *Opponunt* subordinatiani et pneumatomachi : Si non est genitus, non est de substantia Patris.

— *Beponunl* doctores catholici : Etsi non possimus explicare in quo consistat processio Spiritus, certissime novimus ex Scripturis Spiritum procedere nec generari : « Quæ est igitur hæc processio, inquies. Dic tu quæ Patris ingenitura est, et ego Filii generationem et Spiritus processionem explicare aggrediar, quo fiet ut insaniamus ambo in Dei mysteria oculos injicientes[6]. » Eandem ignorantiam confitetur S. Augustinus : « Distinguere autem ini er illam generationem et hanc processionem, nescio, non valeo, non sufficio[7]. » Hinc manifeste colligitur dogma

1. Joan., xiv, xv, xvi, jam explicatis.
2. Joan., i, 14, 18.
3. Cf. Denzinser, 2 ss, 54.
4. *Idem,* 39.
5. *Idem,* 428, 432.
6. S. Giutoon. Nazianz., *De Spiritu Sancto,* 8 ; *P. G.,* xxxvi, 141.
7. S. Augustin., lib II; *Cont. Maxim.,* c. χιν, 1; *P. L.,* xlii, 770 ss.

illud de processione Spiritus Sancti aliter quam per viam generationis esse fundatissimum et certissimum, si quidem Patres illud fidenter asserunt, dum ignorantiam de modo confitentur.

IV. Cur processio Spiritus Sancti non sit generatio. — I *arise doclorum explicationes.* — Licet mysterium agnoscant et propriam ignorantiam profiteantur, Doctores catholici varias explicationes lentarunt. S. Basilius reponit tertiam personam non vocari Filium, sed alio nomine insigniri, ne putaremus in divinis unum Filium ab alio nasci, sicut apud nos[1]. Addit S. Gregorius Nazianzcnus ex diverso loquendi modo, scilicet *nasci* Filium et *procedere* Spiritum Sanctum, clare osten'i *alium* esse Filium et *(ilium* Spiritum Sanctum[2].

Quæ responsiones sufficiunt contra hærcticos, sed rationem theologicam non aperiunt. S. Augustinus, qui se imparem rei detegendæ confitetur, plures solutiones proponit, aliquando tantum opinando, aliquando magis asserendo.

Sic opinando dicit Spiritum non esse Filium, quia procedit a duobus, dum Filius procedit ab uno[3]. Hæc sententia fuit etiam deinde propugnata a Petro Alliacensi, Vasquez, etc. Ostendit quidem Spiritum non esse Filium qui generatur a Patre solo, at non evincit Spiritum non esse alium Filium qui generaretur a Patre et Filio simul, cum ab utroque simul procedat.

Aliquando reponit S. Augustinus[4] Spiritum non esse lilium, quia non procedit *ul natus,* sed *ul dalus,* quemadmodum testatur Apostolus : « Per Spiritum Sanctum, qui *dalus* est nobis[5]. » — Verum notio *doni* importat ludionem amoris, et idcirco qui procedit ut *dalus,* procedil ut *amalus* ; et hæc est ratio desumpta ex ipsa natura

1. S. Basil., *Ado. Eimonn.,* v ; *P. G.,* xxix, 733.
2. S. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xxxi, 9 : *P. G.,* xxxv, 141.
3. S. Augustin., Lib. XV, *De Trinit.,* c. xxvn : *P. L.,* xui, 1097.
4. S. Augustin., lib. V, *De Trinit.,* c. χιν ; *P. L.,* x1 ii, 920.
5. *Hom.,* v, 5.

processionis voluntatis, prout fusius explicabit ipse Augustinus, ac domum S. Thomas.

Alii ‹lo‹'tores, ut Richardus a S. Victore, S. Bonaventura, etc., addunt secundam personam esse Filium, non autem tertiam, quia secunda recipit naturam ad alterius suppositi productionem vere fecundam, non autem Spiritus Sanctus. Quæ ratio non cogit ullatenus. Ut enim quis sil Filius, minime requiritur ut ipse communicet naturam alteri ; sufficitque ut habeat naturam generanti similem.

Alii, præsertim ex schola scotistica, post Alexandrum Halensem, discrimen assignant, quia Filius procedit per modum naturæ, Spiritus Sanctus autem per modum voluntatis. — At ratio non satisfacit : si enim agitur de voluntate quæ est libertas indifïerentiæ, non est magis voluntaria processio Spiritus Sancti quam generatio Verbi ; si autem agitur de voluntate quæ est libertas a coactione, non est minus voluntaria processio Verbi quam Spiritus Sancti1. Si demum « per modum voluntatis » innuat indolem psychologicam processionis amoris, jam fit recursus ad rationem quam tandem assignat Augustinus quamque plene evolvit S. Thomas.

S. Augustinus itaque veram solutionem indicat. In processione intellectus, potest esse generatio, quia res quam cognoscimus *congenerat* in nobis notitiam sui. Non est ita in processione voluntatis, quia appetitus qui impellit mentem ut ad notitiam perveniat, non est partus ; et appetitus complacentiæ in re jam cognita non est partus, sed partum supponit. Unde processio Spiritus Sancti supponit generationem Verbi, sed non est generatio2.

V. Vera igitur ratio theologica desumitur ex natura ipsa processionis amoris.

Hæc est probatio quam Doctor Angelicus in diversis loris exponit3. Ad veram generationem requiritur ut ere. c/

I. Cf. Gonet, disp. II, art. 4.

2 l i'. . Ai gust in., *De Trinit.,* lib. XV, c. xn; *P. L.,* x1 ii, 970 «s.

3· Cf. S. l'uom., *I Seni.,* dist. 13, q. i, a. 3 ad 3; dist. 29, q. u, a. 2; *IV Coni. Cenl.,* ‹. xi el xix ; *De Potenl.,* q. x, a. 2 ad 11 et 2;Suznm. *Theol.,* l I*., q. xxvn, a. 2-4. — Cf. Commentatores in h. 12.

i l *ex modo* processionis procedens sit generanti simile 'n nntura. Atqui hæc condii io convenit soli processioni Verbi non autem processioni Amoris. Ergo sola processio Verbi est generatio, non autem processio Amoris. Verbum quippe vi intellectionis est expressa similitudo rei intellectae; innor autem, vi ipsius processionis, non est principio suo similis. Nam voluntas fit in actu, non per quandam imaginem rei amatae, sed per quendam impulsum in rem amatam ; impulsus porro non est similitudo amantis in specie el natura, sed solum inclinatio ad bonum. Licet autem in lleo Amor sit suo principio similis, id non est vi ipsius amoris, sed alia ratione, quia nempe natura divina non potest osse nisi una et eadem in tribus personis.

Unde non competit processioni amoris ratio generationis nec tertiae personae ratio Filii.

VI. Hinc intelligitur quomodo nominari debeat tertia persona et quæ sit operatio productiva tertiœ personœ. — Processio amoris impulsum importat, et, cum ille impulsus sil magis in flatu et spiritu manifestus, hinc Spiritus recte dici potest persona quæ procedit per modum amoris.

Vox *spiritus* fuit primum ex spiratione animalium desumpta, deinde ad motum aeris translata ; et, quia motus ille est invisibilis, translata est tandem ad substantias spirituales et motivas, ut sunt angeli et ipse Deus.

Pater et Filius dici possunt Spiritus, quatenus Spiritus est nomen commune ; sed *Spiritus Sanctus* est nomen proprium, imo propriissimum tertiæ personal ; quæ sola per modum flaminis procedit.

Operatio itaque Spiritus productiva rectissime dicitur *piratio,* licet in se sit ineffabilis. Et hæc est propria terminologia a conciliis recepta et consecrata, præsertim Lugdunensi II et Florentino : « Tamquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed una *spiratione* procedit[1]... Tamquam ab uno principio ei unica *spiratione* procedit[2]. » Adhibetur iterum in professione fidei Græcis imposita a Gregorio XIII : « Unica *spiratione* procedit[3]. »

1. Denzinger, 460.
2. *Idem,* 691.
3. *Idem,* 1084.

\ II. Do fide est esse in Deo duas tantum processionoH et tres tantum personas (a. 5). — Fides catholica manifeste se prodit tum ex ipsa Scriptura, quæ in formula baptismi 1res tantum personas enumerat; tum ex ipsa vitii Ecclesiæ, quæ damnavit gnosticos etcæteros hæreticos qui varias processiones fingebant in divinis; tum ex declarationibus et professionibus fidei : symbola enim et concilia expresse recolunt esse in divinis tres personas tantum : unam, quæ non procedit, sed est principium non de principio, scilicet Patrem ; alteram quæ procedit ut Verbum et est Fi*ius ; tertiam quæ procedit, sed non generatur.

Ita symbolum Athanasianum : « Pater a nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus a Patre et Filio, non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens »[1]. Et çoncilium Later. IV : « Et ideo in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas ; quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divinal. » Unde in Deo essentia non est nisi Pater, Filius et Spiritus Sanctus, nec est alia persona, quæ non sit Pater aut Filius aut Spiritus Sanctus.

Ratio theologica breviter proponitur. Processiones in divinis, ut constat ex tota quæstione, attenduntur solum secundum actiones immanentes. Atqui in substantiis spiritualibus nec sunt nec. concipiuntur actiones immanentes præter intelligere et velle. Ergo in divinis nec sunt nec concipiuntur processiones præter processionem Verbi, quæ est secundum intelligere, et processionem Amoris, quæ est secundum velle.

VIII. Quomodo tamen hæc conciliari possint, tres personas intelligere et esse unum Verbum, tres personas amare et esse unum Spiritum.

Licel 1res personæ intelligant, non est nisi unum Verbum ; quia sic intelligere non est nisi una actio absoluta cl communis Iribus personis. Unde intelligere quo Pater prodin il Verbum est intelligere *nationale,* scilicet intellectio mil m u· divinæ non absolute inspectæ, sed ut est in Patre.

1. Denzingeii, 432.

iniiliter, licet tres personæ se amant, est unus amor, quia est una actio absoluta et communis tribus personis ; unde filio voluntatis quæ *spiral* tertiam personam non est velle absolutum, sed velle *notionale* prout est in Patre et Filio simul. Verbum Filius non potest seipsum producere ac subinde, licet intelligat, non gignit Verbum ; et Spiritus non potest suum principium producere, et idcirco, licet intelligat, Verbum non producit, et, licet se amet, non producit novum Spiritum. Hinc constat esse unum tantum Verbum et unum Spiritum, licet sint tres intelligentes et tres amantes. Quæ omnia melius innotescent ex dicendis interius de intelligere *absolute* et intelligere *nolionali,* ac de velle *absolute* et velle *nolionali.*

QUÆSTIO TERTIA

De Relationibus divinis

AD Q. XXVIII S. THOMÆ

Processiones, de quibus fuit hucusque habitus sermo, non possunt absque relationibus originis concipi aut intelligi. Hinc necessitas disserendi de relationibus divinis, an sint el quid sint, et quomodo ab invicem discriminentur.

ARTICULUS PRIMUS

DE NOTIONE ET EXISTENTIA RELATIONUM IN DEO

AD ART. I ET 2 S. THOMÆ

1. Notio generica relationis. — Relatio in genere est ordo quo unum ad aliud ordinatur, aut respectus quo unum aliud respicit, aut denique habitudo secundum quam unum se habet sive comparatur ad aliud. Includit ergo : 1° id quod refertur, seu quod respicit aliud ; 2° id quod respicit in, seu id ad quod primum refertur ; 3° causam seu rationem secundum quam unum respicit et alterum respicitur.

Id quod refertur est *subjectum* ; id quod respicitur est *terminus* ; ratio secundum quam unum respicit aliud est *fundamentum*. Ex tribus itaque elementis conflatur omnis relatio : subjecto, fundamento et termino[1].

lici,dio *Iranscendenlalis* est res in se quidem absoluta, qua· tamen ordinatur ad aliud, ut corpus ad animam, laculiafes ad actum; relatio autem prædicamentalis est *id cujus lotum esse esi ad aliud se habere* : unde proprium

1. *Curs. Philos. Thomisl.,* vi, p. 57.

illus munus est in online *ad* aliud et sic dicitur proprie πρὸ τί, *Ad aliquid*.*

Potest considerari in ipsa ratio *In* et ratio *Ad*. Ratio *In* respicit esse in subjecto, ratio Id respicit terminum; ratio /«désignât accidens in creaturis; ai autem conside-Iatur in ipso Esse subsistente, designat tantum relationem ul subsistentem. Id porro quod est de conceptu relationis propriissimo et explicite est ratio *Ad,* cum relatio sit essenhaliter ordo *ad aliquid*.

iterum relatio potest esse *realis* in utroque extremo, ut in patre et filio, vel in uno dumtaxat, sicut in cognitione i .l realis ex parte cognoscentis, rationis ex parte objecti.

Quando relatio est realis in utroque extremo, dicitur *inulua,* et extrema dicuntur *correlalioa.* Tria porro requiruntur ut relatio mutua sit. Oportet 1° ut subjectum mi ens reale et terminus etiam ens reale ; 2° ut subjectum et terminus realiter ab invicem discriminentur; 3° ut fundamentum sit reale[3].

II. Dogma fidei est reales esse in divinis relationes.

Praecipua Ecclesiae documenta sunt :

1° Professio fidei concilii Toletani XI (675) : « *In relatione* enim personarum numerus cernitur ; in divinitatis \<iro substantia quid numeratum sit non comprehenditur[4]. »

2° Effatum concilii Florentini : « Omniaque unum sunt ubi non obviat *relationis* oppositio[5]. »

Patres sive Graeci sive Latini testantur esse in divinis relationes, seu σγήσε.-. Sic S. Gregorius Nazianzcnus : « Pater lion est nomen essentiæ, ◊ viri acutissimi, nec actionis, sed *fulalionem* eam indicat quam habet Pater *ad* Filium vel l ilius *ad* Patrem[6]. » S. Joannes Damascenus profitetur

I. .1RIST0T., *Categor.,* v.
I ", Cf. S. TiiOM., QQ. *Dispp., De Potent.,* q. 7, a. 9, ad 7.
I 3. Quoad caetera de natura, divisione et, realitate relationum i f. *Cars. Philios. Thornisl.,* vi, p. 57-79.
◊l Denzinger , 280.
I 5 *Decret, pro Jacebitis;* Denzinger , 703.
■ '. S. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xxix, n. 16; *P. G.,* xxxvi, 96.

midnam inlcr personas relationem, τή ποό αΛ/.ηλασ/ήσεω '.

E\ Lai inis S. Augustinus doctrinam sie exprimit : iJmimvis diversum sil Patrem esse et L'ilium esse, non est tamen diversa substantia, quia hæc non secundum substantiam dicuntur, sed secundum *relatiuumr* quod i anum relativum non est accidens, quia non est mutabile.[1] » S. Fulgentius : « Pater et Filius *relativa* sunt nomina, quæ naturam gignentis genitique non separant, sed unam sine dubitatione significant[3]. » S. Isidorus Hispalensis brevi et efficaci axiomate totam doctrinam resumit : « *In relatione personarum Trinitas est ;* in substantia vero naturæ unus Deus est : Pater scilicet et Filius et Spiritus Sanctus[45]»

111. Rationes theologicae. — Scriptura æquivalenter tradit esse relationes in divinis, dum docet unam personam habere *originem ab alia,* videlicet Filium exivisse *u* Patre, Spiritum Sanctum procedere *a* Patre et mitti *a* Filio. « Ego a Deo exivi, *exivi a Patre*[6]... cum autem venerit Paraditus. quem *ego mittam* vobis *a* Patre. Spiritum veritatis, *qui a Patre procedit*[6]. » Hinc conficitur argumentum. Ubicumque est origo unius ab alio, ibi oportet esse relationem realein. saltem in eo qui oritur ; imo etiam in utroque extremo, si oriens sit ejusdem naturæ cum principio a quo procedit. Atqui in divinis est. origo unius ab alio, scilicet Filii a Patre el Spiritus Sancti a Patre Filioque simul, et eadem est individua natura in principio et procedente, in Patre et Filio, qui a Patre oritur, in Patre el Filio ac Spiritu Sancto, qui a Patre Filioque procedit. Ergo est relatio realis inter Filium et Patrem ac inter Patrem et Filium, et inter Spirit um Sanctum et Patrem Filiumque ac inter Patrem Filiumque et Spiritum Sanctum.

Explicatur major. Relatio est manifeste realis in eo qui

1. S. .Ioan. Daaîasc., *De Orlhod. Fid.,* lib. I, c. x ; *P. G.,* xciv, 837.
2. S, \cm si in., *De Trinil.,* lib. V, c. iv ; *P. L.,* xi.ii, 914.
3. S. I'uij.i.s i.. *Resp.* advers. Arian, sub initio. P. L., 1 x v, 205.
I. S. Ihiihih., *De differ.,* II : *P. L.,* 1 x x x ih, 71.
5. .Ioan., xvi, 28.
6. .Ioan., xx,

procedit, quippe qui, utpote terminus, realem dicit ordinem ʁI suum principium, ipsum autem principium non importat essentialem ordinem ad terminum nisi natura sua iʁl ipsum ordinetur. Si vero sil eadem natura in utroque, jam alterum ad alterum *nalura sua* ordinatur, et sic realis esi in utroque relatio. Id porro habetur in divinis. Pater gener at Filium. Pater et Filius spirant Spiritum Sanctum, non libere, sed necessario, ita ut *eadem nalura* individua sil in principio et termino. Relatio itaque esse debet, ejusdem ordinis, nempe realis ex parte Patris generantis, sicut est realis ex parte Filii, et realis ex parte Patris Filiique spirantium, sicut est realis ex parte Spiritus Sancti.

IV. Notandum omnino est quod animadvertit S. Doctor ad 4 : relationes quæ sequuntur operationem intellectus in ipsis rebus sunt relationes rationis, sicut generatim idatio scibilis ad intellectum est rationis dumtaxat ; at relationes sequentes operationem intellectus prout sunt uder verbum procedens et id a quo procedit, non sunt i dionis sed reales, quia ordo verus originis est vera et realis n latio inter procedentem et principium ,et pariter inter principium, et terminum quando eadem est natura in ηl roquel.

V. Quæ sit habitudo inter relationes divinas et essentiam divinam (a. 2). — Gilbertus Porretanus, sicut distinguebat mi er abstracta et concreta in Deo, ita distinctionem realem invexit inter relationes et essentiam. Animadvertens quippe relationem consistere formaliter in respectu unius nd alium, statuit relationes esse *assislenles* et *e.rlrinsecus uf/i.ras* et idcirco realiter discriminari ab essentia. Fundem rrrorein alia via induxit abbas Joachim, ponendo inter personas unitatem tantum *similitudinis,* ita ut natura divina differat a relationibus et personis, eo fere modo quo liatura humana est in singulis humanis individuis realiter did incta.

Durandus adstruit distinctionem modalem ; Scotistæ Vr» distinctionem formalem actualem ex natura rei.

Communis autem doctrina sic exprimi potest :

I. Cf. Commentatores S. Thomæ in h. l.

VI. Relationes in Deo non distinguuntur realiter ab essentia, sed ratione tantum et quatenus considerantur ex parte AD,

Documenta ecclesiastica sunt : 1° Professio fidei concilii Remensis (1148) sub Eugenio III : « Cum de tribus personis loquimur, Patre, Filio et Spiritu Sancto, *ipsas unuin Deum, unam divinam subslanliam esse fatemur.* Et e converso cum de uno Deo, una divina substantia loquimur, ipsum unum Deum, *unam divinam subslanliam esse lres personas confitemurl.** »

2° Definitio concilii Later. IV, contra abbatem Joachim. « *In Deo solummodo Trinitas est, non quaternilas, quia quaelibet trium personarum esi illa res, videlicet substantia, essentia seu natura divina**. » Porro, si relationes et personæ distinguerentur ab essentia, daretur quaternitas in divinis, nempe tres relationes vel tres personæ, et essentia ab ipsis distincta.

3° Effatum concilii Florentini : « *omniaque unum sunt ubi non obviat relationis oppositio3.* » At inter relationes et essentiam non est oppositio originis ; relationes quippe nec a natura producuntur, nec naturam producunt, quæ nec est generans, neque genita neque procedens.

Probatur ratione theologica. Relatio potest considerari dupliciter : secundum rationem *In,* ut inhærens substantia·, et secundum rationem *Ad* prout refert subjectum ad aliquid. Si relatio consideretur secundum' respectum *In,* est ipsa divina essentia ; nam quidquid est accidens in ' reatis, translatum in Deo substantia est. Si autem considerantur relationes ex parte *Ad* ut referunt subjectum ad terminum, jam ab essentia aliquatenus distinguuntur, non re quidem, cum nulla sit possibilis in divinis realis compositio ; sed ratione seu virlualiter, quatenus in relatione importatur respectus ad suum oppositum, qui non importatur in nomine essentiæ.

Relationes igitur designant essentiam divinam sub conceptu relativi; quapropter non sunt formalitates additæ

1. Gun. ; Denzinger, 390.
i. Denzinoicr, 432.
3. Denzinoi h, 703.

ipsi essentiæ, sed essentia munus absoluti cl munus relativi simul gerit.

Hinc refelluntur opinio Durandi ; nam distinctio modalis addit novum modum et idcir<'o fac il realem compositionem; et opinio Scoti, quia ea quæ sunt omnino idem re. sicut essentia et relationes et persona·, non possunt ante mentis conceptum di tingui.

Quia igitur in Deo unica est essentia et essentia est ipsum esse, hinc (olligitur personis non competere existent ias relativas, sed unicam existentiam, æternain, infinitam, sicut est ipsa essentia Dei.

Essentia includitur in conceptu personarum, nam persona est proprie Deus et idcirco divinam essentiam actu importat ; et pariter personæ includuntur in conceptu essentiæ, nam essentia non est in potentia ad paternitalalem vel filiationem, sed illas actu gerit1.

1. Cf. Commentai, in h. l. : Cajetanus, Salmanticenses, Dhnht, Janssens, etc., Billot, Hconpensiere, Lépicier, Van ci h Meersch, Hervé, etc.

ARTICULUS SECUNDUS

/»/·: *DISTI.XCTIONE ET MMEIiO RELATIONUM DIVINARUM*

AD ART. 3 ET 4 S. THOMÆ

I. Relationes inter quas est oppositio realiter distinguuntur in Deo ; relationes autem quæ non opponuntur, sed sunt disparatæ. non discriminantur a se invicem realiter (a. 3). — Distinctionem affirmat fides catholica, qua: asserit *numerum* ex relatione desumi : « In relatione enim personarum *numerus* cernitur[1]»; vel *discretionem* in Trinitate attendi secundum relationes seu personales proprietates : « Hæc. sancta Trinitas secundum communem essentiam individua et secundum personales proprietati s est *discreta*[2] » ; vel demum omnia in Deo esse unum *ubi non obviat relationis oppositio*[3] : quod axioma totam conclusionem nostram vindicat. Probatur ratione theologica. De ratione relationum oppositarum est ut mutuo se dislinguanl. \tqui in divinis sunt relationes mutuo oppôsitæ, ul paternitas el filiatio, spiratio activa et spiratio passiva. Ergo sunt in divinis relationes ab invicem distinctæ. — Declaratur major. De ratione relationis est respectus unius *ad alterum* secundum quem aliquid alteri *opponitur* relative. Atqui inter ea quæ opponuntur relative manifestum est vigere dictinctionem, et eo modo vigere quo viget oppositio, nempe realem vel logicam, secundum quod oppositio est realis vel logica.

Cum vero oppositio secundum originem sit realis, oportet eliam relationes quæ secundum origines opponuntur esse rcaliler ab invicem distinctas. Notetur, ex resp. ad 3, relalioms, quamvis non oriantur vel procedant ab invicem,

1. 11n cone. Toletanum, xi, 675; Denzinger, 279.
2. Cone. I.uter. IV, cap. *Firmiler;* Denzinger, 428.
3. Cone. h'lorenl.., Decret., pro Jacebitis ; Denzinger, 703.

distingui tamen secundum origines, quatenus accipiuntur per oppositum secundum processionem alicujus ab aliquo : quia nempe Filius habet originem a Patre, opponitur ipsi relative, et quia Spiritus Sanctus habet originem a Patre el Filio, opponitur ipsis relative. Unde oppositio relativa, ‹ idcirco realis distinctio inter relationes, attenditur secundum originem.

In relationibus autem disparatis, cum non importentur oppositi respectus, omnia unum esse debent, prout fert axioma : omnia unum sunt ubi non obviat relationis oppositio.

II. Quomodo explicari possit relationes oppositas dis tingui realiter inter se et esse tamen unum cum essentia. — Difficultas maxima est in solvendo argumento : quæ‹ unique uni et eidem sunt eadem, sibi invicem sunt eadem Atqui relationes in· Deo sunt unum et idem cum essentia. Ergo sunt unum et idem inter se, ac proinde non dantur in divinis relationes realiter distinct®.

— Fatentur omnes doctores in eo reponi *aenigma sacratissimum* ; imo plures theologi, quasi difficultate oppressi, concedunt axioma : « quæcuinque sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se », valere tantum in creatis, non autem in divinis, ut contendit Suarez, vel si agatur de identitate plurium cum aliquo singulari *incommunicabili,* non autem ‹ um communicabili, ut vult Molinal.

Verum h® sunt solutiones potius desperata:, quæ agnosia ismum quendam redolere videntur : principium quippe identitatis, sicut et principium contradictionis, esi lex quæclam generalissima entis, quæ ubicumque valet, seu quæ tantum se extendit quantum ipsum ens.

Aliter ergo est respondendum.

Distinguendus est axiomatis sensus : quæcumque sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se, nisi inter se importent respectus oppositos, concedo ; si autem importent uder se respectus oppositos quos non important cum ilio tertio nego. Contradist. min. : relationes sunt unum et

I. Suarez, *De Trinil.,* liv. IV, ‹. m, n. 7; Molina, in I P., ip xxvm, a. 3, disp. II.

idem ‹llllll essentia, ita tamen ut importent inter se respectus oppositos quos non important cum essentia, concedo ; secus nego. Et nego conclusionem.

Explicatur solutio. Ut sit identitas omnino perfecta, oportet ut comparatio fiat secundum eundem respectum; si autem sit identitas secundum unum respectum, falso concluditur esse pariter secundum alium respectum. In divinis porro relationes, quatenus comparantur cum essentia, habent rationem *In* et sunt aliquid absolutum ; quatenus, autem comparantur inter se, habent rationem *Ad* et rationem relativi ; et idcirco important respectus oppositos, ac subinde distinguuntur ab invicem realiter, cum oppositionis relativæ munus sit praecise secernere terminos. « Axiomatis allata vis contra SS. Trinitatem nihil valet, quia cardo hujus mysterii praecise consistit in dupli, i respect u unius summi entis, quod simul habet esse summum absolutum et summum relativum. Dato ente tali, imo ente tali ex revelatione probato, jam propter duplicem respectum absoluti ac relativi hujus entis, quodvis telum vi allati axiomatis immissum decidit imbelle1. »
Processus quo utitur Angelicus est perspicuus et efficax.

III. Quatuor sunt in Deo relationes reales (a. 4). — Non sunt in divinis nisi relationes quæ super actiones immanentes fundantur. At in Deo duæ tantum sunt actiones immanentes, intelligere et velle, quarum quælibet duas reales fundat relationes. Ergo quatuor sunt relationes reales in Deo.

Declaratur major. Omnis relatio realis mutua fundatur super quantitatem vel super actionem. Jam vero in Deo repugnat quantitas. Ergo superest ut relatio fundetur super actionem, non quidem transeuntem, sed immanentem.

I'undanieiitum quidem relationis in genere est triplex, sive remotum, sive proximum : remotum triplex est : *quantillis, qualitas, polenliaqite* agendi ; proximum triplex est : *unilas el numerus* seu convenientia et disconvenientia ; *acil0 el passio ; mensura* et *mensuratum,* vel exemplar et

1· ·-· ■•a s | , *De. Deo Trino,* p. 240. — Cf. card. Billot, thés. Vil I, et commentatores S. Thomas in h. l.

exemplatum1. Verum in ultimo casu relatio non est mutua, quippe quæ est realis ex parie exemplati et mensurati l iiiituin, rationis autem ex parle, exemplaris et mensuræ ; hinc Angelicus, attendens solum ad relationes mutuas, recte statuit fundamentum relationis esse quantitatem el actionem.

Quoad minorem, jam probatum e.sl. quæst. præced., duas esse in Deo actiones immanentes ; addimus porro in qualibet fundari duas relationes; in actione quippe intellectus esi relatio Patris ad Filium tamquam ‹l icentis ad verbum, et relatio Filii ad Patrem tanquam verbi ad dicentem ; in operatione autem voluntatis est relatio Patris el Filii ad amorem, qui procedit tamquam ad terminum, et relatio amoris procedentis ad Patrem et Filium tamquam ad principium unicum.

Potest argumentum sub alia forma proponi. Omnes relationes reales in Deo sunt relationes originis. Duæ autem sunt in divinis origines, quarum quælibet duas fundat relationes. Ergo qbatuor sunt in Deo relationes reales.

Explicatur. Tn Deo relationes reales non sunt inter personas et essentiam, quæ nullatenus opponuntur, sed inter personas ipsas. Personæ autem considerari possunt ut sunt unum, v. g. æquales in essentia, magnitudine, potentia, cl sic viget inter ipsas relatio identitatis, quæ est rationis dumtaxat ; vel ut sunt inter se distinctæ, quæ distinctio non concipitur nisi quatenus una persona originem habet ab idia. Jam vero ostensum est duas esse in Dio origines, seu processiones, nempe originem Verbi a dicente, el Amoris a principio. Cum autem origo duo extrema dicat, singula? origines duas important relationes.

IV. Propria nomina relationum divinarum. — Processio verbi, ut constat ex quæstione præcedente, veram ac propriam generationis indolem habet ; hinc relatio dicentis ad verbum est vera paternitas, et relatio verbi ad dicentem est vera filiatio. Processio autem seu origo amoris non habet nomen proprium ; sed, quia intelligitur

1. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* vi, 61-62.

per modum cujusdam flaminis et impulsus, convenienter «ii« it nr spiral i<». Unde spiratio designat ipsam processionem seu originem. Cum vero relationes attendantur secundum origines, potest ex ipsa origine denominari relatio. Quocirca relatio principii ad amorem procedentem dici potest spiratio activa, et relatio amoris procedentis ad principium dici potest spiratio passiva, seu simplex processio. Hie sunl igitur quatuor relationes divinæ : *Paternitas, filialia, spiralio activa, spiratio passiva,* quæ etiam simplex *processio* dicitur.

V. At. si sunt quatuor relationes reales in Deo. cur sint ires tantum personæ.

Ratio est quia sunt lres tantum relationes mutuo oppositel. Paternitas et Filiatio sunt mutuo opposite, ut liquet, ideoque duas constituunt personas. Spiratio vero activa et Spiratio passiva sunt mutuo opposite, nam Spiratio activa se habet ad passivam sicut principium ad terminum el Spiratio passiva se habet ad activam sii ut ad principium suæ originis. Ergo non possunt convenire uni et eidem personæ, nec potest una persona esse spirans et spirata ; sed oportet ut vel una ex his relationibus conveniat Patri et Filio, et altera tertiæ personæ, vel una Patri et altera Filio. Atqui Spiralio passiva non potest convenire Filio. Filius enim procedit per intellectum ut verbum ; Spiratio autem passiva est per voluntatem. Jam vero nequit procedens per intellectum procedere per voluntatem, cum processio intellectus prior sit processione voluntatis. Ergo Spiratio passiva convenire nequit Filio.— Nec. etiam Patri. Nequii enim Pater a Filio procedere. Sed Spiratio passiva procedit a Filio, sicut amor a cognitione originem habet. Ergo nec Filio nec Patri convenit Spiratio passiva. Remanet ilaque ut tertiæ personæ conveniat. Jam ergo tres habemus personas distinctas propter relationes oppositas. Spiratio autem activa non opponitur realiter Paternitati nec Filiationi : spirans enim, licet nequeat fesse spiratus, potest **lanicii esse paler** vel filius ; imo de facili intelligitur illum qui esi pater et illum qui est filius spirare communem

1. Cf. S. Tiio m., **infr. q. xxx, a. 2.**

quondam amorem, qui <ril quasi nexus utriusque. Qua-)impier Spiratio activa <-.<ni\«τl il ur reapse. cum Paternitate ‹•| Filiatione.

1res ergo sunt in divinis relationes mutuo oppositae : I" *Paternitas,* quæ opponitur Filiationi et Spirationi passiva·, sed eadem est cum Spiratione activa, el constituit personam Patris; 2° F*Hiatio,* quæ opponitur Paternitati el Spirationi passiv» sed eadem est cum Spiratione activa ; el constituit personam Filii ; 3° *Spiralio passiva,* quæ opponitur Spirationi activ», ac subinde Paternitati el Filiationi, et constituit personam Spiritus Sancti.

VI. Quanti ergo sit momenti doctrina de relationibus ad mysterium SS. Trinitatis explicandum. — Hæc doctrina exponit et quomodo personæ sint distincti» inter se et tamen sint unum in essentia.

Tres sunt distinet», quia inter 1res obviat oppositio propter origines unius ab alio ; at ex parte essentiæ nulla est relationis oppositio, cum neque personæ ab essentia ne.c essentia a personis oriantur aut procedant ; ac subinde intelligitur personas unum esse cum essentia.

Hinc solvitur objectio fieri solita : Si sunt tres personæ in *ana* essentia, tria non remanent tria, et unum non remanet unum.

Besp : Tria non remanent tria ex parte qua sunt aliquid indistinctum et idem, concedo ; ex parte qua sunt distincta rl tria supposita, nego. — Ex parte essentiæ non sunt tria in Trinitate, sed unum, si quidem nulla obviat relationis oppositio; ex parte autem qua dislinda sunt supposita, remanet semper veritas inconcussa : Tria nunquam sunl unum, sed tria remanent semper tria.

In divinis ergo nunquam tres persona· sunl una persona nec unquam tres essentiæ sunt una essentia, sed tres personæ distinct» ut personæ et propter relationes oppositas, sunt unum in essentia, in qua nulla est relationis oppositio ; sicut tres anguli, distincti ut anguli, sunt unus triangulus.

Hinc etiam intelligitur quomodo in divinis Pater non sit prior Filio nec Pater et Filius priores Spiritu procedente. Cum enim relationes dicant solum ordinem originis et ‹ uim

in l)e<> relationes mutuo oppositæ debeant esse simul nalurn el. cognitionel, una persona esse nequit alia prior. Non csl Paler in divinis nec vitam habet veram nisi Filium siln a*qualem et consubstantialem generet ; nec Pater el Filius habent veram beatitudinem et vitam nisi communem Amorem spirent. Constat igitur relationes in Deo esse vitam Dei propriam ac intimam, ipsisque constitui divinam familiam et summam infiniti Dei beatitudinem.

Erit etiam nostra in cœlis beatitudo clare hæc omnia intueri et contemplari, simulque Deum trinum et unum sine fine ac sine modo dilligere2. »

1. Cf. *Cnrs. Philos. Thomist.,* vi, 70-17.

2. ‹if. iterum Commentatores S. Thomæ in I P., q. xxvin ; Cajetan, Joan, ‹ S. Thom., Salmant., Sylvius, Gonet, Billuart et receiitiores, card. Billot, L. Janssens, Buonpensiere, Lépicier, Pi.i.t i s. Van Nooht, Van der Meersch, etc. — Pro parle historica et diver i choiasticorum sententiis, cf. de Régnon, S. J., *Études de théoloyie positive.*

QUÆSTIO QUARTA

Praecipua capita doctrinae de notione et applicatione vocis « personae » in divinis

AD *QQ.* XXIX-XXXI S. THOMÆ

I. De personæ definitione (a. 1). — Quia profundiores quæstiones de formali personæ constitutivo expendentur in tractatu de Incarnatione, satius erit in præsenti ea tantum recolere quæ ad Trinitatem referuntur. Boetii definitio : « Persona est rationalis naturæ individua substantia[1] », in qua *substantia individua* est genus, *rationalis naturæ* est differentia, legitima et relinenda est. dum modo ad sensum veterum intelligatur. Nomine enim substanti» *individuæ* audiebant, non quodlibet individuum, sed id quod est in sua specie completum et perfecte subsistens, seu in ultimo individuationis gradu constitutum, nempe sui juris et simpliciter incommunicabile. Unde per substantiam *individuam,* prout hic accipitur, excluduntur accidentia ; naturæ universales, partes, sive intégrales, ut brachium, munus, sive essentiales, ut materia prima, .•mimaque separata ; naturæ singulares, quæ possunt ab alio supposito assumi. Sensu ergo boetiann substantia *individua* est substantia perfecte *incommunicabilis,* quæ nempe triplicem communicabilitatem excludit, scilicet universalis ad inferiora, partis ad lotum, assumptionis ab alio supposito.

Quapropter persona est 1° *substantia,* seu essentia cui ' ompetit esse in se et non in alio ; 2° substantia *completa,* Ium in ratione substantialitatis, Ium in ratione speciei; *individua* simpliciter et idcirco perfecte incommunica-

I. Cf. Boet., *De dualus Naturis el una Persona,* lib. I, e. m ; *P. L.,* 1xiv, 1338, 1343 ss.

bilis ; 4° *intellectualis* vel rationalis naturæ, quæ sil intellectu el voluntate prædita'.

II. De hypostasi (a. 2). — Ambiguitatem hæc vox sal. diu retinuit. Apud Aristotelem ὑπόστασι designat realilatcni permanentem, quæ phænomeno transeunti opponitur ; deinde, apud Graeco», usurpata est pro re individua subsistente. ; demum, pro persona incommunicabili. Hinc Patres nonnunquam hypostasim vocant quidquid realitate gaudet, ut est intellectus Christi2; aliquando vero, quod est substantia singularis et sic ponuntur duæ hypostases in Christo, et una tantum hypostasis in Deo, quia est una substantia divina, non autem 1res deitates distinctae3 ; a'liquando. quod est proprie persona, et hoc sensu tres dicuntur in Deo hypostases. Attamen etiam ante concilium Nicænum, hypostasis communius pro persona usurpatur, et esse « in Deo tres hypostases » est formula antiquissima, temporibus saltem Sabellii et Noeti usitata. Sic Origenes profitetur tres hypostases, id est tres personas, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum ; S. Athanasius unam Deitatem, unum Deum, tres hypostases; et pariter S. Epiphanius credit consubstantialitatem Patris et Filii et Spiritus Sancti. 1res hypostases, unam essentiam, unam Deitatem4.

Deinceps hypostasis æquivalet personæ, et Latini vocabulum illud a sæculo v communiter vertunt *subsistentiam*. Jam ergo usurpantur illa vocabula : *essentia, natura, substantia, hypostasis, subsistentia, persona.*

Essentia est id quo respondetur quæstioni : *quid est res ?* Natura est eadem res prout est principium operationum quas ultro elicit ; substantia est' eadem res prout in se

1. Cf. *Curs. Philos. Thoinist.,* I. V, p. 248 ss.

2. Hoc sensu loquitur S. Epiphan., *Hæres.,* lxxvii, n. 24; /-*. <>., xi.n, 676.

3. Hoc sensu loquitur S. Dionysius papa. Cf. S. Athan., *De Decretis Sicwiue Syrtôdi,* xxix ; *P. G.,* xxv, 461.

4. Ohic.en., *in Joan., P. G.,* xiv, 128 ; S. Athanas., *De Ineam, et coni, [llanos,* x: *P. G.,* xxv, 1000 : S. Epiphan., *Hæres.,* lxxixi, n. 31 : *P. G.,* xt.u, 168. — Cf. hac de re Garnier, *Præ/at. in Episl. S. Basillii, P. G.,* xxix, 16 ss.

i xistit et accidentibus subsint; hypostasis, subsistentia, est ipsa substantia til est sm juris ci omnimode incommunicabilis ; hodie tamen subsist entia sumitur in abstracto, pro actu quo substantia Ill, incommunicabilis ; demum per sona in ordine naturarum intellectualium designat id quod significant in communi hypostasis el suppositum*.

III. Nomen personæ Deo vere et proprie convenit, excellentius tamen quam creaturis (a. 3). Licet vocabulum non tribuatur Deo in sacris Scripturis, attribuitur tamen a tota Traditione catholica, jamque a temporibus Tertulliani asserentis esse in Deo *unam substantiam el lres personas*[1].

Symbolum, Athanasianum ex professo illud adhibet : Xeque *personas* confundentes, neque substantiam separantes ; et pariter concilia, v. g. Later. IV, Lugdun. II, l lorentinum ; imo sacra liturgia illud consecrat : « Et in essentia unitas, et in *personis* proprietas, et in majestate adoretur æqualitas[3]. » .

Accedit ratio theologica : Nomina quæ perfectionem significant Deo conveniunt. At persona significat quod est perfectissimum in natura, nempe subsistere in se, qui 'est præstantissimus essendi modus, et dicit intellectualem naturam, quæ esi perfectissima. Excellentiori tamen modo i ompetit Deo quam creaturis. Deus quippe est totus substantia, dum creatura suscipit accidentia ; substantia divina i s|, ita perfecta ut sit. eadem numero in tribus personis, obstantia autem creata multiplicatur simul ut communicatur ; in Deo substantia est idem omnino cum persona, in creatis vero substantia minus est quam persona[4].

IV. Persona communiter sumpta non significat aliquid relativum, sed aliquid absolutum ; in divinis autem significat relationem, non formaliter quidem ut relationem, sed ut est res subsistens (a. 4).

1. Cf. *Curs. Philos, Thomisl.,* toc. cil.
2. Cf. Tertull., *Adv. Praaxan.,* n, vu ss. — Cf. d'Ai.ès, *La théologie de Terlullien,* p. 82 ss.
3. Præfat. SS. Trinit.
4. De distinctione inter substantiam el personam in creatis, i f. *Cars. Philos. Thomisl.,* V, 252 ss.

liquet 1" pars ex ipsa definitione : « Rationalis naturæ individua substantia»; substantia enim ex se non relationem, sed aliquid absolutum innuit.

Proh. II|| pars. In divinis persona significat aliquid subsistons, incommunicabile et distinctum ab aliis. Porro quod est. incommunicabile et distinctura in divinis non potest esse nisi relatio ; nam quidquid est absolutum est commune et indistinctum in tribus, juxta axioma : *omniaque unum sunl ubi non obviai relationis oppositio',* relationes autem, licet possint esse idem si sint mere disparatæ, necessario tamen secernuntor si sint oppositæ ratione originis, quatenus terminus procedens nequeat esse ipsum principum a quo oritur. Ergo in divinis persona significat relationem.

Prob. 11la pars. Relatio potest considerari formaliler ut est ordo seu respectus *ad* aliquid et ut est aliquid *in* subjecto quod refertur. Si priori modo accipitur, non constituit personam, sed potius distinguit ; si altero autem modo, est ipsa persona divina, quæ subsistit in natura divina et est ipsa divina substantia, a*c proinde maxime subsistens.

Quocirca persona divina est relatio ut subsistens, quæ ilici etiam potest subsistentia personalis ; designatque in redo relationem, in obliquo essentiam quarum identificati· r».

V. De pluralitate personarum (q. xxx).

Ex tota quæstione proœmiali constat esse in divinis plures personas, nempe 1res, jamque explicatum est quomodo sint tres relationes mutuo oppositæ, et idcirco tres personæ realiter distinctæ (supra, η. χι). Sufficit pauca subjungere de redo loquendi modo. Termini numerales ponunt aliquid in divinis, videlicet significant illa de quibus dicuntur, addendo tantum negationem divisionis (a. 3).

Pluralitas est duplex : nempe *materialis,* quæ sequitur divisionem continui, et *Iranscendentalis,* quæ sequitur plures el oppositas formas ; materialis quidem constituit numerum esi esi *accidens* quantitatis, formalis autem nihil addil enti nisi negationem divisionis.

1. Cf. Coni i, ilisp. IV, a. 2.

Termini numerales in divinis non sumuntur a numero qui est species quantitatis, sed a multitudine transcendental!. Porro, dum numerus supr ens addit aliquod accidens, multitudo transcendentalis nihil aliud ponit nisi ens cum indivisione. Ergo in divinis termini numerales ponunt ipsas personas cum indivisione ‹ irca unamquamque earum, quia do ratione multitudinis est ul ex unitatibus constet.

VI. Nomen personæ est commune tribus personis secundum rationem, non quidem sicut genus, et species, sed sicut individuum vagum (a. 4).

Probatur Ia pars. Esse subsistens et distinet uni convenit Iribus personis. Jam vero nomen personæ designat aliquid subsistens et distinctum. Ergo nomen personæ est commune tribus personis. Non tamen secundum rem, sed secundum intentionem ; nam ibi est communitas rei ubi una est illa res eadem numero in pluribus, persona autem divina non est eadem numero in tribus.

Prob. l la pars. Nomen personæ non esi nomen ini,enlionis. sed rei ; unde ne in humanis quidem communitas personæ est communitas generis et speciei. Insuper, genus el species, sicut quodlibet universale, prædicantur de pluribus secundum esse differentibus. Porro divinæ personæ habent unum esse. Ergo nequit nomen personæ prædicari de personis ut. genus et species.

Sed prædicatur si. ut individuum vagum ; quatenus, sicut *aliquis homo* designat naturam humanam cum determinato essendi modo, ita persona in divinis designat naturam divinam determinato modo subsistentem.

VII. Quaedam loquendi regulœ (ad quæst. xxxi). — Regula generalis est : Quæconveniunt personis ratione solius essentiæ singulariter tantum dicuntur; quæ solum eis conveniunt ratione proprietatum dicuntur tantum pluraliter.

Unde dicendum est : 1res personæ, non vero : una persona ; quæ autem eis competunt ratione proprietatum et mtione essentiæ dicuntur et pluraliter, quia sunt plures personæ et singulariter, quia est una essentia l.

I. Cf. Gonet, disp. VI, a. I.

Him I" uh possumus nomine *Triniialis* et «licere : Ksi l rinitas in «livinis, vel : Deus est trinus, quia trinitas iinportiil pluralitatem, seu numerum ternarium personaruml, «piem Udes «locet ; nullatenus autem dici potest : Deus esi Iriplnx, quia triplicitas significat proportionem inæqualitatis et divisionem essentiæ, quai in divinis est absolute una.

Hinc 2° recte dicitur . Filius est *alius* a Patre, non tamen *aliud.*

Ad vitandum errorem subordinationismi excludenda sunt vocabula quæ designant diversitatem natura·., ut *diversum, discrepans, differens, dispar;* retentis tamen vocabulis quæ pluralitatem personarum indicant, ut vitetur error modalismi et sic recte dicitur : Filius est *dislinclus* a Patrô et Spiritus Sanctus *dislinclus* ab utroque.

Vocabulum *alius* masculine sumptum non importai nisi distinctionem suppositi ; *aliud* autem importat distinctionem essentiæ, nisi aliquid adjungatur quod sensum determinet.

Hinc 3° dictio *solus* categorematice accepta non potest recte adjungi termino essentiali in divinis ; quia hoc modo significaret Deum esse solitarium ; syncategorematice autem accepta, quatenus innuit prædicatum non nisi subjecto convenire, recte adjungitur : solus Deus est aeternus, quia nihil præter Deum est æternum.

Hinc 4° dictio exclusive *solus* non adjungitur termino personali respectu prædicati communis : solus Pater esi Deus, solu» Filius est sapiens, quia sic excluderentur aliæ personæ a prædicatione ; nisi ex aliquo addito vel ex contextu sensus verus colligatur.

Si autem termino personali ita adjungitur ut ei tribuatur prædicatum quod est personæ proprium, jam vera esi locutio : solus Pater est generans, solus Filius est genitus, solus Spiritus Sanctus est spiratus. Quæ regulæ etiam usu liturgiiO sacrantur. Sic dicitur : « Tu solus altissimus, desii F.liriste », non absolute, sed « cum sancto Spiritu in gloria Dei Patris. »

1. Cf. supra, qnaisl. prim., art. 1, n. 1.

QUÆSTIO QUINTA

De divinarum personarum cognitione

AD *Q.* XXXII S. THOM/E

S. Doctor in hac quæstione exponit quid non valeat aut valeat ratio in ordine ad mysterium SS. Trinitatis cognoscendum vel illustrandum et simul errores confutat ; ac deinde theologicam tradit doctrinam de notionibus, quibus nobis innotescunt divinæ personæ.

ARTICULUS PRIMUS

QUID NON POSSIT VEL POSSIT RATIO RESPECTU MYSTERIIS S. TRINITATIS COGNOSCENDI

AD ART. I S. THÔMÆ

I. Duplex errorum classis. — Ex una parte contendunt rationalist® dogma Trinitatis esse human» rationis inventum; ex alia parte existimarunt plures etiam catholici dogma illud, et si de facto sit divina revelatione ortum, posse tamen sola ratione detegi, imo et demonstrari.

II. De prima theoria. — Nonnulli, præsertim prima parte sæculi xix, dogmatis nostri originem ex orientalibus religionibus, Persarum scilicet aut Egypl iorum vel Indorum repetebantl. Verum hodie illa l heoria est jam obsoleta nec ab ullo scientifico sustinetur. Trilogiæ illæ quæ apud Orientales commemorantur nullam proprie dictam exhibent analogiam cum doctrina catholica de li ibus personis in una essentia di tinctis. Alii dogma nostrum ex Graecis derivari contendunt.

I. Ita præsertim Vacherot, *Histoire critique de l'Ecole d'Alexandrie,* I, p. 300.

(',il,il nr celeberrimus Aristotelis textus[1], quo Stagyrilii docel veteres per numerum *ternarium* magnificassc Drum iiuuui : undo putant in hoc ternario numero exprimi Trini· Intern. Verum responsio quam tradit Angelicus ad l csl omnino apposita et retinenda : « Non est sic intelligendum quod ipse poneret ternarium numerum in divini... Sed vult dicere quod antiqui utebantur ternario numero in sacrifi' iis et orationibus propter quamdam ternarii numeri perfectionem. »

Mos fuit olim tribuere Platoni theoriam de Logo sim Verbo. At nihil hujusmodi in scriptis authenticis ipsius Platonis reperitur, nec Platoni adseribendum est quod ejus nomine Neo-Platonici adstruunt. Theoria de ideis subsistentibus et separatis habetur utique apud Platonem, at nullatenus potest cum dogmate nostro de Verbo Dei personali, sanctificatore ac redemptore comparari[2]. Alii ex Stoicorum placitis dogma repetunt. — Sed apud Stoicos[3] Logos est principium mundo immersum nec a materia independens : quæ theoria non est nisi quædam monismi pantheistic! forma.

Neo-phythagoriei et neo-platoni< i, dum Logon exhibent spiritualem et a materia separatum, illum tandem reducunl ad aliquod principium abstractum, nulla actione el passione præditum.

Nec majori successu conati sunt alii doctrinam de Verbo ex scripilis Philonis eruere ; nam Philo concipit Logon seu Verbum ut virtutem *cosmicam* et *demiurgicam,* quæ munus exercet in conditione mundi, non autem ut divinam personam distinctam, incarnatam, quæ sit hominum Salvator et Redemptor[4].

Num potuerit doctrina Philonis, quando jam Ephesi spargebatur, esse occasio cur Joannes adhibuerit nomen Verbi[5] ? IIypothesimerudite versat et excludit P. Lagrange.

1. t'.l'. AniSTOT., *De Ccelo,* lib. I, c. i ; édit. Didot, t. II, 367.
2. C!. .l., Lebreton, *Les origines du dogme de la Trinité.*
3. Cf. .lÎTius, *Placita,* i, 7, 3.3.
I 1.l I Tt.\i ront, *Histoire des Dogmes,* i, 55, 56. J. Lebreton, op. cil.
5. Printer op. cil ., cf. Knabenbauer, *Di Joan.,* p. 17 ss, 65 ss ; Camer ia - nk, /‹ *guarti euangelii auctore,* Lovanii, 1900, p. 258 ss; Richard, hi-i *IDls de Dieu,* in *Diction, théol. calhol.,* col. 2381 ss, 2404 ss; P. I.ai.h aniii., O. P., *Saint Jean* ; Vosté, O. P., *Angelicum.* 1925.

λ fortiori nequit apud velcros philosophos aliqua Spiritus Sancti notio aut analogia detegi. *Pneuma* in philosophia græca est forma qua-dam materialis, quæ a mundo corporeo non emergit. Quod etiam dicit Seneca, « *pars divini : pirilus mersa in corpus humanum* », innuere videtur vim quamdam materialem et pant heist icam. nullatenus vero personam divinam, spiritualem ac. subsist enlmn.

III. De altera theoria. — Licet de facto dogma illud d revelatum, existimarunt nonnulli rationem humanam parem Trinitati detegendæ.

Claudianus Mamertus, saeculo v, Platonem extollit eo quod iste propria ingenii virtute Patrem Deum, paternamque mentem, seu Filium, et utriusque amorem, Spiritum Sanctum, agnoverit[1]. — Medio ævo eundem errorem renovat Abælardus[2]. quem fortiter impugnavit S. Bernardus[3]. Tribuitur illa sententia S. Anselmo, qui tamen in prooemio libri *De Fide Trinitatis* veram doi t rinam vindicat ; ‹ l etiam Richard© a S. Victore[4], cujus verba in bonam partem accipit et exponit S. Thomas, hic ad 2. Hernicus Candavensis putat Deum quibusdam theologis a se electis speciales infundere illustrationes ut isti valeant mysterium indagare, penetrare et cæteris proponere ex rationibus quæ assensum cogant. Raymundus Lullus existimat se rationes adinvenisse convincentes et necessarias ad dogma Trinitatis adstruendum[5].

Marcus Mastrofini, philosophus Romanus, in suo opere de Trinitate *Melaphysica sublimior,* contendit tria esse argumenta apodictica quæ Trinitatem demonstrant. scilicet c\ necessaria existentia Dei ; ex quantitate vis créai ricis : ex manifestatione divinæ gloriæ : qua· omnia trinitatem m Deo postulant®. Verum ista argumenta non excedunt

I. Claud. Mamert., *De Slalu Anima·,* lib. H, c. vu ; *P. L.,* im, 746, 747.

.'. Abælard., *Introd. ad Theol.,* n, 8 ; *P. L.,* clxxxviii, 1050, 105-2.

3. S. Bernard, *Tractai, de erroribus Abælardi,* 10 ; *P. L.,* i.i.xxxii, 1062.

I. Richard. a S. Victore, I, *De Trinil..* c. iv.

li. Cf. Salvador Bové, *I.e Système scientifique de Raymond bulle,* Barcelone, 1909.

fl. Ilia argumenta optime exponit el confutat, cf. L. Janssens, /»■ *Deo Trino,* p. 381 ss.

vim rationum quâs solvit Angelicus hic ad 2. « Bonitas ••Him inliniln Dei manifestatur etiam in productione creaturæ, quia intinitæ virtutis est ex nihilo producere. Non enim oportet, si infinita bonitate se communicat, quod aliquid infinitum a Deo procedat, sed quod secundum modum suum recipiat divinam bonitatem. Similiter etiam quod dicitur, quod sine consortio non potest esse jucunda possessio alieujus boni, lorum habet quando in una persona non invenitur perfecta bonitas. Unde indiget ad plenam jucunditatis bonitatem bono alieujus alterius consociati sibi. »

Hermes, Guenther, Frohsehammer tenent, mysterium semel per revelationem propositum, posse deinceps a rationi· humana rite exculta probari et demonstrari.

Rosmini contendit pariter dogma jam revelatum el nobis propositum posse argumentis *indirectis* et *positivis* ita demonstrari, ut fiat veritas ordinis metaphysici.

Schell, licet non propugnet demonstrabilitatem mysterii, putat se invenisse scientificam viam ad illud penitus illustrandum sicut nemo hucusque præstare potuit[1].

1\. Doctrina autem catholica hæc est : Trinitas divinarum personarum vim rationis sic excedit ut citra revela tionem non possit cognosci, nec, supposita revelatione, possit ex solis principiis rationalibus demonstrari.

Documenta ecclesiastica de hoc puncto multa prodierunt. Gregorius XVI pronuntiat : « Superbi seu insipientis hominis est fidei mysteria, quæ exsuperant omnem sensum, humanis examinare ponderibus nostræque mentis rationi confidere, quæ naturæ humanæ conditione debilis est el infirma[2]. » Idem in multis documentis docet Pius IX[3], qui concludit : « Quæ (mysteria) ita supra humanam rationem sunt, ut hæc nunquam effici possit idonea ad illa sus \iribus et ex naturalibus suis principiis intelligenda el demonstranda[4]. » — Concilium Vaticanum : « Divina

1. De theoria Schell, cf. L. Janssens, op. cit., p. 417 ss.; do tota quæstione Van der Meersch, n. 829-855.
2. Encyclic. *Mirari uos,* 15 august. 1832: Denzinger, 1616.
3. i i. Denzinger, 1642, 1645, 1667, 1673.
4. Episl. XXI, dec. 1863 ad Archiep. Monaco-Frisingensem ; ; Denzinger, 168·.

enim mysteria suapte mil ura intellectum creatum, sic excedunt, ul etiam ruvcliil ioiie tradita et fide suscepta ipsius tamen fidei velamine contecta et quadam quasi caligine obvoluta maneant, qmimdiu in hac mortali vita peregrinamur a Domino1. « Si quis dixerit in revelatione divina nulla vera el proprie dici a mysteria contineri, sed universa fidei dogmata posse per rationem rite cxcultam e naturalibus principiis intelligi el demonstrari, A. S.2. »

Argumentum scripturisticum est hujusmodi : quod esi objectum proprium intelligentiæ intinitæ non potest innotescere nisi a Deo reveletur ; quod est inter *profunda Dei* non potest nisi a Spiritu Dei manifestari, non autem ex naturalibus principiis probari. Atqui Trinitas in Scripturis exhibetur ut objectum intelligentiæ divinæ proprium : « Et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius et cui voluerit Filius revelare.3. Beatus es. Simon Barjona, quia caro et sanguis non revelavit libi, sed Pater meus qui in cœlis est4. » Est etiam hæc veritas intei profunda Dei, quæ solus Spiritus Dei scrutatur, juxta illud Pauli : « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum : Spiritus enim omnia scrutatur, *eliarn profunda Dei*5*6* » Ergo Trinitas non ex rationalibus principiis demonstratur, rd sola revelatione nobis innotescere potest.

Rationes theologieæ. Ea tantum de Deo possumus ratione cognoscere quæ ipsi conveniunt ut est primum rerum principium. Atqui Deus est principium rerum, non ul trinus in personis, sed ut unus in essentia. Ergo Deum Irinum non possumus ratione cognoscere.

Probatur major. Deum nafuraliler lognoscimus a creatura mundi, per ea quæ fada sunt0, id es1 per visibilia nationis opera, tamquam ansam per «ITe< Ius7. Jam vero dïedus non ducit in cognitionem causa· nisi sub ratione

1. Cap. iv, *De Fide el Ratione,* Iu xz.inger, 1796.
2. Can. I ; Denzinger, 1816.
3. Matth., xi, 27.
I. Matth., xvi, 17.
;>. *I Cor.,* n, 10.
6. *Rom.,* i, 20.
7. Motu proprio, Pu X, *Sacrorum AnlisUlum,* 1 sept. 1910.

qua procedit a causa, seu ex modo quo pendet ab ipsa. 1'nde ı·\ inspectione creaturarum non possumus de Deo cognoscere nisi ea quæipsi conveniunt ut est primum principium primaque causa rerum.

Probatur min. Deus est primum rerum principium per potentiam, sapientiam, et cætera, attributa quæ important ordinem ad extra. Atqui potentia, sapientia et attributa cetera quæ ad extra important ordinem sunt toti Trinitati communia ; ac proinde Deus est principum rerum non ut trinus, sed ut unus.

V. Solvuntur difficultates. — 1° Oportet ut Deus in sui communicatione se ostendat infinitum. Atqui in communicatione ad extra non se ostendit infinitum. Ergo debet esse ad intra quædam communicatio infinita, qua: importet pluralitatem personarum in divinis.

Besp. : Dist. maj. : Oportet ut Deus in sui communicatione se ostendat, infinitum ex *modo* producendi, concedo ; ex *lerinino* producto, nego. Contradist. min. : In communicatione ad extra Deus non se ostendit infinitum ex termino producto, concedo, ex modo producendi, nego ; nam in productione cujuslibe' creaturae, etiam imperfectæ, ostenditur virtus infinita qua transiri possit distantia infinita de non esse simpliciter ad esse simpliciter. Ergo concludi nequit fieri in Deo communicationem infinitam per productionem termini infiniti, seu processionem personarum divinarum.

'2° Ex notione verbi el amoris potest probari tria esse in Deo : principium, verbum genitum et amorem procedentem. Sed hæc tria sunt ipsa Trinitas. Ergo.

Besp. : Cognito Deum esse intelligentem et volentem probatur in Deo esse verbum et amorem et utrumque esse ipsam Dei substantiam ; concedo ; inde autem' evincitur verbum esse personam distinctam aut amorem distinctam esse personam, nego. Licet enim hæc analogia mentem nostram juvet ad intelligendum mysterium, minime tamen ostendit quomodo esse possint tres in Deo distincti el unus l iens, 1res personæ et una essentia.

VI. Nec etiam potest ratio humana probare positive et apodictice mysterii possibilitatem.

Ut concludamus positive Deum esse posse trinum in personis et unum in esseiil m, debemus ex intrinseca notione personæ et naturæ id eruere. Atqui ex intrinseca personæ el naturæ notione nullimodo apparel esse posse tres in ima natura personas; nam in omnibus creatis totreperimus naturas quot videmus personas. 1'nde potius obstaret illa notio.

Insuper, fides testatur non tantum 1res in Deo personas, sod etiam earum relationes, nempe Patrem el Filium et Amorem procedentem. At vero in creatis generatio non nisi corporalibus, nullatenus spiritualibus, competit ; quomodo ergo possit Deus spiritualis generare Filium eumdem : ibi in natura et in persona distinctum ? — Si reponatur verbum, quod est accidens in spiritualibus creatis, et amorem, qui est etiam accidens, esse necessario substantiam in Deo, non inde tamen eruere valemus verbum et amorem m Deo esse personas distinctas.

VII. Ratio tamen plura subsidia præbet fidei ; quadruplexque praesertim habet munus circa mysterium Trinitatis1. — 1° Ostendit nullam esse posse dissensionem inter ea quæ ipsa ratio certo demonstrat et ea quæ revelat Deus; evidenter quippe repugnat duas veritates quæ ab eodem vero Deo procedunt inter se opponi. Ad rem concilium Vaticanum : « Verum, etsi fides sit supra rationem, nulla tamen vera dissensio esse potest ; cum idem Deus qui mysteria revelat et fidem infundit, animo humano rationis lumen indiderit. Deus autem negare se. ipsum non possit nec verum vero unquam contradicere. Inanis autem hujus contradictionis species inde potissimum oritur, quod \el fidei dogmata ad mentem Ecclesia· intellecla et exposita mm luerint vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur2. » Et Leo XIII : « Huic illa infensa nec fuit unquam nec esse potest : fidei mini <d rationis parens atque mutor Deus sic utramque temperavit ul societate et quodam cognatione inter se continerentur3. »

l Cf. opus, nostr., *Mystère de la Très Sainte Trinité,* 1 P., c. iv.
' Cap. iv, *De Fide et Ratione·,* Denzinger, 1797.
\llocut. *Pergratum nobis,* inter *Arta Leonis XIII,* edit. Des-|i>h<i·, t. 1, p. 143.

?" Hui io sibi ostendere potest dogma Trinitatis non con ll .i.li<. i. sms principiis certis; et solvere congruenter potest, ol>j< (l ioncs contra illud fieri solitas, manifestando illas «lilii, nil ales aut procedere ex praejudiciis, vel esse mere sophisticas, vel saltem non esse convincentes.

Sic exponit quomodo principium identiatatis salvetur diam in divinis; quomodo personæ, quæ distinguuntur inter se per relationes oppositas originis, sint tamen unum in essentia, ex qua parte nulla est oppositio ; quomodo igitur in divinis unum sit semper unum, et tria Jnt semper tria, adhibitis regulis circa absolutum, in quo omnia sunt unum, d circa relativa, in quibus obviat relationis opposil io '.

3° Ratio subsidia et adminicula praebet ad proponendum d exponendum mysterium. Processu scientific© terminos et formulas excudit, quibus conceptus dogmatici exprimantur ; formulasque jam a supremo .Magisterio approbatas ratio scrutatur, in omnem faciem versat, conrparatque cum aliis et nexum aperit quo divers® veritates revelatae inter se colligentur. Demum ope analysis et synthesis scientificum ædificium exstruit, quo dogma protegitur ac defenditur.

1° Ratio mysterium suadet ac illustrat, analogias nempe d convenientias ex rebus magis notis depromendo. Prima analogia desumitur ex notione summi boni. Convenit ut summum bonum infinite se communicet. Sed summum bonum non se communicat infinite ad extra. Ergo convenit ut sit communicatio infinita ad intra, quæ erit ipsa vita divinarum personarum. Licet probatio non sit cogens, ut vidimus n. v.. valde tamen suadet ; cum maxime conveniat ul Deus se ostendat infinitum non solum ex modo producendi, sed etiam ex termino producto. Secunda analogia, ex fecunditate, quæ est ex se perfectio, sicut esse patrem unius filii est melius quam esse dominum plurium servorum, ul animadvertit S. Gregorius Nazianzenus2. Cur ergo Deus, qui alios pareri· facit d aliis fecunditatem tribuit, remaneret

1. Cf. quæ dicta sunt supra, ad q. xxvm de relationibus praesertim, art. 2, n. 2-6.

2. S. Gregor. Χαζιλνζ., *Orat.,* xxni, 7; *P. G.,* xxxv, 1160.

ni se sterillis1, nec prodmerul aliam personam sibi similem ?

Tertia analogia ex societate. Cum enim perfecta et i m unda beatitudinis possessio in consortio plurium personarum ejusdem natnrie obtineatur, congruit omnino ul adsit etiam in Deo consortium plurium personarum quæ :ml ejusdem naturæ divinæ el unam .elermim familiam elïiciant.

Ouarta et praecipua analogia est processio verbi el processio amoris in intellectualibus. Supposita revelatione, haec analogia mysterium maxime illustrat et pariter explicat quomodo verbum, simile suo principio vi processionis, dici possit filius, et quomodo amor a dicente et verbo tamquam ab uno principio procedat2.

Hæc ergo subsidia præstando, ratio Auctori suo obedit d famulatur et scientific© processu enarrat gloriam Dei3.

i. Cf. Isa i., 1 x v i, 9.

·. Cf. Quæ disseruimus de generaliune verbi et processione imioris, ad q. xxvn.

.3. Cf. Commentai, in li. l. ; præsertim. L. Janssens, p. 393 ss. l i etiam possunt P. Lacordaiiu·., 18e conférence; Monsabré, II I conférence.

ARTICULUS SECUNDUS

DOCTHIXA THEOLOGICA DE XOTIOX11WS

AD ART. 2 ET SS. S. THOMÆ

I. De notionibus in divinis (a. 2). — Notio a theologis definitur : propria ratio cognoscendi personam divinam, vel proprietaà aliqua in abstracto expressa, qua una persona innotescit et ab aliis discernitur. Dicitur ratio cognoscendi, id est principium cognitionis formale, quod quidem in abstracto significatur. Unde notio est aliquid in abstracto significatum, ut paternitas, filiatio, spiratio : nam quod significatur in concreto designat subjectum subsistens, seu personam, non autem id quo persona innotescit. Est *propria* ratio cognoscendi, quatenus notificat id quod uni personæ ita convenit ut aliis non competat.

II. Necesse est ponere in divinis notiones, nec ullatenus divinæ simplicitati id officit. — Conclusio communiter docetur, contra Præpositivum, doctorem Longobardum, qui Parisiis docuit initio sæculi xin, et Cancellarii munere ibi functus est. Doctrina illa quæ jam insinuatur a Patribus Græcis, præsertim S. Gregorio Nazianzeno[1]. traditur diserte a S. Augustino : « Alia *nolio* est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus[2]. »

Probatur Ia pars. Notiones sunt proprietates in abstracto expréssæ, quibus personæ innotescunt. Atqui necesse esi exprimere aliquando personarum proprietates in abstracto. Ergo necesse est ponere notiones in divinis.

Declaratur min. Necesse est adhibere nomina personalia quibus respondere possimus quæstioni : *quo* personæ sunt

1. S. Gregor. Nazianz., *Oral.,* xxxix, n. 11 et 12; *P. G.,* xxxvi, 345, 318.
2. S. Augustin., *De Trinil.;* lib. V, c. vi ; *P. L.,* xi.n, 915.

lres ? Et', sicul respondetur : sunt unum essentia, ita respondendum erit : sunt lres proprietatibus. Jam vero, si concretis nominibus utimur, nullatenus respondemus, sed lanium personas indicamus, cum concretum significet suppositum ; optime vero satisfacimus, si abstractis utimur. ut si dicimus : Patrem distingui el innotescere paternitate, et Filium filiation?.

Confirmatur. Fides docet Patrem alio respectu referri ad Filium, alio ad Spiritum Sanctum, et Patrem esse tamen unam personam. Ergo esse debent nomina abstracta, seu notiones, quibus possimus hanc duplicem relationem exprimere.

Prob. l la pars. Divina, non modo suo, sed modo sensibilium nominamus. Porro in rebus sensibilibus abstractum designat simplicitatem, el concretum subsistens. Rectissime ergo ad divinam simpli ilalem significandam nominibus abstractis utimur, ad designandum vero subsistens nominibus concretis.

Ex his perfecte intelligitur terminologie S. Doctoris : Et ideo essentia in divinis ut *quid,* persona vero ul *quis,* proprietas autem ut *quo.*

III. Quinque sunt notiones in divinis, nec plures nec pauciores (a. 3). — Ita communiter theologi, licet Scotiis admittat sextam, scilicet infecunditatem Spiritus Sancti. l ides quæstionem hanc non determinavit, at. quamvis libertas quædam opinandi concedatur (a. 4), non est ratio recedendi a sententia quam exponit el vindicat S. Thomas. I'o| sunt notiones quoi sunl propria? rationes cognoscendi personas divinas et unam ab aliis discernendi. AI sunl quinque rationes propria* quibus personæ innotescunt et nb invicem discriminantur. Ergo. Prob. min. Cum personæ distinguantur secundum originem, ratio propria cognos- ' · iuli personam secundum originem attenditur. Porro secundum originem persona dupliciter innotescere potest : ul *a quo alius* et ul *qui ab alio.* Hinc. Pater, si consideratur ut a quo alius, habet *palernilalem,* qua distinguitur a l dio, et *communem* cum Filio *spiralionem,* qua iistingitilur a Spiritu Sancto ; si autem consideratur ut qui ab ■dio. ci competit *innascibililas,* quia nullatenus est ab alio

neque ul procedens neque ut genitus. Filius vero, si consi- idcriilm* ul qui ab alio, habet *filiationem,* qua est a Patre ; i consideratur ut a quo alius, ei competit communis spiratio. Spiritus Sanctus, si consideratur ut a quo alius, nullam habet notionem, cum nulla persona ab ipso oriatur ; si autem consideratur ut qui ab alio, ei competit processio seu *spiratio passiva,* qua est a Patre et Filio.

Infecunditas porro, cum nullatenus referatur ad originem, non potest vocari notio. Quinque ergo sunt notiones: *paternitas, innascihililas. filiatio, connnunis spiratio, processio simplex seu spiratio passiva.*

IV. Actus notionales. — Intelliguntur actiones divina* qua* sunt constitutive* personarum. Operationes porro hujusmodi sunt ex parte intellectus *generatio,* et ex parte voluntatis *spiratio :* generatio quidem activa in Patre, passiva in Filio ; spiratio autem activa in Patre et Filio, passiva in Spiritu Sancto. Quapropter actus notionales sunt ipsas origines sive active sive passive sumptæ.

V. Proprietates. — Quia terminologie non est absolute determinata, potest contingere in loquendi modo discrepantia1; attamen congruit singula vocabula accurate distinguere. *Notio* designat solum id quo innotescit persona, seu quod personam manifestat; *proprietas* vero striite est id quod *uni* personæ tantum convenit : unde spiratio communis, quæ est notio manifestans Patrem et Filium, non est proprietas, cum non uni tantum, sed duabus personis competat.

Sensu strictiori, dicitur *proprietas personalis,* quæ est personæ constitutiva. Sic innascibili! as, quæ est proprietas s<di Patri competens, non est tamen proprietas personalis; nam constituitur Pater, non eo quod sit ingenitus et innas- (ibilis, sed eo quod sit generans.

Unde remanent tres proprietates personales : *paternitas.* qua* constituit personam Patris; *filiatio,* quæ constituit personam Filii; *processio* seu *spiratio passiva.,* quæ constituit personam Spiritus Sancti.

1. Cf. L. **J**anssens, op. cit., p. 438-440.

VI. Differentia inter notiones, proprietates et relationes, non est nisi rationis, secundum modum significandi. — . h Paternitas est relatio, quatenus refert primam per- Minam ad secundam ; proprietas simplex, prout soli Patri I mivenit ; proprietas personalis, quatenus constituit per- linam Patris ; notio prout Patrem nobis manifestat.

Belatio importat respectum ad correlaliviim ; proprietas nd personam quam constituit ; notio ad intellect um, cui lit. manifestatio.

Xon omnis relatio est proprietas : spiratio activa est relatio, at non proprietas quæ uni tantum personæ conveniat. Aliunde, non omnis proprietas est relatio : innas- l ibilitas est proprietas Patris, sed non relatio, quia non refert Patrem ad aliam personam.

\ II. Generalis conspectus. —Possunt hæe omnia uno « onspectu ob oculos exhiberi : *Quinque sunt notiones* : paternitas, innascibilitas, filiatio, spiratio communis, simplex processio, seu spiratio passiva.

Novem sunt nomina quæ dicuntur *notionalia,* qua· in sequentibus quæstionibus explicantur : Principium, Pater, Ingenitus, pro prima persona ; Filius, Verbum, Imago, pro secunda ; Spiritus Sanctus, Amor, Donum, pro tertia. *hiio* sunt actus *nationales* : generatio et. spiratio. *Quatuor* »im/ *proprietates simpliciter* acceptæ : innascibilitas, paternitas. filiatio, processio simplex, seu spiratio passiva.

1res sunt *proprietates personales :* paternitas, filiatio, processio seu spiratio passiva.

Quatuor sunt *relationes reales* : paternitas, filiatio, spira- li" activa, spiratio passiva.

Γι-es sunt *relationes mutuo oppositæ* : paternitas, filiatio, ■piralio passiva.

Tres sunt *personæ divinæ* : Pater cl Filius et Spiritus Biiiiil iis.

l *thue* sunt *processiones* : processio per intellectum, seu ■i ucral io verbi, processio per voluntatem, seu spiratio A inoris.

l *l Illis* est Deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo Bimniii.

QUÆSTIO SEXTA

De Persona Patris ejusque nominibus

AD *Q.* XXXIII S. THOMÆ

I. Nomen « Principii » sumptum notionaliter est Patri proprium, — Principium designat id a quo oritur aliud, quod est terminus. In qua notione duo importantur : 1° distinctio termini a principio, cum intelligi nequeat idem a scipso oriri vel idem esse simul duo extrema, principium et terminum ; 2° ordo seu relatio termini ad principium. Jam vero in creaturis invenitur ordo partium ad totum ; ordoque loci materialis, sicut in linea punctum est principium et initium ; atque ordo effectus ad causam ; et ordo originis. Liquet omnino Patrem in divinis non dici principium quatenus ipse esset tota divinitas, et ceteræ personæ, partes, vel quia ceteras personas per viam causalitatis produceret. Quæritur solum utrum sit principium originis.

Notandum est aliunde nomen illud sumi posse *essentialiter,* prout consideratur in ordine ad creaturas, et jam tota Trinitas est principium creaturarum, sicut etiam axioma est *omnia opera ad exlra esse tribus personis communia.*

At in præsenti sumitur *notionaliter.* et sic est proprium primæ personæ.

SS. Patres ita communiter loquuntur. Opus *de divinis nominibus* Patrem vocat *fontem* unicum supersubstantialis licitatis[2]: S. Basilius *radicem* et *fontem* Filii et Spiritus Sancti* ; S. Augustinus *principium lotius Deitatis*[3].

Concilium Toletanum XI, 675, confitetur « Patrem inge-

1. *De divinis Nominibus,* c. n ; *P. G.,* m, 641.
2. S. Basii.., *Homil. XXIV in Sabellium* ; *P. G.,* xxxi, 609.
3. S. Augustin., *De Trinit.,* lib. IV, *De Trinit.,* c. xxix ; *P. L,,* xlu, 908.

nilum, increatum, /on/cni ‹I *originem* totius divinitatis1. »

Ratio theologica liquel. Id a quo aliud procedit quocumque modo et ipsum a milio procedit est proprie et simpliciter principium. Atqui Paler est a quo procedit alius et ipse a nullo procedit. Hrgo Paler est proprie et . impliciter principium.

II. Licet Pater dicatur principium, non tamen Filius et Spiritus Sanctus dici possunt principiata, nec Pater dici potest causa Filii et Spiritus Sancti. — Principiatum enim videtur innuere quamdam minorationem, quæ nullatenus ni tribui potest Filio aut Spiritui Sancto ; et similiter i ausa sensù proprio importat ex parte causati veram dependentiam et subjectionem, quæ in divinis concipi nequit.

Græci adhibent interdum vocabulum αἰτια, pro Patre, el αἰτιατό?, pro Filio. Verum vocabula illa sumuntur apud illos sensu latiori et quoties sermo est de origine (dicujus ab alio ; ut nomen principium apud nos. Unde quoad rem non differunt Græci a Latinis, ut explicavit Hessarion in concilio Florentino. Quapropter concilium a reprobanda ilja terminologia abstinuit2. Apud Latinos porro standum est vocabulis jam definitive stabilitis, prout animadvertit Angelicus, hic ad. 1 : Latini doctores non utuntur nomine causæ, sed *solum* nomine principii ».

III. Qua ratione Pater dicatur principium totius Deitatis.

• Non hoc sensu ut solus esset Deus per essentiam et aliæ personæ per participationem ; nam Filius et Spiritus Sauc-ius sunt æque essentialiter et æque plene Deus ac Pater L)d *originalive,* quatenus aliæ personæ oriuntur a Patre, dum Pater a nullo, sed a seipso est.

Quia igitur non est ab alio per originem, dici potest *Jh'iis a se,* αὐτόθεο , ut loquuntur plures post Originem3, Fodem sensu dicitur Principium non de principio, Filius et Spiritus Sanctus sunt sine principio

1. Denzinger, 275.
2 *Decretum pro Græcis ;* Denzinger, 691.
3. Origen., *In Joan.,* n, 2. 3 ; *P. G.,* xiv, 109.
I. S. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xx, n. 7 ; *P. G.,* xxxv, 1073.

Ii nipoi i cl dm· principio a quo *causenlur;* at non sunt sine pnm ipi‹> η quo habent originem : hac ergo acceptione Pater eel proprie ἀναιγο;, sine principiox.

Him· concilium Florentinum docet : « Pater quidquid osl aul habet, non habet ab alio, sed ex se; et est *principium sine principio*l2 »

IV. An nomen principii convenire etiam possit Filio et Spiritui Sancto. — Filio attribuitur etiam nomen principii, quatenus ab ipso procedit Spiritus Sanctus. Unde concilium Lugdunense II et concilium Florentinum declarant Spiritum Sanctum procedere a Patre et Filio *lanquam ex uno* pr in c ipio , *lanquam ab uno* pr in c ipio 34

Non tamen eodem modo ac Pater Filius est principium : sicut enim accipit a Patre naturam, ita habet a Patre ul sit principium, dum Pater est principum a se.

Spiritus Sanctus non est principium ad intra, sed solum ad extra in creatione rerum, cum Patre et Filio.

V. Nomen « Pater » notionaliter acceptum est proprium primae personae (a. 2). — Tripliciter sumi potest. 1° *Analogice* prout convenit Deo et creaturis ; quo sensu est paternitas in cœlis et in terra, sicut est generatio in divinis et in Immanis, licet diversa ratione. 2° *Essentialiter,* quatenus tribuitur Deo respectu creaturarum, ut quum dicimus : *Paler noster, qui es in cælis,* et sic est tribus personis commun». 3° *Notionaliter* seu *personaliter,* quatenus consideratur in persona quæ generat in divinis Filium, ut in his formulis ; « Baptizantes eos in nomine *Patris* et Filii el Spiritus Sancti. » et : « Benedictus Deus et *Paler* Domini *Nostri Jesu Christi**. » Hac acceptione discernit primani personam a ceteris, et idcirco est proprium primæ personae, sicut jam constat primam personam a ceteris distingui paternitate.

Hoc est nomen quod primæ personae ut propriissimum réservai S. Scriptura, et ipse Christus Dominus semper

1. S. Giieuor. Nyss., *Cont. Eunom.,* I ; *P. G.,* xlv, **396.**
2. *Deeretum pro Jacabitis,* **704.**
3. **Iι'.vζ.ιv ιιιiι, 160 et 691.**
4. *Roin.,* **\iu,** l i.

hibuitl.*Ecclesia idem l radii, ul constat ex tota quæstione proœmiali.

Quia igitur prima persona const il nil ur et distinguitur pidernitaië, est *necessario Paler.*

Si quando sancti Docfores, ul S. Hilarius, S. Gregorius Nazianzenus et S. Gregorius Nyssenus* dicunt Patrem l cuerare et Filium generari *voluntate,* intendunt solum processionem in Deo esse *consciam et spontaneam,* non vero falalem ut in corporalibus, licet aliunde sit necessaria, sicut) onstat ex dictis de processionibus divinis. Hinc intellipuntur verba quæ habet symbolum damasianum : « *Paler l 'ilium genuit non voluntate, nec necessitate, sed natura3* », id est nec libere nec coacte, sed operatione naturali, sponlanea et conscia.

In divinis porro esi *solus Paler,* quia non compatitur ulterius consortium in generando ; est *solius Paler,*'scilicet *imius* Filii, qui est terminus infinitus adæquans fecunditatem Patris ; est *solum Paler,* quia non est, sicut in humanis, sub alio respectu filius vel genitus.

\ I. Nomen « Pater » personaliter acceptum per prius dicitur in divinis quam essentialiter acceptum (a. 3). — ‹ 'nine nomen per prius de illo dicitur in quo salvatur ratio nominis quam de ilio in quo reperitur secundum quid. Al qui perfecta ratio paternitatis non plene salvatur nec plene competit Deo nisi respectu Filii sui, qui est ejusdem mil uræ ; secundum quid autem respectu creaturarum, quæ diversæ prorsus sunt naturæ. Ergo.

\d cujus intelligent iam recolendum est Deum dici pa·!· tiem creaturarum quadruplici titulo : 1° ratione *vestigii,* ‹ l hoc modo etiam creaturæ irrationales sunt *a* Deo et l'eus dici potest earum pater analogice; 2° ratione *imaïgiiiis.* in creaturis rationalibus, in quibus reperiuntur et ■mneipium inlelligens, et verbum productum, et amor

I l C.f. Matth., xi. 25, 27; xvi, 17; xxvm, 19; Luc., xxiv, 49; Mous., n, 16; in, 35; xiv, xvn, 1, 21.

I ' S. Hilar., *De Trinit.,* c. m et *de Synod.,* 1 viii-l ix ; *P. L.r* Hl 77, 250 ; S. Grogor. Nazianz., *Orat.,* xxix, 6 ; *P. G.,* xxxvi, S. Gregor. Nyyss., *Coni. Eunom.,* vm ; *P. G.,* x l v, 773-776.

■ .l Denzinger, 15.

l›ĸ›‹ ‹ dens ; 3" ratione *similitudinis gratiæ,* qua efficimur proprii· lilii adoptivi ; 4° ratione *similitudinis gloriæ,* in ‹pia consummatur filiatio adoptiva.

VII. Esse « ingenitum », prout vocabulum significat id quod nullo modo est ab alio, proprium est Patri (a. 4). —4 Ingenitum tripliciter sumi potest : 1° ut *increalurn,* et si·· est tribus personis commune ; 2° ut opponitur *genito,* seu procedenti per generationem, et sic tribui etiam potest Spiritui Sancto ; 3° prout negat omnem originem, ita ut dicatur ingenitum quod nullimode procedit sed est vi sui principium non de principio. Quo ultimo sensu est Patri proprium.

Arianil, distinctionibus posthabitis, contra catholicam lidein sic arguebant : Solus Pater est ingenitus, non autem Filius. At, si Filius non est ingenitus, nec etiam est increatus. Ergo solus Pater est increatus, non autem Filius. Sophisma etiam latebat in vocibus adhibitis : dicebant interdum αγέννητο , scilicet proprie *ingenitus,* seu non procedens per generationem, nec ab alio habens originem ; et interdum ἀγένητο , id est non factus, non creatus. — Solutio obvia est quam tradebant catholici Doctores, S. Athanasius, S. Cyrillus Alexandrinus2.

Respondetur itaque in forma : Pater solus est ingenitus, id est non procedens per viam generationis nec ab alio originem habens, concedo ; Paters solus est ingenitus, id est improductus, nego, nam etiam Filius et Spiritus Sanctus sunt ingeniti hoc sensu3. Et nego conclusionem. Tertia porro acceptione adhibitum, nomen *ingeniti* non convenit Filio, qui procedit per generationem, nec Spiritui Sancto, qui licet non procedat per generationem, habet tamen originem a principio. Ergo convenit soli Patri, qui solus in ·livinis est principium sine principio ; et sic est nomen omnino proprium. Quapropter Ecclesia nomen illud reser·

1. De hac quæstione cf. *Arianisme* in *Diction, Iheol. calhol.*

2. S. Athanas., *Orat. I Coni. Arian.,* 31; *P. G.,* xxvi, 76j S. Cyhii.l. Alexandr., *Thesaur.,* I ; *P. G.,* lxxv, 23.

3. Quo sensu Athenagoras et Origenes, Filium vocant ingenitum. Gf. Atiienagor., Legat., n. 10 ; *P. G.,* vi, 909 ; Origen., *Coni. Cels.,* lib VI, 17; *P. G.,* xi, 1317.

\ at Patri, Concilium 'I'olelamim XI, 657, sic personas distinguit : « Pater enim lelernilatein habet *sine nalivilate,* l dius æternitatem cum nalivilate, Spiritus vero Sanctus processionem sine nativitate eum leternitatcl. » Professio lldci Leonis JX, 1053, habet : l Patrem *ingenitum,* Filium unigenitum, Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum, sed a Patre el Filio pro<edentem, veraciter prædilein'. » Concludamus ergo cum sacra lilurgia : « Te Deum Patrem *ingenitum,* te Filium unigenitum, te Spiritum Sanctum Paraclitum, sanctam et individuam Trinitatem loto corde et ore confitemur, laudamus atque benedicimus : l dii gloria in saecula3. »

l Denzinger, 281.
? *Idem,* 346.
'I In festo SS. Trinitatis, II vesp., ant. ad *Magnificat.*

QUÆSTIO SEPTIMA

De Persona Filii ejusque nominibus

AD QQ. XXXIV-XXXV S. THOMÆ

I. Nomen Verbi in divinis est personale, non essentiale (a. 1). — Tripliciter sumi potest verbum : 1° pro mentis conceptu rem intellectam exprimente ; 2° pro rei repræsentatione in imaginatione, et sic dicitur verbum imaginatum ; 3° pro voce oris qua verbum internum profertur, et sic dicitur verbum orale. Manifestum est sumi in divinis prima tantum acceptione, pro conceptu mentis. Scriptural nomen Berbi accipit personaliter, nempe pro secunda persona quæ erat apud Patrem et carnem assumpsit : «In principio erat *Verbum* et *Verbum* erat apud Deum et Deus erat *Verbum*... Et Verbum caro factum est. » Ratio theologica est perspicua. Nomen quod in divinis significat aliquid ab alia persona procedens est personale. Atqui nomen Verbi significat aliquid ab alia persona procedens. Ergo nomen Verbi est personale. Ratio majoris est quia, cum personæ distinguantur per processiones et origines, oportet ut nomen significans processionem et originem ab alio sit personale.

Prob. min. Verbum designat mentis conceptum qui profertur a dicente. Sed de ratione conceptus est ut procedat a concipiente et originem trahat a dicente. Ergo nomen Verbi importat processionem et originem ab alio.

II. De intellectione, dictione et Verbo in divinis. —J *Intellectio* designat tantum intellectus actum, dum *dictio*

I. Adhibetur a solo Joanne., Prolog. 1, 14 ; J *Epist.,* i, 1 ; Apoc.j xix, 13. Licet occasio adhibendi nomen Verbi fuisset */orle* theoria Philonis, quæ jam Ephesi diffundebatur, doctrina ipsffl de Verbo, non a Philone desumpta est, sed ab altiori et divino fonte derivatur. C.f. supra, ad q. xxxn, et Knabenbaueh, *Jn Joan.,* p. 17 s. ; P. Lagrange, O. P., *Saint Jean;* Vosté, *Angelicum,* 1925.

humilificat intellectionem proni esi productiva verbi; et ip iim verbum désignai terminum ab intellectione prome Ium. Quocirca *intelligere* non importat nisi ordinem lid rem cognitam ; et, cum in Deo sil idem cognoscens et i agnitum, intelligere est Iribus personis commune. *Dicere* imlem competit tantum principio quod producit verbum.

Verbum ipsum importat habitudinem ad principium a quo procedit ; et, quia inter principium el terminum vigel oppositio relativa, verbum nequit esse dicens.

i Sic ergo in divinis tres personæ sunt *intelligentes,* tres personæ sunt *inlellectie,* sed solus Pater est *dicens* et solus l ilius est *Verbum.* Cf. S. Thom. ad 2.

III. Verbi nomen est secundæ personæ proprium, ita quidem ne debeat excludere nomen Filii (a. 2). — Fuerunt i \ diversa parte excessus. Quidam hæretici, exeunte sæ- f alo n, rejiciebant Evangelium Joannis nec agnoscere v olebant Verbum seu *Logon* ; quapropter dicti sunt *Alogil.* I regione, modalistæ, qui distinctionem personarum infleilihantur, potius adhibebant nomen Verbi, in quo subsidentia personalis minus expresse asseritur; et pariter kubordinatiani præferebant nomen Verbi, eo quod minus di.-rte quam Filius consubstantialitatem cum Patre \ indicet. Demum, Pistorienses contendebant exactius l unitatem appellari Patrem, Verbum et Spiritum Sanctum, quasi minus propria et exacta foret appellatio Filii2.

Prob. Ia pars. Scriptura nomen Verbi attribuit secundæ p. rsonæ, ut liquet ex Joanne non solum in Prologo sed m epistola et in Apocalypsi. « Quod fuit ab inii io... el Inaniis nostræ contrectaverunt de *Verbo cilii·.* ◊ — « Et Voratur nomen ejus *Verbum Dei*3. » Concilium Ephesinum Lcpius nominat *Verbum* Dei carnem facium'l, el concilium l lialcedonense confitetur unum eundemque Filium et uni- ..... Ium Deum *Verbum* Dominum Jesum Christum6.

I I i)c his cf. S. Iren., *Coni. Haires.,* lib. 111, c. xi, 9; *P. G.t.* ■H, H90, 891 ; S. Epiphan., *Haeres,* 51 ; *P. G.,* x l i, 892.
I 7 Cf. Bull. *Auctorem Filii* ; Denzinc.iji, 1597.
I 3 / *Epist.* Joan., i, l ; *Apoc.,* xix, 13.
l Cf. Denzinger, 113, 114, 117, 118, 119, 120, 122, 123, 124.
I I. *hiem,* 148.

I (al i<) I heologica fuit sæpius assignata. Verbum significat aliquid procedens secundum emanationem intellectus. Atqui in divinis procedens secundum emanationem intellectus est Filius, quia vi processionis procedit in similitudinem dicentis ; et ipsa processio secundum intellectum est vera generatio, cum actio intellectus sit essentialiter et i'i *sui* assimilativa. Ergo Verbum in divinis est proprium nomen Filii.

Verbum etiam dicitur id quo loquimur et quo nosmel,-ipsos manifestamus; pariter Deus sibi loquitur, cum non sit mulus, ut animadvertit S. Joannes Damascenus[1], c.t in suo Verbo infinite claro sese perfectissime manifestai. Hinc S. Augustinus : « Verbum autem Patris ideo dictum est quia per eum innotescit Pater[2]. »

Prob. IIa pars. Propria et exacta est appellatio Filii[3], tot Scripturæ locis consecrata, voce ipsa Patris e coelis et nube delapsa, tum formula baptismi a Christo præscripta tum et præclara illa confessione, qua beatus ab ipsomet Christo Petrus est pronuntiatus. Unde potius retinendum quod, edoctus ab Augustino, Angelicus praeceptor ipse docuit : « *In nomine Verbi eandem proprietatem importari,* quæ in .nomine Filii[4]5», dicente nimirum Augustino : « Eo dicitur Verbum quo Filius[6]. » Ex prædictis jam constat id quod in divinis procedit ut verbum esse necessario Filium cum intellectio sit actio essentialiter assimilativa. Licet porro eo dicatur Verbum quo Filius, Filius tamen magis expresse insinuat consubstantialitatem cum Patre et distinctionem personarum : consubstantialitatem quidem, nam Filius Dei proprius veram habet substantiam Dei, quæ, ut pote indivisibilis, est eadem non solum specie sed et numero in Patre et Filio ; distinctionem vero, quia Filius el Pater important relationes oppositas quæ persona» realiter secernunt.

In Deo demum Filius, quia est terminus infinitus, non

1. S. Joan D'amasc., lib. I, *Orlhod. Fidei,* c. vi ; *P. G.,* xciv, 801, 801.
2. S. Augustin., *De Fide et Symbolo., P. L.,* xvi, 183.
3. Bull. *Auctorem Fidei,* prop. 85; Denzinger, 1597.
4. S. Thom., I P., q. xxxiv, a. 2 ad 3.
5. S. Augustin., *De Trinit.,* lib. VII, c. n ; *P. L.,* x1ii, 936. I

rsl. nisi unus. Unde, sii-ul <li<-ilur *solius* Pater, ita dici debet : *Unigenilus Filins.*

Creaturæ autem diri possunl lilii analogice quadruplici lil ulo : neinpc *vesligii, imaginis, graliu·* et *gloriæ,* ut dictum ‹I..l. præcendenti quæstionc, η. vi.

IV. In nomine Verbi importatur etiam respectus ad ‹ reaturas (a. 3). — Verbum expiimit et repræseiital. quidquid intelligitur. Atqui Deus uno actu se et omnia inte.lligit. t.rgo Deus se et omnia suo unico Verbo intelligil Quapropter Verbum repræsentat non solum naturam divinam, non solum personas, sed et creaturas : respectu quidem Dei \ crbum est expressivum tantum, respectu vero creaturarum est expressivum simul et factivum.

Quæstio controversa est de cognitione a qua procedit \ erbum. Alii contendunt Verbum procedere ex cognitione essentia;, non autem personarum, nec creaturarum: quæ nntentia tribuitur Scoto, sed Frassen reponit non esse Kcoti1; alii dicunt procedere ex cognitione essentiæ, personarum, et creaturarum possibilium et etiam existenlium2. Multi Thomistæ vero existimant procedere ex cognitione essentiæ, trium personarum, possibilium et genei.ilim omnium quæ necessario in Deo continentur; non tamen procedere ex cognitione futurorum. Etenim, aiunt, \ crbum, utpote necessario procedens, non potest procedere ex cognitione eorum quæ necessaria non sunt. Atqui lutura non sunt necessaria nec necessariam habe.nl connexionem cum essentia divina. Ergo. Insuper, sublata a Deo cognitione futurorum, Verbum nihilominus esset. I rgo non procedit ex cognitione, futurorum". ·

\ Nomen imaginis proprie acceptum est nomen personale (q. xxv, a. 1). — Imago definitur : alterius ab altero similitudo. Quapropter ad rationem imaginis requiruntur et *similitudo* alterius et *processio* ah illo. Oportet igitur Id sit vera similitudo, non in genere, vel in accidente, sed

I | Cf. Frassen, *Scotus Academicus,* tract. H, disp. 1, art. 2.
I ' Cf. I.. Janssens, *De Deo Trino,* p. 508 ss; Billot, thes. XXIII; ïλi ìeh Meersch, n. 772 ss.
I | Cf. Comment, in h. l. : Cajetan, Salmant., Gonet, etc.

in M|ɳ·i ik· nul .saltem in signo speciei characteristico, ut figura ; et insuper ut imago sit deducta et expressa ab allero cujus est imago : quod quidem deficit inter duo ova, vel duas guttas roris, unde gutta non dicitur imago alterius guttæ, licet sit illi similis.

Imo requiritur ut imago sit similis *vi processionis,* seu vi modi quo exprimitur ab exemplari.

Triplex generatim distingui potest imago : *arlificiatisi* quæ convenit in aliquo signo speciei, ut tabella ; *inlentionalis,* quæ est species expressa repræsentativa rei intellect® ; *naturalis,* quæ convenit in ipsa natura, ut filius respectu patris. Sumitur aliquando imago improprie, pro exemplari, et sub hoc respectu est nomen essentiale et. convenit tribus personis; nam essentia divina est perfec-' tissimus archetypus omnium quæ a Deo fiunt.

Sumptum vero proprie nomen imaginis est personale. Etenim, ut aliquid sit imago alterius proprie dicta, debet esse illi simile vi processionis. Sed quod importat processionem in divinis est personale. Ergo nomen imaginis estl personale.

VI. Nomen imaginis ita est Filio proprium ut neque Patri neque Spiritui Sancto convenire possit (a. 2). — Convenire Filio imaginem nunquam fuit controversum. Filius enim, leste S. Paulo, est *imago* Deil, *imago* Dei invisibilis *figura* substantiæ ejus3.

SS. Patres ex hoc nomine demonstant contra Arianos consubstantialitatem se< undæ personæ ; nam qui est imago Patris non potest esse dissimilis Patri sed habet ipsam substantiam Patris. Ita præsertim arguunt S. Athanasius ⁴ et S. Hilarius5. — Scribit pariter S. Ambrosius : « Cur *solus* Filius imago invisibilis Dei dicitur ; nisi quia in eo *naturæ ejusdem unitas* et ejus majestatis expressio est® ? »l

J. *II Cor.,* iv, 5.
2. *Colos.,* i, 15.
». *Ilebr.,* i, 3.
4. S. Athanas., *De Decretis Nicænæ Synodi,* xxx, et *Orat.,* i, 16 ; (»., XXV, 172, et xxvi, 45 ss.
5. S. IliLAK., *Di· Trinit.,* vn, 37; *P. L.,* x, 230-231.
6. S. Ambhob., *Di· Ineam.,* c. x, n. 110 ; *P. L.,* xvi, 881.

Concludamus cum S. Auguslino : « Mon autem Pater et Filius simul ambo imago, sed /'//ins *solus* imago Patris|2» Hatio theologica liquet : Pilius enim est distinctus a Patre, ac perfecta Patris repra'senl al io, el quidem ex Patre expressa, et est similis vi processionis, ut pluries explicatum est. Ergo est proprie imago Patris.

Quoad alterum punctum, nempe an soli 1'ilio conveniat, est diversus loquendi modus apud Patres Granos et apud doctores Latinos. Patres Græci, quia intendunt vindicare divinitatem Spiritus Sancti, statuunt Spiritum esse imaginem Fihi, sicut Filius est imago Patris ; quo sensu dictum Pauli : Prædestinavit conformes fieri *imaginis Filii sui,* intelligunt de Spiritu Sancto, qui est imago Filii, Imaginem sumunt latiori sensu pro similitudine perfecta, et, quia Spiritus Sanctus habet naturam simillimam, imo eandem numero cum Filio, valet argumentatio contra haereticos.

At Latini sensu pressiori accipiunt imaginem et reponunt Filium *solum* dici posse imaginem.

Ratio est quam evolvit S. Thomas. De notione imaginis est ut procedat similis vi ipsius processionis. Atqui soli I ilio competit ut procedat similis vi processionis. Ergo.

Non convenit Patri, cum nullatenus procedat. Non convenit Spiritui Sancto, quia, licet procedat et sit ejusdem naturæ, non est similis vi processionis ; nec enim amor pro- I dit ut similitudo amantis. Convenit autem Filio, cum Verbum vi processionis sit expressa intelligentis similitudo. 1'nde ratio propria, sicut dictum est de generatione, depromitur ex ipsa natura intellectionis, quæ vi sui esi assimilative.

Sicut autem homo per analogiam dici potest filius Dei, ita Iriplex potest distingui imago Dei in nobis : imago *naturæ,* quatenus est in nobis principium inlclligens, verbum et umor procedens ; imago *graliee,* quatenus gratia est for-

1. S. Augustin, lib. VI, *De Trinil.,* ‹. vi, n. 2 ; *P. L.,* x1h, 925.
2. Cf. S. Athamas., *Epist. 1 ad Scrap.,* xx, 24; *P. G.,* xxvi, !»77, 588 ; S. Basii.., *Adv. Eunom,* 5 ; *P. G.,* xxix, 724 ss ; S. Cyril. Aiixandr., *Thesaur.,* xxxrn ; *P. G.,* 1xxv, 572.

malis participatio naturæ divinæ; *imago gloriæ,* qua edicimur Uniformes *.

\ 1| De aliis nominibus secundæ personæ — Nomini Filii adnectitur nomen *Unigeniti,* cum sit terminus generationis infinitus et idcirco unicus ; et nomen *Primogeniti,* quatenus filiatio nostra adoptiva est participatio quædam analoga filiationis per naturam, quæ secundæ personæ convenit. Quia autem est Filius per naturam, ducit filios adoptivos ad Patrem, et hinc dicitur *Via*2.

Nomini Verbi adnecluntur et nomen *Sapienliæ,* quæ ex ore Altissimi prodit, sicut et Verbum3 ; et nomen *Veritatis,* quæ ad ‹ ognitionem refertur, unde dicit, ipse Christus : ligo sum *Veritas* ; ac etiam nomen *Vitæ,* cum veritas in Deo sit vita. Idem ergo est simul *Via* et *Veritas* et *Vila*1.

Cum Verbum sit exemplar omnium rerum, est principium earum effectivum, et hinc dicitur *Virtus* Domini. *Brachium, Dexlera.* Sicut enim virtus animæ per dexteram et brachium ad digitum porrigitur, ita in divinis natura et virtus per Filium Spiritui Sancto communicatur, ac subinde Filius recte dicitur *Dexlera,* et Spiritus Sanctus *Digilus* dexteræ Dei. Nomini Imaginis respondent nomina quæ perfectam Dei similitudinem et manifestationem significant, ut *Lumen* de *Lumine, Splendor, Gloria Palris, Vultus* ac *Facies Dei.*

Ac demum, quia est Filius Dei et hæres omnium, rectissime dicitur *Rex* regum et *Dominus* dominantium, sicut per incarnationem et passionem effectus est *Salvator* ac *Redemplor*5.

1 S. Thom., I P., q. xcv, a. 1-8.
2. Joan., xiv, 4, 6.
3. Cf. Ani. O *Sapientia,* in Adventu.
4. Joan, xiv, 6.
5. Ile diversis nominibus Filii et Spiritus Sancti erudite, pie ac pulchre disserit., cf. L. Janssens, *De Deo Trino,* p. 522, 533, 643 ss.

QUÆSTIO OCTAVA

De persona Spiritus Sancti ejusque nominibus

AD XXXVII-XXXVIH S. THOM.E

I Ex usu Scripturae et consuetudine Ecclesiae nomen « Spiritus Sancti » est tertiae personae proprium (a. 1) — — Scriptura nomen illud reservat tertiæ personæ. Angelus Incarnationem nuntiando, illam attribuit operationi Spiritus Sancti : « *Spiritus Sanctus* superveniet in te[2] » — Quod enim in ea natum est de *Spiritu Sancto est*[1]. » Christus Dominus sæpissime loquitur de Spiritu Sancto quem præsertim in formula baptismi cum Patre et Filio nominat[3]. Actus Apostolorum recolunt passim Spiritum Sanctum[4] ; S. Paulus frequentissime glorificat Spiritum Sanctum[5]. Symbola, concilia, tertiam personam communiter vocant Spiritum Sanctum, ut constat ex quæstione prœmiali et ex supra dictis de divinis processionibus.

Suffragatur ratio theologica. Pater quidem est spiritus et est sanctus, Filius etiam est spiritus et est sanctus ; at si nomen : « Spiritus Sanctus » sumatur in vi unius dictionis convenienter tertiæ personæ tribuitur. Cum enim tertia persona sit Spiritus Patris et Filii, utrumque conjungens, convenientissime vocatur tanquam incomplexum nomen et per modum unius dictionis, quod competit utrique tamquam complexum, et nempe tanquam duo termini, spiritus et sanctus.

Re quidem vera, tertia persona esi amor Patris et Filii. Sed amor Patris et Filii convenienter dicitur Spiritus Sanc-

1. Luc., i, 35.
2. Matth., i, 20.
3. Cf. Matth., xii, 31, 32; xxvui, 19; Marc, ii, 28-30; Luc., xii, 10 ; Joan., xiv, 26; xx, 20.
4. Cf. *Act.,* i, 8, 16; n, 4 ss ; xm, 2; xxvin. 25.
5. *Rom., v,* 5; *1 Cor.,* vi, 12; *II Cor.,* xm, 13.

tus Ergo nomen Spiritus Sancti est tertiæ personæ proprium. Dii ilur imprimis *Spiritus* · nam spiritus significat impulsum quemdam vel motionem, proprium autem amoris esi impellere et movere. Additur rectissime *Sanctus*. Cum enim sanctitas dicatur in ordine ad Deum et ad Dei amorem, ilh· qui est Amor Dei et impellit ad Dei amorem vocari debet per antonomasiam Sanctus. Atqui tertia persona est Amor Dei impellitque ad amorem Dei et divinorum. Ergo rectissime dicitur Sanctus per antonomasiam, nempe Spiritus *ille* Sanctus, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ut ipse Christus Dominus vocat[1] et cum ipso Patres Græci[2].

II Utrum Spiritus Sanctus procedat a Filio (a. 2). Status quœstionis[3].

Ipsa processionum divinarum notio clare evincit Spiritum Sanctum procedere a Patre, qui est principium et fons lotius deitatis. Quod expresse indicat Scriptura, dum dicit Spiritum Sanctum *dari* a Patre et *procedere* a Patre : « Alium Paraclitum *dabit* vobis[4]5. Spiritum veritatis, qui *a Patre procedit*[6]. » Nec de illo puncto unquam fuit controversia. At de processione Spiritus a Filio acris movetur difficultas a Græcis schismaticis, qui hanc doctrinam vehementer exprobrant Ecclesiæ Roman» contenduntque Spiritum Sanciiim a solo Patre procedere.

Quis controversiam prior instituerit incertum est. Nonnulli a Theodoreto Cyrensi litem derivant, qui vestigia in hoc premeret Theodori Mopsuesteni. S. Cyrillus in suo anathematismo ix, quem Concilium Ephesinum approbavit®, docuerat Spiritum Sanctum esse *proprium* Filii Spiritum, ἰοιον αυτοὺ τὸ πνεύμα. Theodorctus porro effatum illud recusat admittere, nisi aliunde intelligatur Spiritum Sanctum non accipere substantiam divinam a Filio aut per Filium. Quia Theodorctus aliunde divinitatem Spiritus

1. Joan., xiv, 26.
2. Cf. S. Clem. Rom., *Cor.,* xvi ; Theophil. Antioch., *Ad Autolycum.,* lib. II, 30; *P. G.,* vi, 1100.
3. Cf. A. Palmeri, art. *Esprit Saint,* in *Diction, theol. cathol.*
4. Joan., xiv, 16.
5. Joan., xv, 25.
6. Denzinger, 121.

. uncti contra pneumalomaclios aperte confitebatur et ipiia præeipuus Cyrilli scopus oral consubstantialitatem l> rliæ personæ vindicari·, reposita fuit lis de processione[1]2 Quidquid sit de Thcodoreto, primi qui Eedesiæ Romanæ exprobrarunt doctrinam de processione Spiritus a Filio, luerunt monotheletæ, sæculo vu ; ac deinde ieonodastæ, s.eeulo vin, qui insertionem *Filioque* præsertim impugnarunt. Exstincta forte fuisset controversia, nisi illam uscitasset Photius mediante sæculo ix. Consummatum l undem fuit schisma sub Michaele Cærulario sæculo xi. l >uplex itaque statuenda quæstio : altera *dogmatica,* de ipsa processione ; altera potius *disciplinaris,* de insertione *1'ilioque* in symbolo.

III Ex scriptura probatur Spiritum Sanctum a Filio procedere — Quadruplex est series textuum

1° Probatur ex locis in quibus dicitur Spiritus *milii a Filio* : « Cum autem venerit Paraditus, quem *ego mittam* vobis a Patre[3]. » Atqui missio in divinis importât æternam processionem originis missi a mittente. Ergo Spiritus Sanc- l us habet æternam processionem originis a Filio, seu pro- ' edit æternialiter a Filio. Declaratur minor. Missus duplicem dicit habitudinem, videlicet ad mittentem et ad terminum missionis. Porro habitudo ad mittentem est vel per modum subjectionis, tamquam a superiore, vel per con- ilium a sapientiore, vel per originem seu processionem. \t in divinis non potest una persona habere ab alia habiludinem per modum subjectionis aut consilii, cum sini personæ in omnibus perfectionibus æquales. Restai igitur ola habitudo originis seu processionis. Quapropter, si Spiritus mittitur a Filio, procedit utique a Filio.

2° Ex locis in quibus dicitur Spiritus Sanctus accipere ' Filio : « *De meo accipiel*[3]. » In divinis porro quod una périma accipit ab alia non est accidens, sed ipsa substantia uivina. Atqui accipere divinam substantiam ab alia périma est habere originem seu processionem ab ilia. Ergo,

1. Cf. Héfélé, *Histoire des Conciles,* tibi de concilio Ephesino.
2. Joan, xv, 26.
3. Joan., xvi, 14.

quia Spiritus Sanctus accipit a Filio, procedit a Filio.

3« l x locis in quibus dicitur omnia quæ habet Pater filii : « Omnia quæcumque habet Pater mea sunt[1]. » Sed Paler habet virtutem spirandi Spiritum Sanctum. Ergo etiam Filius.

1° Ex locis in quibus Spiritus Sanctus dicitur expresse *Spiritus Filii* : « Misit *Spiritum Filii sui* in corda vestra clamantem : Abba, Pater[2].»— « Transformamur a claritate in claritatem tamquam a *Domini Spiritu*[3][4] » — « Et non permisit eos *Spiritus Jesu*[*]. » Porro sicut, dicitur Spiritus Patris, quia procedit a Patre, Ha est Spiritus Filii quia procedit a Filio.

Quod quidem indicavit ipse Dominus, dum insufflando dicit : « Accipite Spiritum Sanctum[5] », quasi intenderet : Quia est *meus* Spiritus, quia procedit a me tamquam flatus meus, illum do vobis : accipite ergo Spiritum Sanctum.

IV. Traditio patristica. — In Ecclesia Latina nunquam motum fuit dubium. Sufficiat pauca testimonia recolere. S. Hilarius dicit de Spiritu Sancto : « Qui Patre et Filio auctoribus confitendus est[6]. » S. Ambrosius : « Spiritus quoque Sanctus, cum procedat *a Patre el Filio,* non separatur a Filio[7][8]» S. Augustinus : « Si enim quidquid habet, de Paire habet Filius, de Patre habet utique *ul el de illo procédai Spiritus Sanctus*[3]. » *S.* Fulgentius : « Firmissime lene el nullatenus dubites eundem Spiritum Sanctum, qui Patris et Filii unus Spiritus est, *de Paire el Filio* procedere[9]. » S. Gregorius M. : « Sed ejus missio processio est, quia de Patre procedit *el Filio*[10]. »

1. Joan., xvi, 15.
2. *Gal.,* iv, 6.
3. *II Cor.,* m, 18.
4. *Aci.,* xvi, 7.
5. Joan., xx, 22. — Cf. S. Augustin., *De Trinit.,* c. xx, n. 28 ; P. *L.,* xlii, 908.
6. S. Ilar., *De Trinit.,* lib. II, 29 ; *P. L.,* x, 69.
7. S. Ambros., *De Spiritu Sancto,* lib. I, c. xi, 120; *P. L.,* xvi, 762-763.
8. S. Augustin., *De Trinit.,* lib. XV, c. xxvi, n. 47 ; *P. L.,* xlii, 1094.
9. S. Fulgent., *De Fide ad Petrum,* c. xi ; *P. L.,* xl, 770 ss.
10. S. Gregor, M., *Homil.* XXV *in Evang.,* π ; *P. L.,* lxxv, 1198.

Idem dogma quoad substantiam profitentur et asserunt præcipui doctoreS Ecclesia· Orientalis.

Juxta S. Athanasium, Filius esi *fons* Spiritus Samii; quod est æquivalenter doceri! processionem Spiritus a Filio[1]* S. Epiphanius declarat Spiritum Sam ium esse *ex ambobus,* ~.ὁ δε "Αγιον Πνεύμα τό παρ'αμφοτερων*. » Teste S. Cyrillo Alexandrino, Spiritus Sanctus procedit c.r *Paire el Filio,* προεισι δέ και έκ Πατρό; και Υιού[3]* »

Licet autem illi Patres concedant Filium esse *ab* utroque, frequentior apud Græcos est formula : *a Paire per Filium,* quam S. Cyrillus videtur æquare priori, nempe *a Paire el Filio*[1]. De his iterum infra. Insuper, Græci duplici ac dis-lincto verbo generatim utuntur ad exprimendam processionem Spiritus a Patre et processionem Spiritus a Filio ; nam, ut exprimant processionem Spiritus a Patre, eligunt verbum έκπορεύεσθαι, quo utitur ipse Christus Dominus[5]6, ut vero designent processionem a Filio, dicunt προϊεναι.

Quibus vocabulis distinctis intendunt Spiritum venire a Patre tamquam a principio fontali, et a Filio quatenus habet a Patre ut sit principium. At inde non importatur differentia in substantia dogmatis. Notetur insuper S. Cyrillum eodem uti verbo, προεισι, ad exprimendam processionem a Patre et processionem a Filio, ut modo audivimus.

V Insigne testimonium Ecclesiæ Orientalis de processione Spiritus a Patre et Filio — S Ephraem Syrus, in suo *Hymno de defunctis el de Trinitate* canil : « Paler *genitor,* Filius *genitus* in sinu ejus, Spiritus Sanctus procedens *a Paire et Filio*[8]. » Recte animadvertit l.amy : « Attendendum est ad praeclarum hoc testimonium de processione Spi-

1. Cf. S. Athanas., *De Incarnat, conlr. Arianos,* n. 9; *P. G.,* xxtv, 1000.
3. S. Epιιή αν., *Hæres.,* ιχχπ. η. 7, 8; *G.,* xlii, 488 ss.
I. S. Cyrill. Alexandr., *Thesaur.,* xxxiv ; *P. L.,* lxxv, 585.
t. De *Adorat.,* I ; *P. G.,* lxxvii, 148.
5. Joan., xv, 26.
6. S. Ephraem Syri, *Hymni et Sermones,* edit. Lamy, I. III, p. 242.

ril iis Sum i i *a Filio,* quod dogma quadraginta Episcopi 1'cisnliH, anno 110, in consilio sub Isaac habito, etiain pro-li ı i simi liis* c verbis : « Confitemur etiam Spiritum vivum ‹ı siun Ium, qui *ex Paire el Filio,* in una Trinitate, in una assentia, in una voluntate, amplectentes fidem trecentorum decem et octo Episcoporum, quæ definita fuit in urbe Nicæa. Hæc est confessio nostra et fides nostra, quam accepimus a sanctis Patribus nostris[1]2 »

VI Documenta ecclesiastica — Processio ipsa est dogma catholicum in lota traditione fundatum et a pluribus ‹on< iliis proclamatum. Concilium Constantinopolilanuni ı de hoc puncto non fuit proprie sollicitum, quia intendebat definire Spiritum Sanctum non esse creaturam Filii sed consubstantialem Patri, ad quem scopum obtinendum sufficiebat definire : *Qui a Paire procedit.* At eo tempore credi processionem Spiritus a Filio liquet ex concilio Romano, an. 380, in quo dicitur : « Spiritus Sanctus non est Patris tantum modo, *sed el Palris el Filii**. » Symbolum Athanasianum expresse affirmat : « Spiritus Sanctus *a Patre el Filio,* non factus, nec creatus, nec genitus sed *procedens*[3]. » Concilium Toletanum XI, an. 675 : « Nec Patris tantum, sed simul Patris et Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul *ab utriusque processione* monstratur ; quia caritas sive sanctitas *amborum* esse agnoscitur[4]. » Item professio fidei S. Leonis IX : « Credo etiam Spiritum San - tum plenum et perfectum verumque Deum *a Paire el Filio* procedentem[5]. » Concilium Later. IV : « Spiritus Sanctus *pariter ab utroque*[6]. Concilium Lugdunense, 1274 : « Æternaliter Spiritum Sanctum *ex Patre et Filio* procedere[7]. »

1. La my, ibid., not. — Cf. idem La my, *Concilium Seleuciæ et Clesiphontis habitum* anno 410, Lovanii 1868, coi. 30-32.
2. Denz.inc.er, 83.
3. *Idem,* 39.
4. *Idem,* 277.
5. *Idem,* 345.
6. *Idem,* 428.
7. *Idem,* 460.

In eodein concilio Michael l'alæologus credit « Spiritum Sanctum, plenum el perlectum verumque Deum ex Patre l ilioque procedentem[2] Concilium Florentinum : « Spiritus Sanctus ex Patre et l ilio ;eli rnalil< r est, et essentiam suam suumque esse subsistens habel ex Patre simul et Filio, et ex utroque æternaliter lanquum ab uno principio et unica spiratione procedit*. · « Solus Spiritus Sanctus simul de Patre procedit et. Filio[3]. » Idem demum testantur et professio fidei Pii IV[4], et professio fidei Græcis imposita a Gregorio XIII[5].

VII. Rationes theologicæ. — Arg Ium. Spiritus Sanctus est realitêr distinctus a Filio. Atqui in divinis nulla est realis distinctio inter personas nisi per originem seu processionem unius ab alia. Ergo Spiritus Sanctus realiter procedit a Filio, ita quidem ut salvari nequeat realis distinctio nisi admissa rCBli processione. Prob. min. Personæ distingui nequeunt per aliquid absolutum, seu ex parte essentiæ, secus non esset una essentia in tribus. Nec p< r relationes disparatas. Nam in Patre duæ sunt relationi s disparatæ, Paternitas et Spiratio activa et una tamen est persona ; pari jure Filiatio et Spiratio activa, cum sint l antum disparatæ, non possunt duas constituere personas. Ergo superest ut distinctio attendatur secundum relaliones oppositas. Jam vero oppositæ relationes in divinis sunt tantum secundum originem seu processionem ; quia enim una persona oritur seu procedit ab alia, huic opponitur sicut terminus principio, et, quia terminus nequii esse idem principio, persona procedens necessario secernitur ab illa a qua originem ducit. At sublata processione, nulla remanet in divinis possibilis distinctio.

Arg. IIum. Constat ex q. xxvn Filium procedere per operationem intellectus, ut verbum, et Spiritum Sanctum per operationem voluntatis, ul amorem. Atqui, sicut voluntas supponit intellectum, il a amor procedit a verbo,

1. Denzinger, 463.
2. *Idem,* 691. *Decretum pro Graecis.*
3. *Idem,* 703, *Decretum pro Jacobilis.*
I. *Idem,* 994.
5. *Idem,* 1084.

ne«· aliquid innatur nisi quod est apprehensum. Ergo in divinis umor, seu Spiritus Sanctus, procedit a Verbo, seu Filio '.

\rg. 1| Ium. Ubicumque procedunt plura ab uno, est semper aliquis ordo, nisi sint distincta materialiter dumtaxat, qui ordo est ipsa pulchritudo. Atqui a Patre procedunt Filius et Spiritus Sanctus, qui sunt distincti non materialiter, sed nobilissima et pulcherrima ratione. Ergo Filius et Spiritus Sanctus procedunt a Patre cum aliquo ordine. Non esi autem ordo perfectionis aut dignitatis, cum sit inter ipsos perfecta aequalitas. Remanet igitur ordo processionis seu originis, et sic oportet ut Spiritus Sanctus procedat a Filio.

VIIl. De additione « Filioque » in symbol2. — Concilium Constantinopolitanum I, ut dictum est, definivit solum a Patre procedere SpiritunFSanctum, quia unicus scopus erat vindicare consubstantialitatem Spiritus cum Patre, asserendo Spiritum non esse creaturam Filii, sed a Patre accipere naturam divinam.

At paulatim nccesse fuit invenire formulam quæ integrum dogma apte exprimeret ac omne erroris periculum removeret. Cum igitur insignes doctores, ex Ecclesia tum Occidentali tum etiam Orientali, ut supra indicavimus n. iv, jam assererent Spiritum Sanctum a Patre Filioque, seu ab utroque, procedere, Ecclesiæ particulares et concilia particularia, formulam paulatim adhibuere et consecravere. Usu, canendi Fi7ioçue invaluit in Hispania sæculo vi, ut constat ex concilio Toletano, 589, postea in Galliis, ut testatur concilium Forojuliense, 791. Anno autem 809, oritur Constantinopoli acris contentio de *Filioque* : monachi Græci monachos Latinos impugnant propter cantum *Filioque* in ecclesiis. Re autem ad summum Pontificem Iconem III delata, Papa epistolam ad Orientales scribit in qua semel et iterum declarat Spiritum procedere a Patre 1'ilioque. Eadem periodo convocatur a Carolo Magno

1. |\l lioc .ui iiiiiiento, cf. P. Monsabré, O. P., *Les processions divines,* 10° conf.

2. Cf. Λ. Pλι.μιεηι, ari. *Filioque* in *Diction. Théol. calhol.*

Synodus Aquisgranensis, qui·· etiam Papam rogat ut praxis canendi *Filioque* introii m al ur in ipsa Ecclesia Romana., Summus Pontifex doctrinam quidem synodi approbat, sed, ne prudentia· limites excedat, nondum consentit insertioni *Filioque* in symbolo.

At usus magis ac magis invaluit et confirmationem tandem habuit a Summo Pontifice.

Quis fuerit ille Papa qui particulam 1'ilioque inseruerit symbolo vel insertam primus approbaverit, non plene constat. Quidam citant Nicolaum Papam I, 858. Anno tandem 1014, S. Henricus a Papa Benedicto VIII obtinuit ut Romæ symbolum cum *Filioque* intra missarum solemnia caneretur[1].

Theologi orthodoxi acriter improbrarunt Ecclesiæ Romance hanc innovationem, cum tamen concilium Ephesinum et Concilium Chahedonense omnem additionem in symbolo strictissime prohibeant[2]. — Verum hæc prohibitio intelligitur de additionibus quæ absque legit ima auctoritate fiant ; factis enim constat secundam synodum œcumenicam primæ synodo aliquid addidisse, ei merito, sicut prima synodus addidit symbolo quod antea erat in usu, quemadmodum animadvertit Bessarion[3].

Ut jure fiat symbolo additio veritatis in eo jam implicite contentæ explicativa, duo requiruntur et sufficiunt : legitima auctoritas ex una parte, et aliunde utilitas et necessitas declarandi ac vindicandi veritatem. In præfata porro additione utrumque concurrit. Legit ima quidem auctoritas, scilicet et supremi et infallibilis Magisterii, cujus estdepraxi ecclesiarum particularium judicare, symbola et formulas conciliorum explicare, et, si opus sit. perficere ; sicut etiam ipsius est concilia convocare et confirmare[4]. Utilitas vero

1. De quæstione historica consuli possunt : Th. de Régnon, *Etudes sur la Très Sainte Trinité,* étude XXI 11; card. Hergenikbiher, *Phot.,* t. I, p. 705 ss; A. Palmieri, art. cit.

2. De his querimoniis consuli possunt : A Palmieri, art. cit., el *Theologia dogmatica orthodoxa* ; De .Meester. *Études sur la rhéologie orthodoxe,* Iro série, Mahedsous Jugie, *Theol. Orthod.*

3. Bessarion, *De Spiritu Sancto,* p. 187 ss.

•l. S. Thomas optime exponit quomodo ad summum Pontificum pertineat *ordinare symbolum seu dare novam editionem symboli* I», I Iao, q. i, a. 10.

‹l necessitas. nempe repressio erroris paulatim grassanlis el major manifestatio veritatis catholicae, ut exponit concilium Florentinum : « Diffinimus insuper explicationem verborum illorum « Filioque », veritatis declarandae gratia el imminente tunc necessitate, liciti ac rationabiliter fuisse symbolo appositaml. » — Idem docet Gregorius XIII in professione fidei Graecis praescripta2.

IX. De formula : Utrum Spiritus Sanctus procedat a Patre per Filium (a. 3). — Duæ formulae erant jam a -sæculo v in usu : « Spiritus Sanctus procedit *a Paire* », et « *Filio,* seu *ab utroque,* et : « Procedit *a Paire per Filium* » Non desuni Paires Graeci qui primam adhibeant. S Epiphanius dicit procedere *ab utroque,* -αρ'αιΐΩοτεεων3, et S. Cyrillus procedere ex Patre et Filio4δ Aliunde plures Latini doctores, ut S. Hilarius, quem allegat hic S. Thomas, et S. Augustinus, admittunt etiam formulam « a Patre per Filium®. » Attamen communius Latini priori utuntur, altera autem Græci, sicut etiam Latini idem verbum *procedere* semper adhibent, dum Græci eligunt εκπορευσΟαι, pro origine a Pater, et προιεναι, pro origine a Filio. Quoad substantiam dogmatis conveniunt ambæ formulæ illasque veluti synonymas exhibet S. Cyrillus Alexandrinus®, qui etiam utitur eodem verbo pro processione a Patre el Filio, προεισι, ut diximus supra, n. iv.

Utraque formula orthodoxiam salvat. In formula priori optime significatur 1° Patrem esse principium fontale ; 2° Filium habere a Patre ut sit principium ; 3° Patrem el Filium non esse duo principia, sed per modum unius principii producere Spiritum Sanctum.

Præpositio enim εκ, *ex,* melius innuit principium fontale sine principio ; præpositio autem ω.ά, *per,* designat medium inter duo, et sic intelligitur Filium habere a Patre ut sit

1. *Decretum pro Græcis,* Denzinger, 691.
2. Denzinger, 1084.
3. Cf. S. Epiphan., *Hæres.,* lxxiv, n. 78; *P. G.,* xlii, 488 ss.
4. S. Cyrii.i.., *Thesaur.,* xxiv; *P. L.,* lxxv, 585.
5. Cf. S. Augustin., *De Trinil.,* lib. XV, c. xvm ; *P. L.,* xlii, 1081.
6. S. Cyrii.l. Aiixand., *De Adorat.,* i ; *P. G.,* lxxviii, 148.

principium, et ulrique attribuitur esse principium. Dum autem dicitur unum operari *per alium,* intelligi potest vel in ordine causæ finalis, ul cum dicitur artifex operari per cupiditatem lucri, vel iu ordine causæ motivæ, ut dicitur operari per virtutem alterius, operari per instrumentum, aut per causam intermediam, aul indicat ur solum esse principium a quo alterum habet ul operetur. Jamvero Filius non est causa finalis aut motiva, ut Pater producat Spiritum, nec est causa instrumental!» nec dici potest Patrem esse causam mediatam et Filium causam immediatam. Superest igitur ut voce *per* significetur Filium habere a Patre ut sit principium Spiritus Sancti ; ac subinde indicatur utrumque se habere per modum unius principii et eadem unaque actione producere Spiritum Sanctum.

Attamen, potest subrepere æquivot alio, si quis *per* ita intelligat ut Pater non sit principium immediatum, aul Filius sit tantum instrumentum el agens inferius et subordinatum. Quapropter formula, licet in se rectissima, possunt abuti hæretici.

Formula autem latina non exprimit directe Filium habere a Patre ut sit principium Spiritus ; sed, hoc aliunde supposito, melius asserit Filium esse realiter et eodem jure ac Patrem principium Spiritus, ac proinde magis directe errorem impetit et configit ; et ea propter fuit ab hæreticis acriter impugnata. Hinc etiam redditur specialis ratio cur fuerit in symbolo inserta.

X. Pater et Filius sunt unum principium Spiritus Sancti. — Idcirco Græci formulam *Filioque* impugnarunt eo quod existimarent inde adslrui duo principia Spiritus Sancti. \t Latini doctorcs, qui asserebant Spiritum Sanctum procedere a Patre el Filio simul, animadvertebant Filium accipere a Patre ut sit principium el unam ac eandem esse virtutem qua Pater et Filius spiranl Spiritum Sanctum, ac proinde unicam esse spirationem, quæ est ab utroque per modum unius principii[1].

1. Cf. S. Augustin., *De Trinil.,* lib. V, c. xiv ; *P. L.,* x1 ii, 920-921.

Ips, i In i .l n , Dominus, dum dicit : « Quem ego mittam \'d>i . ,ı Pal re l. » dare indicat esse unam missionem seu proci ı ioiirin, quæ est a Patre per Filium vel a Patre et l dio simul. Quapropter concilium Lugdunense II, 1274- di linil « quod Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre et l dio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam c.r *uno principio,* non duabus spirationibus, *sed unica spiratione* procedit... damnamus et reprobamus qui negare praesumpserint æternaliter Spiritum Sanctum ex Patre et Filio procedere ; sive etiam temerario ausu asserere quod Spiritus Sanctus ex Patre et Filio, tanquam ex duobus principiis et non tanquam ex uno procedat[2]. » Similiter concilium Florentinum : « Et ex utroque æternaliter *tanquam ab uno principio el unica spiratione procedit*[3] » Quæ verba repetit professio fidei Græcis imposita a Gregorio XIII[4].

liæ sunt rationes theologicæ. Personæ divinæ sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. Atqui Pater et Filius prout spirant Spiritum Sanctum non opponuntur relative, ut constat ex dictis supra de relationibus. Ergo sunt unum principium spirandi.

Confirmatur. Sicut in creatione tres personæ sunt unus creator, quia una est virtus creativa et operativa, ita Pater el Filius, licet sint personæ distinctæ, sunt tamen unum principium, quia unam habent virtutem spirandi.

Hinc, quoad modum loquendi, notandum est posse multiplicari vocabula si sumantur *adjective,* non autem si sumantur *substantive* ; posse dici : duo sunt spirantes, non autem : duo sunt spiratores. Adjectiva quippe habent numerum secundum supposita ; substantiva vero habent numerum a seipsis secundum formam significatam. Quapropter, si diceretur : duo sunt spiratores, significaretur : duæ sunt virtutes et idcirco duæ naturæ spirativæ ; si autem dicatur : duo spirantes, designantur duæ personæ qua· possunt per modum unius principii spirare.

Concludamus ergo : sunt duæ personæ spirantes, una esi viri us spiral iva, unusque spirator unumve principium.

1. Joan., xv, 26.
2. Denzinger, 460.
3. *l*›[illegible]*tium pro (iræcis;* Denzinger, 691.
4. *Idem,* 10H4.

XI. De nomine Amoris. Utrum sit nomen proprium Spiritus Sancti (q. xxxvi), a. 1.

Tria sunt nomina notionalia singulis personis propria: Patris, Ingeniti, Principii, pro prima ; Filii, Verbi, Imaginis, pro secunda ; Spiritus Sam ii, Amoris, Doni, pro tertia.

De nomine Spiritus Sanctus fusius disseruimus; superest ut quaedam breviter adjungantur de nomine *Amoris* et de nomine *Doni.*

Amor in divinis tripliciter sumitur. 1° *EssentialHer,* quatenus importat solum actum voluntatis divinæ, seu habi-l udinem ad rem amatam, et sic est commune tribus personis, ut quum dicitur : *Deus charitas esil.* 2° *Notionaliter,* prout significat productionem amoris seu amorem spirantem, et jam est notio communis Patri et Filio. 3° *Personaliter,* ut significat amorem spiratum, et jam est proprium tertiae personæ. Itaque nomine ameris possumus significare dilectionem *absolutam,* dilectionemque *relativam* ac *terminum* illius dilectionis, seu Amorem procedentem ; et pariter verbum *diligere* in divinis potest sumi essentialiter pro actu absoluto voluntatis, vel notionaliter, pro emissione Amoris.

Animadvertatur majorem esse vocabulorum inopiam ex parte voluntatis quam ex parte intellectus. Nam ex parte intellectus actio intelligendi vocatur *inlelligere,* actio autem producendi verbum vocatur *dicere* et terminus vocatur *verbum.* Ex parte autem voluntatis, vocabulo intelligere respondet amor, dilectio ; vocabulo autem dicere non respondet nomen proprium, sed tantum amor spirans, nec verbo respondet nomen proprium, sed amor spiratus.

Nomen « amor », seu « charitas » sumptum personaliter Ecclesia tribuit Spiritui Sancto. Ita concilium Toletanum XI, 675 : « Simul ab utrisque processisse monstratur, quia *caritas* sive sanctitas ambrorum esse agnoscitur2. » Unde liturgia canit : « *Fons vivus, ignis, charitas3.* »

Ratio theologica est quia, cum amor sit nexus quo duæ

1. i. Joan., iv, 16.
2. Denzinger, 277.
3. Cf. S. Ambros., *De Spiritu Sancto,* lib. I, c. xiv ; *P. L.,* xvi, 767-769.

personi·· ‹ ojijiuigunl ur, Spiritus Sanctus, qui est nexus Palri.·. ct filii ‹! *osculum* utriusque, ut exponit S. Bernardus', πτIissinie dicitur Amor.

X 1] Quonam sensu dici possit Patrem et Filium diligere se Spiritu Sancto (a. 2)

('.ertum est apud omnes Spiritum Sanctum non esse principium quo Pater et Filius se diligunt ; unde dici nequit Patrem et Filium se diligere Spiritu Sancto, sicut nos dicimur amare charitate.

Notanda omnino sunt quæ scribit Angelicus :« Secundum quod *essentialiter* sumitur, sic Pater et Filius non diligunt se Spiritu Sancto, sed essentia sua. » Aliunde, sicut Verbum est terminus intrinsecus quo Pater se et omnia intelligit, ita Spiritus Sanctus est intrinsecus terminus operationis qua Pater et Filius se et omnia diligunt. Unde, si *nolionaliier* accipitur verbum, recte dici potest : Pater et Filius diligunt se Spiritu Sancto, quia sensus est : diligendo se producunt Spiritum Sanctum : sicut nempe arbor dicitur florere floribus quatenus flores producit, sicut Pater dicitur intelligere Verbo quatenus intelligendo producit Verbum, ita Pater et Filius dicuntur se diligere Spiritu Sancto, quatenus se diligendo spirant communem Amorem, Spiritum Sanctum.

XIII De nomine Doni. — Dicitur donum quod liberaliter ⅋‹· gratuito datur aut dari potest. Tria in notione doni importantur : 1° ut sit ejus qui dat ; 2° ut fiat ejus cui datur ; 3° ut liat gratuito absque retributione. Potest esse dantis tripliciter : aut per identitatem, ut essentia datur a Deo beatis in visione ; aut per possessionem dominii, ut gratia est Dei et pecunia divitis ; aut per originem, sicut Filius est Patris, et Spiritus Sanctus est Patris ei Filii.

Ul aiilem liat, ejus cui datur, oportet ut ille sit capax

i. « Si rode Pater osculans, Filius osculatus accipitur, non erit iil›s re osculum Spiritum Sanctum intelligi, utpote qui Patris Filiiquo Imperturbabilis pax sit, gluten firmum, individuus amor, indivisibilis unitus. «S. Bernard, *In Canlic.,* serm. VIII, n. 3; *P. L.,* ci.xxxm, 811.

possidendi donum ; et quando ipse Deus est donum, solæ ' reaturæ rationales sunt capaces «Ioni recipiendi.

Donum in divinis potest considerari *essentialiter,* si attenditur res quæ gratuito datur, el sic tota Trinitas gratis datur; 2° *notionaliter,* quatenus di< it ipsius originem ab eo a quo datur, et sic donum convenit el. Filio et Spiritui Sancto, quia et Filius et Spiritus Sam ius a Patre dantur; 3° *personaliter,* prout uni persona· convenit, et jam est nomen Spiritus Sancti proprium. Spiritus Sanct.us quippe procedit in divinis ut amor et vi processionis est amor. \tqui amor est proprie donum, seu habet rationem primi doni, ex quo omnia dona gratuita dimanant et donantur. Ergo Spiritus Sanctus vi processionis est Donum, et idcirco nomen Doni est nomen ejus propriissimum, sicut Verbum vi processionis est proprium nomen Filii.

Quapropter in liturgia Spiritus Sanct.us vocatur *Altissimi Donum Dei.* Scriptura etiam exhibet Spiritum Sanctum ut *datum : Qui datus est nobis*[1]. SS. Doctores, ut S. Cyrillus Alexandrinus[2], S. Augustinus[3] Spiritum Sauc-ium vocant Donum perfectum, Donum Dei.

Quod demum authentice confirmat Leo XIII[4].*

XIV. De cæteris nominibus tertiæ personae. — Nomini Spiritus » adjunguntur quædam per analogiam. Spiritus est insufflare τὸ esse per creationem, et *hinc* dicitur *Creator Spiritus.* Creat autem virtute a Patre per Filium accepta, el sic *Digilus* Dei vocatur, dum Filius est *Dextera.* Qui autem influit esse, simul et vitam, sive in ordine naturali, sive in ordine supernatural!, communicat, ac subinde symbolum , redit *Spiritum* Dominum et *Vivi/icanlem.* Demum atllatus divinus in sacrorum librorum inspiratione maxime manifestatur, et eapropter dicitur *Inspirator*[6].

Nomini « Amoris » adjunguntur nomina quæ charitatem, unionem, pacemque significant, unde tert ia persona vocatur

I. *Rotn.,* v, 5.
S. Cyril l., *Dialog. De Trinit., P. G.,* lxxv, 841 ss.
3. S. Augustin, *De Trinit.,* lib. V, c.xn ; *P. L.,* xlii, 919.
I. In Encyclica *Divinum illud munus,* 9 mali 1897.
... 11 Petr., i, 21.

Ignis, Charilas, Osculum, Pax. Nomini autem « Doni » adjungimini· ista : *Fons, Unctio, Paracletus.* Persona enim qua· csl Donum vi processionis est etiam principium et fons omnium quæ donantur ; unde dicitur *Fons vivus.* Donum porro animæ infusum illam ungit et consecrat unctione quadam mirabili quæ est participatio naturæ divinæ, et hinc, quia Spiritus Sanctus sanctificat animam, recte dicitur *Spiritalis Unctio.* Dum vero in nobis habitat, nos consolatur fitque advocatus noster, unde dicitur *Paracletus.*

Vocatur etiam a concilio Toletano jam citato n. x, *Sanctitas,* quia est Sanctitas Patris et Filii et justos ad sanctitatem movet.

Demum in operationibus ad extra dicitur *Cor* Ecclesiæ propter operationem occultam, dum Christus propter humanitatem visibilem est *Caput.* : « Caput habet manifestam eminentiam respectu membrorum ; sed cor habet quamdam influentiam occultam. Et ideo cordi comparatur Spiritus Sanctus, qui invisibiliter Ecclesiam vivificat et unit ; capiti autem comparatur ipse Christus secundum visibilem naturam secundum quain homo hominibus præferturl.

1. S. Thom., III P., q. VIII, a. 1 ad 3.

QUÆSTIO NONA

Præcipua capita doctrines de personis comparatis ad essentiam, proprietates, relationes et inter se

AD *QQ.* XXXIX-XLI1

I. Personæ et essentia (a. 1 et 2). — Profundæ quæstiones solulæ remanent ex his quæ disseruimus q. xxvm ‹•| ss.; unde satius erit in præsenti conclusiones summatim resumere.

In divinis essentia est idem ac personæ, quum id requirat simplicitas divina, nec ex parte essentiæ obviet relationis oppositio; ipsæ autem personæ distinguuntur inter se realiter, propter oppositas relationes originis. Unde, quum essentia significetur ut forma et forma dicatui esse ejus cujus est, tres personæ recte dicuntur esse unius essentiæ ; et, similiter, quia multiplicatis personis non multiplicatur essentia, recte dicimus unam essentiam esse trium personarum.

II. De praedicatione nominum in divinis (a. 3-6). — Nomina substantiva prædicantur de personis, tantum in singulari, quia significant essentiam per moduin formæ, quæ unica est ; nomina autem adjectiva, cum significent suppositum et plura sint supposita in divinis, prædicantur etiam in plurali.

Nomina essentialia concreta quandoque supponunt pro essentia, ut cum dicitur : *Deus creat',* quandoque pro una persona : *Deus generat* ; quandoque pro duabus per modum unius principii : *Deus spirat* ; quandoque pro tribus : *Soli /›‹■« honor et gloria.*

Nomina autem essentialia abstracta, cum significent formam solam absque connutatione suppositi, non possunt i.opponere pro personis ; unde essentia non est generans,

neque geniin, neque procedens1. Hinc nomina personalia el nol iomilia, si sunt *adjecliva,* non prædicantur de essentia, quia hoc inudo sunt propria, dum essentia est communis ; recte aiilem prædicantur, si sint *subslanliva,* propter summam identitatem essentiæ et personæ.

III. De appropriatione (a. 7). — Definiri potest : Attributio alicujus proprietatis, seu attributi essentialis, vel operationis communis tribus personis, facta uni persona; ad ejus manifestationem. Non importat appropriatio ul attributa illa fiant propria uni personæ, sed solum ut illi accommodentur et. adaptentur. Finis appropriationis est ut magis innotescat aliqua persona, quod fit dum aliquod attributum nobis notius et manifestius illi resservatur. Sic. magis innotescit Pater, principium Trinitatis, quum ei reservatur potentia, quæ est principium operationis ; magisque innotescit Filius, idea et verbum Patris, dum ipsi reservatur sapientia, quæ ordinem habet ad processionem intellectus ; magis pariter innotescit Spiritus Sanctus Amor Patris et Filii, dum ipsi reservantur amor et quæ ad amorem spectant.

Fundamentum appropriationis est duplex. Primum et præcipuum est similitudo inter attributum commune et attributum personale, v. g. inter amorem essentialem et Amorem quod est nomen proprium Spiritus Sancti. Ea porro quæ diximus de attributis valent de operibus, il a nempe ut tale opus tali personæ approprietur propter *ujfinilalem* quamdam ‹ um eo quod est personæ proprium ; et sic sanctificatio, justificatio, habitatio, quia sunt opera amoris, peculiariter prædicantur de Spiritu Sancto, qui est Amor in divinis2.

Alterum fundamentum est dissimilitudo inter id quod competit, v. g. Patri æterno, et id quod competit patribus Immanis.

Processus D. Thomæ est obvius. Quamvis Trinitas non possil ratione demonstrari, convenit tamen ut per aliqua

1. c.f. Gone. Later., IV : Denzinger, 432.

2. Legatur de hoc argumento Leo XIII, Encyclic. *Divinum illud munus,* 9 maii 1897; Leonis XIII *Pontificis Maximi Actà,* t. XVII.

nobis notiora el manifestiora declaretur. Atqui essentialia attributa sunt notiis notiora quam personarum propriet ates. Ergo decuit ad majorem personarum manifestationem, appropriari uni persona* aliquod attributum i senliale. Declaratur minor. Quum ex creaturis cognitionem accipiamus, ea sunl nobis magis nola quæ ex creaturis cognoscuntur. Porro attributa essentialia ex creaturarum cognitione colligimus, sicut ex motu concludimus ad primum Motorem immobilem, ex ordine mundi ad primum intelligentem, etc. assurgimus. Personales autem proprietates non colliguntur per viam rationis, at semel per fidem revelalæ possunt ex attributis essentialibus declarari. Quocirca appropriatio lit immediate ex essentialibus divinis ad personalia, et mediate tantum ex creaturis ' quibus essentialia cognoscuntur. Essentialia itaque sunt priora in nostra cognitione, licet quoad rem priora non sint ; sicut creaturæ sunt priores juxta nostrum concipiendi modum, licet sint quoad rem posteriores.

Duplex est appropriationis gradus : primus fit per ascen- ; um a creaturis ad Deum, ex vestigiis quæ in creaturis cernimus ; alter per descensum a Deo ad creata, juxta ordinem quem habent inter se personæ relate ad creaturas, ul quum dicitur : *ex quo* omnia, *per quem* omnia, *in quo munia.*

IV. De quatuor formulis quibus sancti Doctores exprimunt praecipuas appropriationes.

Quum intellectus noster ducatur in cognitionem Dei mundum modum quem assumit in creaturis, tot erunt appropriationes præcipuæ quot sunt præcipui modi in consideratione creaturarum. Atqui quadruplo iter fieri potest Imjus modi consideratio : 1° *absolute,* quatenus res est ens ipioddam ; 2° quatenus est una ; 3° secundum virtutem egendi ; 4° secundum ordinem ad elici tus. Ergo quadruplex etiam erit partitio in appropriai ionibus divinis.

Ex primo capite, quatenus Deus consideratur absolute, iq«propriatur Patri *ælernilas,* Eilio *species,* Spiritui Sancto *n-usl.* .Eternitas quippe est sine principio et sic simili-

l l. Ila S. Hil a r., *De Trinit.,* lib. II, i ; *P. L.,* x, 50-51. — i i S. Au g ust in., *De Trinit.,* lib. VI, c. x ; *P. L.,* x l ii, 931.

Iiidiiicin hnbel cum Patre, qui est principium non de principe Filins vi suæ processionis est Patris imago exprimens loi.un ejus pulchritudinem, et idcirco Filio recte appropriant ur quæ important decorem, pulchritudinem, speciem, plcndorem. Cum vero Spiritus Sanctus sit amor et terminus et in termino habeatur fruitio, tertiæ personacongrue attribuuntur quæ dicunt usum, delectationem, fruitionem.

Ex secundo capite, nempe secundum unitatem, appropriatur Patri *unitas,* Filio *æqualitas,* Spiritui Sancto *concordia'.* Sicut enim unitas esi prima entis proprietas non supponens aliam, ita Pater est in divinis primum principium non supponens aliam personam. Æqualitas dicitui ex ordine cum alio cui perfecte adæquatur ; unde attribuitur Filio, qui vi suæ processionis est principium de principio adæquatum ipsi principio. Concordia, seu connexio, quæ est unio duorum, optime convenit Spiritui Sancto, qui est nexus duorum, nempe Patris, cui attribuitur unitas, el Filii, cui attribuitur æqualitas.

Ex tertio capite, secundum virtutem agendi, appropriaI ur Patri *potentia.* Filio *sapientia,* Spiritui Sancto *bonitas*.* Cum enim Pater sit principium in divinis, recte attribuitur psi potentia, quæ est principium operationis ; et quia Filius procedi! per operationem intellectus, est ipsa sapientia Patris et idcirco attribuitur ei sapientia in agendo ; demum, cum bonitas sit ratio et objectum amoris, approprianda est Spiritui Sancto, qui est substantialis Amor Patris et Filii.

Ex quarto capite, in ordine ad effectus, Pater per appropriationem dicitur *ex quo omnia,* Filius *per quem omnia,* Spiritus Sanctus *in quo omnia3.* Hæc est antiquissima accommodatio, quam refert S. Augustinus : « *Ex ipso* dicens propter Patrem, *Per ipsum,* propter Filium, *In* ipso, propter Spiritum Sanctum4. » Quam etiam tradit concilium

l s Augustin., *De Doctrina Christiana,* lib. I, c. v : *P. L.,* xxxiv, 21.

(Γ. Him. k S. Victore, *De Sacrament.,* lib. I, P. Π, c. vu, vin ; *P. I..,* ι.ι.χχvι, 208-210.

3. *Horn.,* χι, 36. — I

4. S. Augustin., *Cont. Maxim.,* lib. II, c. xxin, 4 ; *P. L.,* xm. 800.

«instant. II, an. 553 : « Unus enim Deus et *Paler, ex quo* mnnia ; et unus *Dominus Jesus Christus, per quem* omnia ; el unus *Spiritus Sancitis in quo* omnia[1]. » — *Ex quo* designat principium primum ex quo derivantur omnia, et Inue convenit Patri, principio non «de» principio ; *per quem* mnuit principium de principio,' seu intermedium, seu formam exemplarem per quam artifex operatur ; unde jure nppropriatur Filio, qui est principium de principio el idea I'atris ; *in quo* designat terminum in quo habetur quies, et hic tribui potest Spiritui Sancto, qui est terminus processionum divinarum et suprema Dei quies[2].

Quæ diximus de perfectionibus divinis valent etiam de operibus ad extra. Licet omnia opera ad extra sint tribus personis communia, appropriari tamen possunt Patri ea in quibus magis manifestantur attributa quæ primæ personæ jam accommodavimus, ut est potentia, quæ in creatione maxime concurrit, et eapropter dicimus : Credo in Deum Patrem *omnipotentem, Creatorem...* Filio autem opera in quibus magis manifestatur sapientia, ut illuminare homines : Erat *lux quæ illuminat* omnem hominem[3] ; Spiritui Sancto illa opera in quibus magis manifestantur bonitas, amor, ut justificatio, sanctificatio, habitatio in imiinabus justis, etc.

Et, e converso, intelligitur quomodo per appropriationem, peccata *infirmitatis* possint dici peccata contra Patrem, cui appropriatur *potentia ;* peccata *ignorantiae,* contra *l'ilium,* cui appropriatur *sapientia* ; peccata *malitiæ,* et nhirco nullam excusationis rationem habentia, peccata contra *Spiritum Sanctum,* cui appropriatur *bonitas.*

V. Relationes ac proprietates et in personis sunt et personæ ipsæ sunt (q. XI. 4, 1. a).

Prima pars est contra Præpositivum, qui contendebat proprietates esse personas, sed non esse in personis, secus induceretur in Deo compositio ; secunda pars est contra

1. I. Denzinger, 213.
2. De modo quo hæc tria jam interpretatur S. Gregorius Nazianzenus, cf. ejusdem *Orat.,* xxxix, n. 12; *P. G.,* xxxvi, 348.
3. Joan., 1, 9.

Porrelmms. qui considerabant relationes ut. extrinsecus nllivis cl id< ir< ◊ dicebant relationes neque esse in personis iii qiir cssc personas. Reùolantur quæ exposuimus q. xxxn <lr ludionibus, proprietatibus, relationibus et personis.

l'rob. Ia pars. Relationes significantur in abstracto ul quædam formæ personarum. Al de ratione formalesi ul sil in eo cujus est forma. Ergo relationes sunt in personis.

Prob. IIa pars. In divinis, propter summam simplicitatem, nulla est compositio formæ et subjecti, sed abstractum et concretum, sunt idem omnino. Atqui proprietates personales se habent ad personas sicut abstractum ad concre.l nm. Ergo proprietates personales et idcirco ipsæ relationes sunt idem cum personis.

Propriet ales autem non personales, ut communis spiratio, sunt idem ‹ mn personis secundum aliam rationem identitatis, quatenus quidquid Deo tribuitur esi ejus essentia. Unde communis spiratio est idem cum Patre et Filio, non ut constitutiva personarum, sed sicut una essentia est in duabus personis.

\ 1. Personæ divinæ potius per relationes quam per origines distinguuntur et constituuntur (a. 2).

Ex statutis principiis, quæ totum tractatum de Trinitate regunt, manifeste liquet distinctionem personarum al tendi non posse ex parte essentiæ, quæ est communis. Eodem jure excluditur singularis opinio Joannas de. Ripa, cujus meminit quamque probabilem putat Scotusl, personas constitui proprietatibus absolutis. In divinis, u! saepe ostensum est. propter summam simplicitatem omnia unum et idem sunt nisi relative opponantur. Hinc axioma concilii Flordntini : « omniaque unum sunt ubi non obvia! relationis oppositio. » Ouæstio superest utrum constlititantur per relationes an potius per origines, super quas ipsa; relationes fundantur. Opinio quæ tribuitur Riclutnlo a S. Victore et S. Bonaventuræ§ vult personas potius per origines constitui et distingui. Alii reponunt

1. Cf. Scot., *I Sent.,* dist. 26 et 27.

2. lu l Seul. dist. 26, q. i, a. 5. — De mente S. Bonaventuræ, Cf. L. Janssens, ⊳< *Deo Trino,* p. 699 ss.

personam Patris constitui ner origine, nec relatione, sect aliquo priori, nempe innascibililate ; ita Vasquezl. Sententia tamen communis est solutio S. Thomæ, quam in concilio Florentino exposuit el defendit celeberrimus l le.ssarion2.

Probatur itaque conclusio argumentis quæ evolvit. Angelicus.

In quibuscumque distinctis invenitur aliquid commune oportet esse et aliquid distinctivum. Atqui persona; divina; sunt distinctæ et aliquid commune habent. Ergo et aliquid distinctivum habent. Sed illud distinctivum non potest esse aliquid absolutum, cum in divinis, ut explicatum est. omnia absoluta sint communia. Ergo distinctivum debet esse aliquid relativum. Jam vero hujus modi relativum vel est innascibilitas respectu Patris, vel est origo unius personæ ab alia, vel est ipsa relatio opposita. Duo autem priores modi non satisfaciunt. Ergo superest ut distinctivum sit ipsa relatio. Prob. min. Innascibilitas est aliquid negativum ; ergo nequit personam constituere.

Reponit Vasquez : Innascibilitatem, licet negatione explicetur, constitui tamen in aliquo positivo.

Vl impossibile est explicare quid sit illud positivum : si du itur aliquid absolutum,jam est commune, non distinclivum ; si dicitur relativum, jam est ipsa relatio paternitatis.

Quoad origines vero, fatendum est ipsas esse aliquo inudo distinctivas et constitutivas, nam sunt aliquid intrinsecum et proprium,'ut generatio active sumpta est Patri intrinseca et propria, passive autem est intrinseca el propria l'ilio. Verius tamen el melius dicitur distincti vum et constitutivum ipsa relatio. Quod enim constituit el distinguit concipitur a nobis instar formæ complete et I<.τmanentis.

\t origo non significatur ul forma completa et permanens, sed potius ut forma vialis, *a re.* sive *ad rem :* nam m live sumpta, significat actionem a persona exeuntem idcoque personam supponit ; passive autem sumpta concipitur ut via quædam ad rem genitam vel procedentem..

I. Vasquez, disp. CLIX, cap. v ss.
Bessarion, *Orat, pro Unione,* cap. vi.

Relatio ‹ i ouïra, concipitur ut aliquid quod est et remanel m r‹· Ergo potius per relationes quam per origines pei .ouïe distinguuntur et constituuntur.

Confirmatur. Id quod, juxta nostrum concipiendi modum, supponit vel præcedit personam subsistentem non esi constitutivum personæ. Sed origo active sumpta supponit personam subsistentem, nam significatur ut egrediens a persona subsistente ; origo autem passive sumpta præcedit personam subsistentem, quia concipitur ut via ad personam nondum constitutam. Ergo origines non constituunt aut distinguunt personas. Relatio, e contra, si sit subsistens non præsupponit, sed secum fert distinctionem. Ergo relationes subsistentes in divinis constituunt et distinguunt personas.

VII. Utrum abstractis per intellectum relationibus adhuc remaneant hypostases (a. 3). — Resp. : 1° Abstractis *lolali* abstractione proprietatibus, non remanent personæ, sed sola essentia, sicut remoto particulari remanet tantum commune. 2° Abstractis formali abstractione proprietatibus non personalibus, remanent personæ, quia proprietates non personales concipiuntur ut aliquid superveniens personæ constitute. 3° Abstractis formali abstractione proprietatibus personalibus, non jam remanent hypostases, quia remoto constitutivo et distinctive persona; non potest persistere persona.

VIII. De actibus notionalibus (a. 4 et q. x l i›.

Actus notionales intelliguntur origines sive active sive passive sumpte. Origo passive sumpta præcedit proprietates etiam personales personarum procedentium; sic nativitas præcedit filiationem, cum aliquis prius intelligalur nasci quam esse filium. Origo active sumpta præcej dii relationem non personalem, quia illam fundat, sicut generatio active sumpta præcedit operationem communem qua Paler et Filius referuntur aci Spiritum Sanctum. Origo active sumpta est posterior relatione personali ul i oust il ul i va personæ, sed est prior si consideratur ut purus respectus sic generatio activa est posterior paternitate si paternitas consideratur ul constitutiva Patris,

quia tunc generatio supponit Patrem ; sed generatio activa ' J prior, si paternitas considérai ur ut relatio, quia relatio fundatur super actum illumque supponit.

Actus notionales possunl di i voluntati concomitantes, quatenus fiunl conscie el spontanee : al non procedunt a voluntate ut est principium agendi libere. Spiratio autem -piritus Sancti potest dici voluntaria diam voluntate ut principio, sed agenti naturaliter. — Cf. qua· diximus ad q. xxxiii, n. v.

Actus notionales sunt *de aliquo,* eo sensu quod Filius procedens non sit genitus de nihilo, sed *de* substantia Patris, el Spiritus Sanctus sit de Patre et Filio tanquam ex uno principio ; ita ut sit una et eadem numero substantia in l ribus personis et tres personæ sint vere et proprie eonsubs-lantiales. Cum autem omnis actus fundetur in potentia, ita in divinis necesse est ponere potentiam respectu actuum notionalium, quæ quidem potentia significat in redo naturam divinam, in obliquo relationem ; et, quia termi-nis un divinis est simplicissimus et infinitus, non potest actus notionalis terminari ad plures personas ; sed est tantum unus Pater, unus Filius, unus Spiritus Sanctus.

IX. De æqualitate et similitudine divinarum personarum nd invicem (q. x l ii). — Æqualitas pertecta invenitur ubi sunt plures in una essentia. Cum autem in divinis sint 1res personæ in una essentia, seu tres personæ sint unus Dens, necesse est ponere perfectam in divinis personis lequalitatem, et pariter, quia eadem natura in Iribus per-sonis est æterna et actio productiva personarum non est uiccessiva, sed æterna. sicut natura, Filius fuit quando-l umque fuit Pater, et sic Filius est coæternus Patris et ii militer Spiritus Sanctus utrique. Quia autem in divinis rsl principium secundum originem absque prioritate, "portet ibi esse *ordinem secundum originem* absque prio-ritate.

Dici potest ordo naturæ, non sicut in creaturis, ubi ordo naturæ importa! priorilatem causalitatis, sed eo Inntum sensu ut alter sit altero.

Demum, quia perfectio nat ura· dicitur *magnitudo* et quia i perfectionem naturæ sequitur *potestas,* ubicumque est in

]>Iiiii[>ii indrin nal lira secundum eamdem perfectionem, ibi i 'I irqualiias secundum magnitudinem et secundum polcal ulciii. Sed in Iribus personis est eadem natura secundum eandem perfectionem. Ergo oportet ut Filius sil .i ipiulis Patri in magnitudine et potestate ; et eadem esi ratio de Spiritu Sancto respectu utriusque.

X. De circuminsessione seu circumincessione

Semel admisso 1res personas esse distinctas inter se el unius tamen substantiæ, illico sequitur Patrem esse in Filio et Filium in Patre. Et eadem ratio est de Spiritu Sancto[2] Hæc mutua personarum compenetratio et indissolubilis existentia unius in aliis vocatur *circuminsessio,* a recentioribus theologis ; quasi una persona *sessionem* habeat in alia et circa aliam. A veteribus dicebatur *circumincessio*[3], quasi una persona se moveat et *incedat* in alia et circa aliam inseparabiliter. Quod etiam et adhuc melius dicit vox græca περιγώρήσι.;.

Potior esset igitur vox græca ; quoad rem tamen non est dissensio. Tria importantur in hac notione : 1° distinctio personarum, nam concipi nequit idem insedere vel incedere circa seipsum ; 2° unitas naturæ, qua fit ut personæ sint necessario inseparabiles ; 3° circulus quidam vitalis inter personas, il a ul. sit origo vitalis unius ab alia et reditus vitalis personæ procedentis ad personam quæ est principium. Sic Filius oritur a Patre, regreditur ad Patrem et habitat in sinu Patris ; Spiritus Sanctus oritur a Patre et Filio et regreditur ad utrumque et habitat in utroque[3]. Qui circulus vitalis habetur præcise ex distinctione personarum, quæ est secundum relationes originis, et ex unitate naturæ, quæ inseparabilitatem et indissolubilitatern præstat.

1. Hanc inexistentiam personarum sæpius extollunt SS. Paires : S. Athanasius, *Oral. III contra Arianos,* n. 3 ; *P. G.,* xxvi, 328; S. u.yhii.l, Alexandr., dialog., vu ; *P. G.,* lxxv, 1092;; S. Damasi.., *De Did. Orlhod.,* lib. I, c. vm ; *P. G.,* xciv, 830. Ex I.alluis Hullicial citare: S. Hilar., *De Trinit.,* lib. II, n. 20, et lib. VII, n. 39-41 ; S. Fulgent., *De Fid. ad Petrum.,* c. i, n. 4; *P. L.,* lxv, ‹»73.

2. Cf. S. Ilovanentura, *I Seni.,* dist. 19, I P, q. iv.

3. Joan., xiv, 10.

Doctrina illa dare asseritur in Scriptura et Traditione. Dicit ipse Christus Dominiis : « Non creditis quia *ego iit l'aire el Paler in me esp'1...* » Concilium Florentinum rationem assignat : « *Propter* ham unitatem Pater est *loliis in Filio, lolus in Spiritu Sancto',* Filius *lolus esi in Paire,. Iulus in Spiritu Sancio* ; Spiritus Sam ius *lolus est in Patre. Iulus in Filio*[1]. »

Nonnulli theologi, cum Suarczio. ciriuminsessioncm fundant super immensitatem divinam : quia enim quirlibel persona est immensa, debet esse, in aliis et in aliis inhabitare. — Verum, ut animadvertum ahi theologi[3], hæc explicatio non satisfacit nec directe et efficaciter excludit errorem trithcistarum : isti enim confitebantur unamquamque personam esse immensam et nihilominus genuinum circuminsessionis conceptum non attingebant, eo quod essentiam in personis multiplicarent. Quapropter fundari debet circuminsessio in ipsa unitate natura· divinæ cum eo speciali processionis modo quo personæ nequeant una sine alia concipi, sicut in relatione mutua duo extrema simul sunt natura et cognitione.

Doctor Angelicus hoc utitur processu ad vindicandam

1. Pulchre rem explicat P. Julius Souben : « Perichoresis signifie encore cette circulation vitale sans commencement ni fin, sans diminution ni interruption, cette effusion par laquelle le Père s'épanche dans le Fils et le Fils émané du Père revient sans cesse à sa source... Le périchorêsis répond donc à deux concepts différents : le mouvement d'origine, l'épanchement de la personne principe en la personne qui procède, et le retour de la personne qui procède vers la personne principe. Comme il y n dans la Trinité multiplicité de personnes et unité d'essence, ainsi y a-t-il en elle mouvement d'origine aboutissant à In multiplicité et mouvement de retour vers l'unité ; c'est ce que le pape saint Denis appelait « récapitulation ». Le mouvement qui part de l'unité vient se terminer à l'unité. Le mouvement d'origine el de retour ‹›st éternel, l'inhabitation des personnes est. éternelle ; tout ce que le mouvement suppose et entraîne de perfection vitale, tout i.· que l'inexistence comporte de stabilité permanente et d'union parfaite, tout cela se retrouve en la Trinité. »

Nouvelle Théologie dogmatique, Les Personnes divines, p. 83-84.

2. *Decretum pro Jacobilis,* Denzinger, 704,

3. Cf. præsertim : card. Franzeiin, thés. XIV; Billot,. jtlics. XLI; L. Janssens, op. cil.., p. 785 ss; Van der Meerscii, lu 810.

in iiiiiiir c: :.ioï)oηι. Tria in personis possunt considerari : entia. relatio, origo; et secundum quodlibet istorum inferior circuminsessio. Secundum essentiam quidem; nam, cum sit eadem numero et absque divisione, c.ommuni- ala a Patre in Filio et a Patre et Filio in Spiritu Sancto, oportet ut una persona sit in alia in qua est ipsius essentia. Secundum relationes etiam ; quia, cum in divinis relationes sint idem cum essentia, personæ et cognoscuntur simul et sunt simul necessario et inseparabiliter. Secundum origines pariter, nam origines, seu processiones, sunt perfecte immanentes, ita ut terminus nunquam separetur a principio el principium in termino semper i emaneat. Rem optime illustrai concilium Toletanum XI, 675, cujus verbis quæstionem absolvimus : « Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas, sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus. Quandoquidem ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ul etiam in his nominibus, quibus voluit sigillatim personas agnosci, unam sine altera non permittat inlelligi ; nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis personas separari vetat, quas etiam, dum non simul nominal, simul insinuat. Nemo autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur et alterum[1]. »

1. Denzinger, 281.

QUÆSTIO DECIMA

De Missione divinarum personarum

AD Q. XI.IIl S. THOMÆ

Absolutis quæstionibus quæ spectant personas in sua vita intima, superest inquirendum de missione earumdcm. sive spirituali sive visibili. Huic porro quæstioni præmittenda est generalis doctrina de operibus personarum *ad extra,* quæ tanti est momenti in Traditione catholica.

ARTICULUS PRIMUS

DE OPERIBUS AD EXTRA

I **Omnia opera ad extra sunt toti Trinitati communia.** Pervulgatum et. celeberrimum est effatum opera extrinsecus edita esse tribus personis communia. Intelligitur autem operatio ad extra productio omnium creatorum sive m ordine naturali sive m ordine supernatural!, ut creatio, miracula, infusio gratiæ et donorum, et etiam Incarnatio active sumpta. Unio quidem hypostatica est soli Filio propria, quippe qui solus incarnatur, patitur, moritur ; at unio *activa,* nempe actio creandi hiimanil at em illamque perfectionibus naturalibus ac superna! oralibus ornandi et efficienter conjungendi personæ Verbi, est operatio ad extra, quæ toti Trinitati adseribit ur.

Doctrina sic intellecta ab antiquissima el universalissima Traditione asseritur. Concilium Romanum sub 8 l >amaso Papa. 380, definit « *omnia per Filium el Spiritum Sanciam Patrem* fecisse, id est visibilia et invisibilial. »[1] Concilium Later. 649, sub S. Martino, confitetur

1. Denzinger, 77.

unant cmn/cmi/m' trium deitatem, naturam, substantiam, \ irl n ll' lll, potentiam, regnum, imperium, voluntatem, operui ioiiein inconditam, sine initio, incomprehensibilem, immutabilem, *creatricem omnium* et protectricem[1]. » r.om ilitim 'Toletanum XI, 675 : « Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operasse credenda est, *quia inseparabilia sunl opera Trinitatis.* Solus tamen Filius formam servi accepit, in singularitate personæ, non in unitate divinæ naturæ, in id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati[2]3 » Concilium Later. 1V credit el confitetur Patrem et Filium et Spiritum Sanctum esse « *unum universorum principium*[4] ». — Ilie etiam valet effatum conciliii Florentini : « *omniaque unum sunl ubi non obviai relationis oppositio*^. » Demum Leo XIII pronuntiat opera Trinitatis esse indivisibilia indivisibilemque actionem divinarum personarum, sicut ipsam essentiam, quia, uti 1res personæ inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur[5]6

II. Testimonia S. Scripturæ.

Diversimode exprimit S. Scriptura operationum communitatem. Quandoque enim asserit opera ad extra a pluribus personis simul produci, nempe Filium efficere quod fa it Pater et Patrem in Filio ct cum Filio facere opera : « Amen, amen, dico vobis, non potest Filius a se facere quidquam. nisi quod viderit Patrem facientem ; *quæcumque enim ille fecerit, hæc el Filius similiter facit*[7]9. » — « *Paler autem in me manens ipse facil opera*[8]78» Quandoque autem recolit opera esse pluribus personis communia s< d ordine quodam, ut nempe fiant a Patre per Filium : ·· omnia *per ipsum facta sunl*[9]. » — « Nobis tamen unus est

1. Dbnzinger, 254.
2. *hiem,* 284.
3. *Idem,* 428.
4. *Decretum pro Jacobitis,* Denzinger, 703.
5. Cf. Leo XIII, Encyc. *Divinum illud munus,* 9 maii 1897; Leonis XIII, Pontificis Maximi, *Acta,* t. XVII, p. 130.
6. Joan., v, 19.
7. Joan., xiv, 10.
8. Joan., *Prolog.,* 3.

l»ciis, Pater, *ex quo omnia,* ‹l nos in illum ; et unus Dominus Jesus-Christus, *per quem munia,* ‹4. nos per ipsuml. » Innuitur simul et Filium ess·· principium operum ad extra ‹4 habere a Patre ut sil prim ipinm si› ni a Paire accipit naturam.

Eadem porro est ratio de Spiritu Samio, qui eandem naturam et potentiam habel eum Paire el l ilio.

Quocirca duplici formula exprimi pol,esi doctrina si ripturistica : vel omnia produci a Patre el Film el Spiritu sancto ; vel Patrem producere omnia per Filium el Spirit urn Sanctum.

III. Doctrina Patrum. —Conveniunt quoad rem Patres Græci et Patres Latini. De theophaniis quidem est diversa interpretatio : dum enim S. Justinus et multi alii scriptores l lieophanias veteris Testamenti tribuunt secundæ personæ', S. Augustinus, e regione, toti Trinitatis illas adseribit8, Theologi generatim sequuntur Augustinum.

Verum hæc quæstio est a præsenti diversa ; non quærilur enim utrum illæ apparitiones fuerint nomine Filii lanium aut nomine totius Trinitatis factæ; sed utrum' ipsa productio operum ad extra, ut est creatio, infusio gratiæ, etc., sit tribus personis communis. Eadem est subs- l a ni ia liter Græcorum el Latinorum doctrina, licet modus ı oncipiendi et proponendi sit aliqualiter diversus.

Græci potius attendunt ordinem qui est inter personas Ium in processionibus ad intra tum in operationibus ad extra. Unde, sicut eligunt formulam : Spiritus Samius *procedit a Patre per Filium,* ita libentius dicunt *Patrem mnnia operari per Filium el Spiritum Saucium.* Sic, juxta S. Irenænum, Pater omnia fecit, visibilia el invisibilia, non per angelos, sed per Filium el Spiritum Sanctum*. El similiter, juxta S. Basilium, est unum omnium prim i- l

5. *1 Cor.,* vni, 6.

I. Cf. de hoc argumento D. I.h iia v , ‹). S. B., *L'Ange el les Thfophanies,* in *Revue Thomiste,* 1902, p. 405 ss, 1903, p. 46 ss, 125 ss.

3. S. Aü ç u s t in ., *De Trinit.,* lib. 11 el III.

I. S. Ik e n ., *Conlr. Hæres.,* lib. I, e. xxn, et lib. IV, c. xx ; *P. G.,* vu, 569, 1032.

pium, quod res efficit per Filium et perficit per Spiritum Sam ium1; et, juxta S. Cyrrillum Alexandrinum, omnia a Paire per Filium in Spiritu Sancto2. Iterum, Græci ı·\ unitate operationis concludunt ad unitatem essentia·. Si<- S. Athanasius docet Trinitatem indivisibilem esse in una natura, quia est una operatio : Pater enim producit omnia per Filium in Spiritu Sancto3.4 Patribus Græcis concinit etiam S. Hilarius'1. S. Augustinus et doctores qui ipsum sequuntur considerant potius unitatem naturæ in personis, servato tamen ordine personarum ad invicem5, et ex unitate naturæ unitatem operationis inferunt.

IV. Doctrina theologica. His principiis innixi docent communiter theologi operationem esse unam, quia una est natura, quæ est principium operandi ; et iterum, quia natura est in personis ordine quodam, in Patre ut. fonte divinitatis, in Filio ut accepta a Patre, in Spiritu Sancto ut accepta a Patre Filioque simul, operatio tribuitur etiam personis secundum ordinem quemdam, nempe ordinem processionis. Unde dicimus simul et creationem esse opus tribus personis commune et Patrem creare per Verbum et Amorem, qui est Spiritus Sanctus6.

Duplici effato doctrina illa manifeste probatur : 1° Principium operum ad extra immediatum est omnipotentia, sicut mediatum est natura. Atqui omnipotentia, sicut et natura, est tribus personis communis : non enim sunt 1res omnipotentes, sed unus omnipotens. Ergo omnia opera ad extra sunt tribus personis communia.

2° In divinis omnia unum sunt ubi non obviat relationis oppositio. Atqui respectu operum ad extra non ovbiat relationis oppositio; nam oppositio attenditur secundum

1. Gf. S. Basil., *De Spiritu Sancio,* xvi, 38 ; *P. G.,* xxxn, 136.
2. S. Cyrill. Alexandr., *In Jocm.,* x ; *P. G.,* lxxiv, 336.
3. S. Athanas., *Ad Serap.,* i, 28; *P. G.,* xxn, 593.
4. S. IIii.ah., *De Trinit.,* n, l ; *P. L.,* x, 50, 51.
5. Hunc ordinem tuetur et vindicat S. Augustin., *De Trinit.,* lil>. l ; *I...* xi.n, 824, 826, 829.
6. I.eiriitiir de his S. Thom., I P., q. xlv, a. 6.

origines ; quæ quidenl sunt prorsus independents ab operibus ad extra. Ergo omnia opera ad extra sunt omnilur, personis indivise, attribuenda, licet possint quædam uni Personæ *appropriari,* ut jam exposuimus, supra, n. ni, tjuia ergo sumus a lota Trinitati· conditi, justificati, ı .mitificati, sit *Iribus honor unus.*

ARTICULUS SECUNDUS

DE IPSIS MISSIONIBUS

I, Notio missionis personarum. — Constat ex Scripturis unam personam ab alia *milii,* nempe Filium a Patre, Spiritum Sanctum a Patre et Filio : « *Misil* Deus *Filium suum* in mundum[12] » — « Haec est voluntas ejus qui *misil* me, Patris*. » — « Sicut *misil* me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem[3]. » — « Cum venit plenitudo temporis. *misil* Deus Filium suum... quia estis filii, *misil* Spiritum Filii sui in corda vestra[4]. » — De Spiritu Sancto dicitur : « Spiritus Sanctus, quem *millei* Pater in nomine meo[5]. » « Cum venerit ille Paraclitus, quem ego *milium* vobis a Patre[6]. » — « Si abiero, *millam* eum ad vos[7]. »

Hæc ergo sunt scripturistica fundamenta, quibus exstruitur doctrina de missionibus divinarum personarum.

Definiri potest missio ex D. Thomas (a. 1) : Processio ojigimg imius pergonæ ab alia cum novo existendi imulo, s. ii destinatione ad aliquem effectum distinctum a sola creatione..

Missio importat habitudinem missi a mittente, vel lamquam a superiore, secundum imperium, ut servus a domino ; vel tanquam a sapientiore, secundum consilium ; vel tamquam a principio suæ originis. Jam vero in divinis una persona non potest esse ab alia tamquam a superiore vel sapientiore, cum 1res sint absolute æquales in potentia, scientia et sapientia. Superest ergo tertius modus, ut mitti dicatur persona quatenus ab alia originem ducit. Funda-

1. Joan., iii, 17.
2. Joan., s i, 39.
3. *Ihiil.,* 58.
I, *Gal.,* iv, 4-6.
5. Joan., xiv, 26.
G. Joan., xv, 26.
7. Joan., xvi, 7.

Im utalis ergo conditio missionum divinarum est processio originis unius persona* ab alia vel a duabus personis.

\llera habitudo esi, ad terminum, el hinc missio requirit ut persona missa incipial esse in termino ad quem mittitur, vel quia prius ibi non orat, vel quia incipit novo modo esse, (aim autem persona* sini simul ubique, ima non mittitur ubi nullatenus erat, sed milii veri* dicitur ubi esse incipit *novo modo,* scilicet effectum novum opo- i ando : sive quia unit sibi hypostatice aliquam naturam, ul est missio Filii per Incarnationem, sive quia creaturam sanctificat, ut est missio Spiritus Sancti per gratiam sanc- l dicantem.

Id porro importat effectum temporalem (a. 2). Ut enim persona mittatur, debet esse in termino secundum novum essendi modum. Sed esse novo modo in termino est aliquid temporale. Ergo piissio importat, effectum temporalem.

II. Hinc quædam loquendi regulæ.

Prima regula : Quæ important solam habitudinem ad principium possunt prædicari et aeternaliter et temporaliter, ut *processio* et exitus ; unde dicere potest Filius Dei : ligo cx Deo *processi,* a Patre *exivi,* secundum generationem æternam, et iterum : ego *processi* vel *exivi* secundum missionem temporalem, visibilem vel invisibilem.

Secunda regula : Quae vero important habitudinem non nliim ad principium sed etiam ad terminum aeternuni. dicuntur sojum ab æterno, ut *generatio* et *spiratio.*

Tertia regula : Quæ cum habitudine ad principium important terminum temporalem, dicuntur Iemporalilgr Iaiitum, ut *missio* et *datio* : sic Filius in tempore missus r l et in tempore datus est nobis, et Spiritus Sanctus in l empore missus est et datus est nobis, sive invisibiliter per gratiam, sive visibiliter, ut mox explicabitur.

III. Tandem requiritur ad missionem ut effectus ille temporalis sit distinctus a creatione. — Nam missio, cum importet novum ac specialem essendi modum, ordinatur mi sanctificationem creaturae rationalis ; sanctificatio autem est opus proprie supernaturale, quod ordinem crea- l mnis excedit.

l ml· |›<*l .<»na divina mittitur, non quatenus creat, sed qualeiiu aun tdicat ; nec unquam in Scripturis aut in li.iddinib sola creatio dicitur missio. Quod ex dicendis funiiiH declarabitur.

IV. Missio invisibilis divinæ personæ fit per infusionem gratiæ sanctificantis eamque solam (a. 3).

Dicitur missio *invisibilis,* quæ effectum mere spiritualem importat, ut est sanctificatio animarum ; *visibilis* autem missio est quæ fit cum aliquo effectu seu signo externo, id. mox explicabitur.

Tenent generatim theologi missionem invisibilem fieri per solam gral iam supernaturalem. At inter gratias quædam sunt formaliter gratum facientes, ut gratia sanctificans et chantas; quædam vero sunt dispositive tantum gratum facientes, ut fides informis et auxilia quæ ad justificationem préparant. Nonnulli veteres theologi, quos citat Suarez[1]* et sequitur Arriaga*, existimant fieri missionem invisibilem, non solum per dona gratiæ sanctificantis, sed generatim per omnia dona supernaturalia. Communis tamen remanet sententia quam docet S. Thomas in diversis locis[3].

Est. etiam D. Augustini, qui dicit Spiritum Sanctum non dari proprie, non esse proprie donum, nisi propter gratiam san< t ificanlem et charitatem : « Dantur et alia per Spiritum Sanctum munera; sed sine charitate nihil prosunt. Nisi enim tantum impertiatur cuique Spiritus Sanctus ut eum Dei et proximi faciat amatorem, a sinistra non transfertur ad dexteram, nec Spiritus proprie dicitur donum nisi propter dilectionem[4]. » Probatur ratione theologica. Ut fiat missio proprie dicta, requiritur novus existendi modus in creatura, ita ut persona divina dicatur *mitti,* et pariter requiritur *datio,* ita ut persona divina habeatur a nobis el nos persona divina fruamur[5]. Atqui neutrum fieri

1. Suarez, De *Trinil.,* lib. XII, c. v.
λιιιιΛΟΛ, disp. LV, sect. IV, 6.
3. Hir d *l Seni.,* dist. 14, q. n, a. 2.— Cf. de hac quæstione; Sa i.m a n i . disp. XIX, dub. m ; Go n e t , dips. XIII, a. 2,
I. c.i s \i i.i s i in·., De *Civil.'Dei,* lib. XV, c. xvm, n. 32 ; *P. L.,* **XLII, 1082 SB.**
5. Cf. *Rom.,* v, 5.

potest absque gratia sanctificante et charitate. Ergo per olam gratiam sanctificantem el charitatem fit missio proprie dicta. Prob. min. quoad lam partem. Novus ac specialis existendi modus quem importat missio distingui debet a communi modo quo Ileus osl præsens in omnibus rebus per essentiam, potentiam el priesentiam, seu per modum causæ efficientis. Atqui sola gratia sanctificans el charitas important præsentiam specialem distinctam n præsentia communi in omnibus rebus. Etenim præsentia specialis ea est qua Deus non solum operatur ul causa efficiens, sed proprie *habitai,* ut in templo suo et familiari domo, ul *amicus* cum amicis, tamquam *cognitum* in cognoscente et *amatum* in amante. Atqui habitatio ut in templo ‹l cum amicis importat gratiam et charitatem, quæ veram amicitiam efficiunt ; præsentia per cognitionem innuit non cognitionem communem, sed specialem et *sapidam* qua cognitum placet cognoscendi et quodammodo gustatur a cognoscente, qui sapor et gustus competere non possunt nisi justis, Deo per charitatem adhærentibus ; et pariter præsentia per amorem importat charitatem qua amatum est in amante et amans in amato. Ergo novus essendi modus quem dicit missio requirit gratiam et charitatem.

Prob. min. quoad IIam partem. Ut Spiritus Sanctus dicatur *dari* nobis, oportet ut illum habeamus nobiscum el possimus eo libere uti et frui. Sed frui persona divina non possunt nisi qui sunt amici et in quibus habitat Spirit us Sanctus per gratiam et charitatem. Ergo absque gratia et Charitate non mittitur nec datur Spiritus Sanctus.

Imo argumentum evincit in missione invisibili person» divinæ importari præsentiam substantialem ipsius person» in anima justi. Amicitia enim *perfecta* requirit *realem* præsentiam amicorum, ut possint ad invicem conversari ; et pariter *fruitio* completa postulat ut persona qua li nimur sit realiter et substantialiter in nobis præsens.

Quæ doctrina de præsentia substantiali et habitatione SS. Trinitatis in justis exponetur et evolvetur in tractatu de *Gratial.*

I. Cf. quæ disseruimus, *Mystère de la T. S. Trinité,* p. 263 ss.

\ **Confutuatur et ostenditur alia dona supernaturalia Nocliinn churitate non sufficere ad missionem invisibilem ροϊNoιιιv** divinæ. — Fides informis non est, cognitio sapid» qua pru-sc.nliam illam specialem amici requirat, sed redu- ' il tn- ad pnesentiarn *generalem* per modum causas efficientis. Charismata etiam supernaturalia, ut prophetia, inspiratio assistentia quæ infallibilitatem summo Pontifici præstat, actionem quidem seu influxum specialem important in inlellectum et voluntatem, at non specialem illum *essendi* modum, qui est missio, datio, inhabitatio. Nam Deus absolute loquendo posse! uti lanquam instrumento in inspiratione ‹4 prophetia etiam pe< catore, ut Caipha usus est1; ‹I pariler assistent ia non reservatur sanetis, sed promittitur I uilibel Romano Pontifici legitime in Ecclesia constituto. Quapropter illa præsentia Dei per charismata supernaturalia reducitur ad praesentiam per modum *agentis,* sed nondum est præsentia singularis quam importat *dalio* et *missio* proprie dicta. Etsi diceretur dari Spiritus *propheticus* vel miraculorum peccatoribus, in quantum a Spiritu Sancto habent virt utem prophetandi vel miracula faciendi, non tamen concedi posset *dari* vel *milii simpliciter* Spiritum Sanctum (cf. ad 4).

At vero simul ul infunditur gratia sanctificans, Spiritus Sanci us *datur,* ul iterum longius probatur n. v ii. Unde concludendum esi absolute per infusionem gratiæ sanctificantis eamquc solam mitti et dari invisibiliter personam divinam.

VI. Quænam persona possit mitti et quaenaip possit mittere (aa. 5, 4, 8). — Ut persona dicatur mitti, debet ll abere novum essendi modum in creatura et pr‹‹‹ici‹, ah aliajiersona, seu esse ab alia secundum originem. Spiritus Sanctus potest habere novum essendi modum in creatura per infusionem gratiæ sanctificantis et procedit ah alio, scilicet a Patre Filioque tamquam ex uno principio ; Filius etiam per invisibilem gratiam habet novum essendi modum in mente nostra, et est ab alio, scilicet a Paire. Umle lam Filio quam Spiritui Sancto convenit invisibilili'i* mitti.

1. Joan., xi.

Pater autem habet novum essendi modum in anima ad quam venit et in qua mansionem facit : « Ad eum veniemus et *mansionem* apud eum faciemus» Al Pater nullatenus est ab alio. Ergo nulla ratione mittitur; sed animas inhabitat, quatenus a se ipso venii.

Hinc notandum discrimen ini er missionem proprie di - lam et habitationem personarum : Ium missio Ium habitatio fiunt per gratiam sanctificantem el necum ferunt et important praesentiam *substantialem,* quæ ad *fruitionem* amieitiæ requiritur (n. iv) ; sed habitatio non importat, ut persona inhabitans ab aliquo mittatur, unde *lota l'rinilas inhabitat* mentem, licet missio conveniat tantum Spiritui Sancto et Filio. — Ut persona mittat, debet esse *principium.* Si intelligitur principium *effectus,* tota Trinitas mittit personam missam, eum omnia opera ad extra sint loti Trinitati communia. Si autem intelligatur principium *personæ,* quæ mittitur, sic non quadibel persona mittit, sed solum illa cui convenit esse principium illius persona·.

Hic est sensus proprius quo intelligitur missio ei missionis principium Unde Pater, qui est principium non de principio, mittit Filium et Spiritum Sanctum : Filius, qui esi cum Patre principium Spiritus Sancti, mittit Spiritum Sanctum ; et Spiritus Sanctus, qui est terminus tantum, non autem principium non dicitur mittere sensu stricto sed illa tantum' larga acceptione quam usurpat S. Augus- linus[2] quamque hic recte exponit Angelicus.

VII. Missio invisibilis fit ad omnes qui sunt participes gratiæ sanctificantis (a. 6).

Petavius[3] et plures cum eo theologi contendunt missionem invisibilem, quæ est habitatio, esse propriam Spiritui Sancto et convenire justis Novi Testamenti, non autem justis Veteris Testamenti, quia *nondum erat Spiritus datus[1].* Doctrina tamen S. Thomæ jam communis evasit H est omnino tenenda.

1. Joan., VIII, 23.
2. Cf. S. Augustin., *De Trinit.,* lib. II, c. v, n. 9 ; *P. L.,* xlii, L H50.
3. 'Cf. Petav., *De Triait.,* lib. VilI, c. vi.
[1]. Joan., vii, 39.

Ilahiliilio non pertinet ad relationes originis, sed est. opiis id extra. Ergo est tribus personis communis; hinc juin supra dixit Angelicus : « Per gratiam *lola* Trinitas iiihiihilal in nobis[2] » — Quæstio iterum redibit in tractui n de Gratia8.

Probatur itaque fieri habitationem trium personarum ‹›| missionem invisibilem Spiritus Sancti quoties infunditur gratia.

Ut fiat habitatio Trinitatis et missio Spiritus Sancti, requiritur et sufficit novus essendi modus in anima. Atqui ubicumque et quoties fit infusio gratiæ sanctificantis habetur novus essendi modus, scilicet habitatio gratiæ el innova lio per gratiam, quæ quidem innovatio est modiis specialis distinctus a modo communi quo Deus est præsens in omnibus rebus, ut explicatum est supra, n. m. Ergo ubicumque et quoties fit infusio gratiæ sanctificantis, habetur habitatio Trinitatis et invisibilis missio Spiritus Sancti. Cum autem gratia sanctificans sit ejusdem speciei in omnibus, etiam in veteribus justis, manifestum est datum fuisse illis Spiritum. licet non datione cum signo visibili quæ facta est in «lie Pentecostes (ad I).

VIII. Hinc quædam corollaria maxime notanda.

I" Quotiescumque augetur gratia sanctificans, fit nova missio, qui augmentum gratiæ et charitatis importat novum ac verum essendi modum personæ divinæ. « Sed tamen secundum illud augmentum gratiæ præcipue missio invisibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem novum actum vel novum statum gratiæ ; ut puta, cum aliquis proficit, in gratiam miraculorum, aut prophetiæ, vel in hoc quod ex fervore charitatis exponit se martyrio, aut renuntiat his quæ possidet, aut quodeumque opus arduiiin aggreditur. » (Ad. 2).

2° Ad beatos fit missio invisibilis in principio beatitudinis, quia Iune habetur proprie novus essendi modus personа· divina*. Postea vero non fit missio nisi sensu lato, qua-

1, l I'., q. XLtn, n. 4, arg. 2.

2. Interdiiin consuli potest L. Janssens, *De Deo Trino, pi* 834-852.

lemis revelantur quædam objecta pér revelationes extra Verbum, usque ad diem judicii, nulla tainen facta immutatione ex parte visionis beal ifii a·, quæ remanet penitus invariabilis. Cf. quæ hæc de. ⊢◟ disseruimus supra, q. xn.

3° Ad animam Christi facta fuit missio invisibilis semel, scilicet ia primo instanti. quando infusa luit gratia sanctificans in summo gradu ; non autem postea, quia non potuit gratia, saltem de potentia Dei ordinaria, augeri. Cf. Ill i'., q. vu, a. 10.

4° Quoties confertur gratia per sacramenta, Ill invisibilis missio, eo quod infusio gratiæ per sacramenta secum ferat novum essendi modum personæ divinæ. Fit. porro missio, non ad ipsa sacramenta, in quibus gratia est solum per modum transeuntis, sed ad eos qui per sacramenta gratiam suscipiunt et in quibus est gratia ut in termino et subjecto proprie dicto (ad 4).

IX. De missione visibili (a. 7). — Dicitur missio visibilis quæ fit cum eliquo effectu seu signo externo. Duplex præcipue attenditur differentia inter missionem invisibilem el missionem visibilem.

1° In missione invisibili tres personæ divinæ simul adsunt : Filius quidem et Spiritus Sanctus mittuntur, Pater vero a seipso venit, ita ut habitatio sit tribus communis ; in missione autem visibili, una persona potest sola mitti et sola manifestari, sicut in mysterio Incarnationis solus Filius assumit hypostatice humanam naturam et solus Spiritus Sanctus in die Pentecostes sub forma ignis manifestatur.

2° Missio invisibilis fit per solam gratiam sanctificantem, nl explicatum est ; missio autem visibilis, *licet ad sanctificationem ordinetur,* fieri tamen potest innumeris modis et per innumera signa.

Tres conditiones ad missionem visibilem requiruntur Oportet 1° ut fiat signo externo quo persona divina reveletur et manifestetur, sicut generatim invisibilia Dei per visibilia nobis innotescunt. Quocirca visiones intellectuales nut imaginari» non possunt dici missiones, eo quod intra animam remaneant. —Cf. resp. ad 2.

2° Ut fiat signo novo, quod vel nullatenus præexiste-

Imi, vel ml Inlcin lincm non assumebatur ; quia nova præ-hi ulla divina· personæ non potest nisi novo signo indicari. Si veru signum sit jam determinatum, non fit missio visibili:. : se· signa sacramentalia Veteris et Novi Testamenti, levi sensibilia, sunt aliunde determinata et instituta ut rilus pcrmanenter adhibendi. Quapropter justificatio quæ lil per visibilia sacramentalia non est tamen visibilis missio Spiritus Sancti, sed solum invisibilis missio, quæ omnem gratiæ infusionem comitatur.

3° Ut respectum habeat ad sanctificationem animarum, quia missio visibilis fit ut manifestentur invisibiles missiones, quæ secundum gratiam attenduntur : unde in missioni· visibili Filius mittitur ut sanctificationis auctor, Spirit us iiulem Sanctus ut sanctificationis indicium.

Quapropter theophaniæ in Veteri Testamento non erant proprie missiones, eo quod non ordinarentur ad significandam sanctificationem animarum vel habitationem Dei in justis, sed ad aliquid aliud manifestandum, sive ad ingerendam vividiorem Dei notionem, sive ad Incarnationem quadantenus adumbrandam[1].

Ceterum non conveniebat ut fieret visibilis missio Spiritus Sancti ani e visibilem Filii missionem in carne, cum Spiritus Sanctus manifestet Filium, sicut Filius Patrem (ad 6).

X. Duplex est species missionis visibilis, scilicet visibilis substantialiter et visibilis repræsentative. — Unicum missionis visibilis substantialiter habetur exemplum in venerabili Incarnationis mysterio, in quo divina persona humanam naturam hypostatice sibi conjungit. Tres visibilis missionis conditiones verificantur. Adest signum novum et sensibile, nempe natura humana; modusque existendi novus, quia per unionem hypostaticam Verbum est specialissime præsiins in humanitate assumpta ; et in ordine ad animarum sanci ifical ionem, cum Incarnatio sit maximum salutis et rethmipl ionis medium.

In missione autem visibili repræsentativa nullatenus l onjmigil ur hypostatice persona divina creaturæ, et res

1. Cf. S. Au g i.h iin ., De *Trinit.,* lib. II, c. xvn ; *P. L.,* x l ii, 866.

ipsa externa qua fit manifest al i« a tota Trinitate producitur. cum angelorum coopérai inné el ministerio : et, quia missio non fit nomine angeli, mm dicitur angelus mitti, et iterum, quia ordinatur ad unum personam præ aliis manifestandam, idcirco uni personæ, mm vero aliis adscribitur : sicut enim una persona nominibus propriis designatur, ita signis propriis potest manifestari. Cf. resp. ad 3 et ad 5.

XI. Quatuor recensentur missiones visibiles repraesentativæ, Spiritui Sancto propriæ. — Spiritus Sanctus in illis specialiter revelatur, licet non fuerit personaliter et hypostatice creaturis conjunctus. Prima missio habetur in baptismo Christi, sub specie *columba?l* ; altera in transfiguratione Christi, sub specie *nubis lucida?.2*; tertia post resurrectionem Christi in ccenaculo, sub specie *Iulus,* quando dixit Christus : Accipite Spiritum Sanctum3‡ quarta in die Pentecostes, sub specie *linguarum ignearum* '.

Omnes quidem ad animarum sanctificationem ordinantur, sed attendenda est differentia quam notat Angelicus : quia Filius est principium Spiritus Sancti, cui attribuitur «Ionum sanctificationis, in missione visibili subs- l antiali Filius mittitur ut auctor sanctitatis ; in missione autem visibili respræsentativa Spiritus Sanctus mittitur 11t sanctificationis indicium.

Iterum recolendum est discrimen inter duas priores missiones repræsentativas et duas posteriores. In baptismo enim et transfiguratione Christ i missio est l antum repræsenlaliya, at non effectiva : repræsentat nempe copiam et abundantiam gratiæ in Christo, in quo Pater *sibi bene complacuit,* et plenitudinem doctrinæ : *Ipsum audile* ; sed non efficit, eo quod gratia et scientia in Christo fuerint perfectae ab initio nec capaces essent augmenti. In cœnaeulo autem, post resurrectionem et in die Pentecostes, fuit missio simul repræsentativa el effectiva, nam simul

1. Matt ii., iii, 12.
2. Matt ii., xvn, 5.
3. Joan., xx, 22.
4. *Act.,* n, 3.

signifii ‹·! causabat gratiam et charismata in apostolis. Cf. nd Ô.

X 11. Devotio erga SS. Trinitatem.

His dictis de divinis personis earumque missionibus, vola et preces effundimus ut tota Trinitas nostram semper inhabitet mentem et nobiscum semper maneat, tanquam nostrae felicitatis principium et objectum.

Utinain augeatur erga SS. Trinitatem pietas et devotio, quæ ad vitam spiritualem alendam tam efficaciter valet ! Sicut *invisimus* SS. Sacramentum propter substantialem præsentiam Christi in Eucharistia, ita consulenda est frequens visitatio ad SS. Trinitatem, propter substantialem præsentiam divinarum personarum in animabus nostris ; et hinc jam licebit videre et gustare *quoniam suavis esi Dominus...*

QUÆSTIO UNDECIMA

Conspectus syntheticus fundamentalium principiorum vel conclusionum de Trinitate, in quibus comparantur doctores Ecclesiæ Orientalis et doctores Ecclesiæ Latinæ.

I. In quibus fieri debeat comparatio — De universa l heologia Trinitatis potest ac debet comparatio institui : de ipsa notione Trinitatis, de processionibus, de relationibus ad intra, de circumincessione, de appropriatione, ac de operationibus ad extra.

II. **De ipsa notione Trinitatis. —** Conveniunt et Græci et Latini in mysterio enuntiando et definiendo : 1res esse in una essentia personas, esse Trinitatem unius deitatis, prædicandamque esse simul et *Trinitatem* et *monarchiam*[1][2] Formula antiquissima est in utraque theologia tres esse in Deo personas, vel 1res hypostases', unam essentiam, unam deitatem[3]. Hinc affirmatur simul et *pluralitas* seu *distinctio* personarum et earum *consubstantialitas* in una et (adem deitate. Quæ consubstantialitas etiam a Patribus antenicænis asseritur et vindicatur, licet nonnullæ formulæ ansam æquivocationibus præbeant[4].

Doctores Græci tum de distinctione Ium de monarchia asserenda fuerunt solliciti ; sed, quia debuerunt diversas modalismi formas, quæ distinctionem -realeni negabant, imprimis refellere et confutare, personas magis directe attendunt. Hinc Trinitatem exhibent ut familiam veram, m qua est intimæ vitæ conjunctio, ac fecunditas, felicitasque perfecta Deumque maxime, contemplantur ut Patrem,

1. Cf. supra, quæst. procem., art. 2 ; *P. G.,* xxv, 461.
2. Cf. Garnier, *P. G.,* xxix, 16, ss.
3. Supra, ad quæst. xxix, n. 2.— Cf. Tertull., *Adu. Praenam., P. L.,* n, 180-182.
1. Quæst. procem. art. 2, η. 6.

<|iii ,··.| /ιτύ'ι el naturam divinam duabus aliis personis plemini el absque divisione communicat1.

I ribus personis rite cognitis ut perfectis, agnoscitur eo ipso naturam quæ a Patre communicatur esse unam in Iribus, et ita, per quandam recapitulationem, ἀνακεφαλαίωσ'.ν, concluditur unitas originis et unitas naturæ.

Latini autem, quia dogma divinæ unitatis potissimum I nentur contra polytheismi vel tritheismi errores, naturam divinam præsertim attendunt et ex unitate naturæ vindicant personarum consubstantialitatem. Hinc etiam in processionibus ad intra et operationibus extrinsecus editis Latini unitatem magis efferunt ; Græci autem magis inviolatam distinctionem et ordinem personarum extollunt, licet unitas el distinctio cum ordine ab utrisque invicte asserantur.

III. De processionibus divinis. — Tum Græci tum Latini duas tantum processiones profitentur ; quarum una est vera generatio, in qua terminus proprie Filius dicitur, altera autem est. omnino a generatione distincta, cujus terminus nequaquam Filius, sed Spiritus Sanctus diei debet. Verum in modo explicandi nonnihil differunt. Græci enim processiones ea ratione concipiunt ut Filius sit complementum Patris in ordine perfectionis physicte, utpote ejus sapientia et potentia, et, quia semper fuit sapientia el potentia Patris, semper fuit Filius in Patre3; Spirit us autem Sanctus sit complementum Patris in ordine morali, utpote sanctitas Patris ; et,, quia Pater non est absque sua sanctitate, nec unquam fuit absque Spiritu Sancto4. Quia ergo Filius est complementum Patris, exit ab ipso per modum pullulationis vel emanationis,

1. Cf. Origen., *In Joan,* in, 2, 3 ; *P. G.,* xiv, 109.
Supra, ad quæst. xxxin, n. 3.
3. Γ.Γ. S. \ ΠΙΛΝ., *De Decretis Nicænee Synodi,* xxvi ; *P. G.,* xxv, 16 | ; S. Basii.., *Coni. Eunom.,* lib. 11, 17; P. *G.,* xxix, 605 ; S. Cy- || **'i.** Ai ia „ *Thcsaur.,* iv ; *P. G.,* i.xxv, 14; S. Joan Damasc., *Eid. Orlhod.,* lib. I. c. xm ; *P. G.,* xciv, 856.
•I. Cf. S. (ini odii. Nazianz.., *Orat.,* xxxv, 1221, 4; *P. G.,* xxxvi, 137, 138; S, i.yuiii. \i.exandr., *Thesaur.,* xxiv, et *Dialog.,* vit ; *P. G.,* i.xxv, 596, 1121.

qua· aliunde est purissima al que immaculatal:* Patres ’•ravi generationem filii romparanl rum verbo nostro prolato et etiam rum verbo inlrruo, seu mentali, per modum exempli8; at nondum perfeci·· evolvunt rationem psychologicam quam deinde. exposuerunt Latini3:* Pariter, nondum plene exponunt Græci · ur processio Spirit us Sancti non sil generatio, dum Doctores Latini id repel uni ex natura psychologica processionis voluntatis, qua· non esi, essentialiter assimilative, sicut inde etiam expliranl cur l ilius, non vero Spiritus Sanctus, sit proprie *inuiffo**.

Demum, in exponenda processione. Spiritus Samii l .ai ini magis attendunt unitatem et idcirco præferunt formulam « ex Patre et Filio » ; Græci autem magis considerant ordinem personarum et eligunt formulam « ex Patre per l ilium», licet tamen utraque formula sit in utraque Ecclesia recepta56

IV. **De relationibus divinis.** — Patres Græci Lotam doctrinam de relationibus jam tradunt., dum dicunl esse in divinis σγτ,σε;, Patremque non esse nomen essentia·, vd *relationem* importarc® ; reeoluntque et relationem *mutuam* et relationis oppositiones, τή; *-oó σγ ί,σεω 7.* l .atini autem rem explicilius evolvunt, et inde iterum explicant distinctionem et numerum personarum, quæ quidem potius per relationes quam per origines distinguuntur et constituuntur8.

V. De circumincessione vel circuminsessione. Pulcherrima est theoria græca de πεον/ώοησ·., quæ motum el

1. Cf. S. Athanas., *Oral. I Cont. Arianos,* xix ss. et *Oral.,* iv, l : *P. G.,* xxvi, 49 ss, 469 ss.
S. Cyril l. Alexandr., *Dial. VI : P. G.,* 1xxv, 80.
3. Cf. supra, q. xxvu, a. 2, n. m.
I. Supra, q. xxvu, a. 4, n. iv, et ad quæst. xxxiv-xxxv, n. vi.
5. Cf. S. Cyril l. Alexandr., *De Adorat.,* i ; *P. G.,* 1xxviii, 118; S. Augustin., *De Trinit.,* lib. XV, c. xvm ; *P. L.,* xlh, Ilisl ; vide supra ad q. xxxvi, n. vni.
6. Ita S. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xxix, n. 16 ; *P. G.*. xxxvi, 96.
7. S. Joan. Damasc., *Fid. Orthod.,* lib. I, c. xi ; *P. G.,* xciv, 837.
8. Supra, ad q. xxvm et xl.

(irviiliiin quemdam vitalem inter personas et simul compejirl liilioiiein atque inseparabilitatem personarum innuit. Vox *Circumincessio* eundem conceptum ingerere potest ; minus autem apte vox recentior circuminsessio. Unde potior esi certo vox græca, licet utraque theoria conveniat circa tria præcipua asserta : distinctionem personarum, unitatemque naturæ. ac motum vitalem inter ipsas personas ejusdem vitæ consortes1.

VI. De appropriatione. — Existimant plures critici Græcos doctores non agnovisse doctrinam de appropriatione, sed potius exhibuisse sanctitatem tamquam proprietatem *personalem* Spiritus Sancti. Textus tamen qui objiciuntur possunt forse in sensu appropriationis intelligi ; verum est aliunde Latinos theoriam illam præsertim evolvisse et ad pleniorem dogmatis intelligentiain adhibuisse, a temporibus Hilarii et Augustini2, licet aliquatenus illam innuerit S. Gregorius Nazianzenus3.

VII. De operibus ad extra. — S. Justinus et plures cum ipso theophanias veteris Testamenti attribuunt secunda; personæ. S. Augustinus vero et theologi generatim toti Trinitati. Quoad substantiam conveniunt Græci et Latini de operibus extrinsecus editis, quæ dicuntur tribus personis communia. Sed, quia Græci semper sunt solliciti de ordine personarum servando, libentius dicunt Patrem operari per Filium et Spiritum Sanctum, vel in Spiritu Sancto ; sicut etiam formulam eligunt « Spiritum procedere a Patre per Filium » ; et ex unitate operationis unitatem essentiæ defendunt. Latini autem unitatem operationis potius ex unitate essentiæ inferunt et unitatem illam essentiæ magis attendunt in personis, servato tamen ordine personarum ad invicem4.

1. Cf. supra, q. xli, n. x.

S. Illiar., *De Trinit.,* lib. II, xi, 1 ; *P. L.,* x, 50, 51 ; S. Audi siin., /'. /.., xxxiv, 21 ; xlh, 800, 931 ss. ; vide supra ad q. xl, n. m el. iv.

3. ‹ I. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xix, n. 11 et 12; *P. G.,* xxxvi, 315, 348.

1. Cl. S. Im.s , *Cont. Haeres.,* lib. 1, e. xxii et lib. IV, c. xx, *P. G.,* vu, 309, 103 ' , S. Basil ., *De Spiritu Sancto,* xvi, 38; *P. G.,*

VIII. Concludendum. Iraifue igitur theologia, Orien-Ialium nempe et Latinorum, licet in modo explicandi, aliquatenus discrepet., idem dogma credit, unumque in re prorsus concinit, videlicet in Ileo unam esse substantiam. duas processiones, quatuor relationes, quarum lres sunt mutuo opposita·, Iresque esso personas realiter distinctas, quarum secunda procedit a prima, tertia vero a prima et secunda, vel a prima per secundam, scilicet Spiritus Sanctus a Patre et Filio, vel a Patre per I'ilium.

IX. Theologi veteres ante S. Thomam.

Hugo et Richardus a S. Victore theorias proponunt quæ modo ad græcam, modo ad latinam referuntur.

Sicut in nobis est *mens el sapienlia el amor, ita in divinis,* juxta Hugonem est mens, Pater, et a mente nascitur sapientia, Filius, et a mente et sapientia procedit amor, Spiritus Sanctus. « Vidit (rationalis creatura) quod ex ipsa *nascitur sapienlia* quæ est in ipsa ; el diligit ipsa sapientiam suam, et *procedit amor* ex ipsa ; et sapientia sua quo amat eam genitam de se et in se manentem non dividit a se. Et apparent tria quidem in uno : mens, sapientia et amor ; et surgit Trinitas quædam, et unitas non recedit, el sunt simul Trinitas et unitas secundum potestatem ac imaginis virtutem[1]. »

Licet hanc theoriam inducat Hugo a S. Victore ad ostendendum esse in divinis simul trinitatem et unitatem, tres personas in una essentia, non intendit tamen argumentum esse demonstrativum. Subdit enim : « Eeee demonstravimus *vestigium aliquod Trinitatis. quantum valet ratio humana de.* modico *quod suum est, el dalum esi illi el est in illa, el modicum est ad perfectum lotum**. »

Ceterum, origo sapientiæ a mente non est aliud nisi processio Verbi a dicente, qua· est per modum imaginis et

\\xn, 136; S. Cyril., *l .loan.,* x: /'. *(i.,* 1xxiv, 336; S. Augus-Ïï̈χ., *De Trinil.,* lib. I; *P. t..,* xi.ii, 821-826, 829. Vide supra, ml quæst. XLin, art. 1, n. 3.

1. Hugo a S. Victore, *De Sacrament.,* l. I, P. Ill, c. xix ; *P. L.,* ‹ ia xvi, 225.

2. *Ibid.,* 230.

••si vi in a: · iinihil iva. Quocirca non videtur tantum differri: l lii'oi'in Nugonis a doctrina D. Thomæ1.

Miam analogiam adhibet Richardus : Eo ipso quod Deus ml ‖ hard as, non potest esse solus, sed socium habere débet qui sil sibi *condignus,* et idcirco sit divina persona. \l rursus, sicut in humanis duo qui se diligunt interdum habent *eondilecium,* ita, imo et multo magis in divinis debet esse *condileclus,* qui sii etiam persona divina. Ergo tres reperiri debent in divinis personæ, scilicet Pater, Filiusque *condignus* et Spiritus Sanctus *condilecius,* perfecte æquales el unius essentiæ2.

Excelleret hæc theoria si exhiberet analogiam ut *cogentem,* quæ mysterium demonstret ; et ceterum non explicat cur ille, «pii est dilectus Patris ut condignus et secunda persona, sit *Filius.* Si vero proponatur ut mera congruentia, jam retineri potest, et hæc est analogia ex societate, quam etiam nos supra (q. xxxn, n. vn) indicavimus.

Theoria Alexandri Halensis, quæ dicit Spiritum Sanctum idcirco non generari quia procedit a voluntate non ut natura, sed ut voluntate, potest reduci, saltem indirecte, ad sententiam S. Augustini et S. Thomæ, ut animadvertimus supra, q. xxvn, art. m, n. iv. S. Bonaventura theoriæ augustinianæ etiam adhæret, licet in Patre magis al tendat innascibilitatem : « Unde distinctio personal Patris quasi inchoatur in innascibililate et consummatur in paternitate3. » Minus tamen perfecta quam theoria Angelici.

De diversis opinionibus scholasticorum posteriorum in decursu tractatus sermonem habuimus, nec operae pretium est ut in illis iterum immoremur.

N. Finis Tractatus. — U traque theologia, Orientalium

1. Ile diversis scholasticorum theoriis consuli possunt : P. de Hi i.non. *Iitudes de théologie positive,* licet ipsi non putemus con--enl ieiiduin in omnibus ; P. Jules Souben, O. S. B., *Les Personnes divines,* IIP' partie.

Cf. Ili< nnt»., *De Trinit.,* lib. Ill, cap. n, et *P. L.,* xccvi, 916 ss.

3. S. Bonavkntuha, *I Seni.,* dist. 28, dub. 1. — Cf. quæ supra diximus ad q. xi. S. ΓΙιομ.ė.

ilicei ac Latinorum, idem dogma credit, unumque et eundem hymnum concinit uni Deo Irino et simplici, quem Hindus diligendi est sine modo diligere[1].

Et hæc sit conclusio totius nostri operis de Deo Uno et Trino, illum sine modo et sine fine diligere.

Amen.

1. S. Bernard., *De Diligendo Deo, c. i ; P. L.,* clxxxii, 974.

TRACTATUS UE UEO CREATORE ET GUBERNATORE

In limine Tractatus demonstrandum ◊◊‹‹ urril Deum osse omnium causam, q. x l iv ; deinde ostenditur quomodo sit causa, scilicet per creationem, q. xi.v ; quando res produxerit, q. XLVi ; quomodo distinxerit, sive in genere, q.xLvn; sive in speciali, ubi de distinctione boni et mali, q. XLViii, ac de causa mali, q. x l ix.

QUÆSTIO PRIMA

De Deo Prima omnium Causa

AD Q. XLIV S. TIIOMÆ

Rem plenissime absolvit S. Doctor, ostendendo Deum esse et causam efficientem, a. 1, quæ etiam materiam producit, a. 2 ; et formalem exemplarem, a. 3 ; ac finalem, a. 4.

ARTICULUS PRIMUS

DE DEO PRIMA CAUSA OMNIUM EFFICIENTE[1]

AD ART. 1 ET 2 S. THOM/E

I. **Sensus quœsiti.** — Inquirit imprimis S. Doctor utrum omnis res quæ proprie dicitur ens, ut formæ subsistentes, in spiritualibus, et ipsa composita, in corporalibus, sit ii Deo producta ; deinde, penit ius investigando, ostendit quomodo tota substantia, non solum quoad formam, sed

1. Cf. Commentatores S. Thomae in h. art. *Création* in *Dic· lion. Thiol, catholique.*

elinm <|ii<>u«| mal oriam primam, sil producta a Deo, qui ch| idcirco *universalis* causa entium. Hinc sequitur Deum e..:„· causam per viam *creationis,* quem tamen conceptum remittit Angelicus ad q. seq.

II. Errores. — Polytheismus huic dogmati necessario adversatur ; nam quicumque ponunt plures deos eo ipso negant causam supremam universalem, a qua cætera cuncta procedant ; imo generatim tenent polytheistæ deos ab ipsa materia dependere. Philosophi vero ethnici aut materialismum, cum Epicuriis, docent, mundique originem ex casu vel fortuito atomorum concursu repetunt ; ani monismum Luentur, cum stoicis, ponuntque in mundo mentem quæ agitat molem sed in ipsa immegitur ; aut si admittunt ideas separatas, cum Platonicis, non effugiunt periculum polytheismi, admittendo plures deos subordinates1. Neo-Pytagorici et Neo-Platonici dualismum invehunt, Deum et Materiam opponendo ; Gnostici mundum subtrahunt immediatæ Dei actioni, dum illum inferiori *demiurgo* subjiciunt; Manichaei materiam exhibent aut mali principium aut ultimum terminum in quo ipsum infinitum degenerat2.

Medio ævo, Scotus Erigena veram creationem negat, dum doCel Deum esse omnia. « In omnia proveniens facit omnia, et in se ipsum redit, revocans in se omnia, et dum in omnibus fit super omnia, esse non desinit3. »— David de Dinando stultissime dixit Deum esse materiam primam4. Errores renovant Averroistæ, deinde recentiores pantheist®, materialist®, critici transcendentales. Sub nova forma recentissime Bergson mundum explicare contendit per *evolutionem creatricem,* ita ut singula nostr® vitæ momenta sint creatio quædam, evolutioque sit creatio semper renovata, nihilque reale sit praeter ipsam

1. Gf. Lebhbton, *Les Origines du Dogme de la Trinité.* I P.
1 Gf. Mgr Duchesne, *Gnose et Gnosticisme.*
3. Si.di , |·;κιι·.εν .. *De div. natur.,* lib. III. η. 20; *P. L.,* exxu, 683.
4. De rigIeris philosophis medii ævi, cf. de Wulf, *Histoire de la iihilusopliie médiévale,* praesertim c. « Bibliothèque philosophique. »

" tionem « Chacun des moments de notre vie, dont nous Oinmes les artisans, est une espèce de création[1]... L'évo- lnlion est une création sans ‹esse renouvelée[2]... Mais i hoses et états ne sont que des vues prises par notre esprit Mir le devenir. Il n'y a pas de i hoses, il n'y a que des n lions[3]. » Quæ omnia mundum el Deum reducunt ad quoddam *fieri et* pantheismum evolui ionisl icum adsl ruunt. Quapropter fuit illud opus Bergson a S. Gong. Ind. damnatum.

Eosdem errores spargunt theosophi : « D'après nos enseignements, l'Esprit et la Matière sont identiques... Nous rejetons l'idée d'un Dieu personnel et extra cosmique[4][5] »

III. Testimonia scripturistica[6]. — Genesis, cap. i suf— li ienter declarat Deum condidisse universalitatem crea- l nrarum, dum asserit : *creavil cœlum el lerram ;* et quidem c.c *nihilo,* non autem ex materia praeexistente, dum recolit l 'eum producere cuncta suo verbo, seu imperio : *dixil, el facium est,* ut ex tota serie narrationis genesiacæ colligitur. In *Exod.,* ni, 14, nomen quod sibi ipsi tribuit Deus, *l· qo sum qui sum,* indicat Deum ita esse Plenitudinem i ssendi, ut ipsi omnia subdant ur, ab ipso pendeant omnia d idcirco ab ipso recipiant originem. Quocirca textus ille quemlibet dualisraum efficaciter removet, et saltem indirecte creationem adstruit.

Psalmi dogma illud efferunt, asserendo *facium,* scilicet- omnia esse a Deo producta, cœlum et terram, et omnia quæ m eis sunt® ; *modum,* nempe per Dei verbum el imperium : *dixil* et facta sunt, *mandavit* et creata sunt ; *consequentias,* quia inde ‹onfutantur idola . dii gentium dæmonia,. Dominus autem cœlos fecit[7].

1. *Euolution créatrice,* p. 7.
2. *Ibid.,* p. 112.
3. *Ibid.,* p. 270.
4. Bl a v a t s k y, *La Clef de la Théosophie,* p. 42, 88. Cf. quæ de- l heosophismo animadvertimus, *supra,* p. 63, 66.
5. Cf. *Dictionn. Biblique* cl *Dictionn. théot. cathol.,* v. création-.
6. Ps. cxlv, 4.
7. Ps. xxxii, 6, 9.

l .dm *Sapientiales* recolunt Deum omnia creasse : « Qui vivit in adernum creavit omnia simul[1]2 » Et adeo manif. unii ‹ sse creationem, ut qui ex operibus auctorem non agnoscant *vani* prorsus sint dicendi : « Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei, et de his quæ \ identur bona non potuerunt intelligere qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex »

Propheiæ ex dogmate creationis vindicant Deum verum : « *Ego sum Dominus, faciens omnia,* extendens cœlos solus, stabiliens terram, et *nullus mecum*[13]. »

In libris *historicis,* pii Israelitæ Deum confitentur omnium conditorem. Sic Mardochæus. orande, exclamat : « Tu fecisti coelum et terram et quidquid cœli ambitu continetur[14]. » Et similiter Nehemias : « Tu ipse, Domine, solus tu fecisti cœlum et cœlum cœlorum, et omnem exercitum eorum et universa quæ in ea sunt, maria et omnia quæ in eis sunt[15]» .

Celeberrima sunt verba matris Machabæorum : « Peto, nate, ut aspicias ad coelum et terram et ad omnia quæ in eis sunt, et intclligas quia ex *nihilo* fecit illa Deus et hominum genus[18]. » Quam doctiinam pia mulier non ex suo fonte sed ex traditione judaica hauserat. Hæc ergo erat fides populi elc<ti, hæc fides auctoris sacri, qui illam approbat.

In Novo Testamento, *Synoplici* creationem implicite asserunt, dum universalem Dei providentiam recolunt, quæ omnia curat', ac Deum vocant *Dominum* cœli et terræ[18]. Evangelium *Joannis* non solum creationis factum docet, sed et ipsi Verbo adscribit : « omnia *per ipsum* facta sunt et sine ipso factum est nihil[19]. »

In *Actibus* Apostolorum, credentes Deum creatorem

1. Ps. xcv, 5.
2. *Eccli.,* xviii, l ; *Sap.,* x iii, 1.
3. Isai, xl iv, 24.
4. Esther, x iii, 10.
5. II Esdr., ix, 10.
6. 1l Mac.iia b., in, 28.
7. Mat ii., v, 45; vi, 8, 26.
8. Luc, x, 21.
9. Joan., i, 3.

deprecantur : « Domine, tu <s qui *fecisti* cœlum et terram, mare et omnia qua' in eis sunl » — Paulus Lystrenses \ ull. « converti ad Deum vivum, qui fecit cœlum et terram el mare et omnia qua· in eis sunlΛ »

In *Epistolis* Paulus expresse I radii t'iliuiii isse omnium ‹ onditorem : « Quoniam in ipso *condita sunl universa,* in udis et in terra, visibilia el indivisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates : omnia per ipsum et in ipso creata sunt[2] » Hinc, quia Filius est conditor, est eo ipso hæres universorum : « quem consi il nil hæredem universorum, per quem fe< it et sæcula[4]. »

In *Apocalypsi,* laudes Deo rependuntur eo quod sit creator : « *Dignus es,* Domine, Deus noster, accipere gloriam el honorem et virtutem, *quia lu creasli* omnia, et propter voluntatem tuam erant, et creata sunt[5][6] »

IV. Testimonia patristica. — Patres *Aposlolici* dogma creationis semper ut fundamentum supponunt. Hinc, *in Didaché* invocatur Deus omnipotens, qui condidit omnia· ; m *Pastore* primus fidei articulus credendus est de Deo, qui munia de nihilo ad esse produxit[7].

Patres *Apologelæ* creationem vindicant sive contra ethnicos, ut Aristides, qui *per viam inolus* ostendit unum esse Deum omnium conditorem[8]; et apud Latinos Tertullianus, qui scribit : « Unum omnino Deum esse, nec alium præter mundi creatoiem, qui *universa de nihilo* produxerit per Verbum suum... Unum Deum novit *creatorem universitatis*[9]. » — Sive contra Gnosii· os, ut S. Irenæus, qui animadvertit *proprium* esse Dei *creare* ex nihilo[10].

1. *Act.,* iv, 24.
2. *Aci.,* xvii, 25.
3. *Colos.,* i, 16.
4. *Hebr.,* i, 2.
5. *Apoc.,* iv, 11.
6. *Didaché,* 3, 5; Funk, 5.
7. Hermas, *Pastor,* Mand., i, 10; Funk, 165.
8. Gf. Robinson, *Texts and Studies,* Cambridge, 1893, t. I, |i 100 ss.
9. Tertull., *De Præscript.,* c. xm et c. xxxvi ; *P. L.,* 26, 49.
10. Gf. Iren., *Coni. Hæres.,* lib. II, c. ix, n. 4 ; P. *G.,* vn, 736.

‹ »i ij'. in . quoque firmissime tenet : « Unus est Deus *qu. omnia creavit* atque composuit quique, cum nihil esset, ‹iHH‹ Γ‹‹ il universa12 »

S. Athanasius distinctionem inter Verbum et creaturas in hoc reponit, quod, dum creaturæ sunt *ex* nihilo educta', Filius sit imago Patris8. — S. Ghrysostomus signum *dementiæ* reputat *negare creationem ex nihilo3.*

Catholica veritas sic resumitur a S. tulgentio : « Principaliter itaqu · tene *omnem naturam quæ non est Trinitas Deus... creatam ex nihilo4б* » Et a S. Gregorio Magno : « *Cuncta ea nihilo facta sunt,* eorumque essentia rursum ad nihilum tenderet, nisi eam auctor regiminis manu teneret0. » Quibus verbis asseritur simul necessitas creationis et conservationis atque eandem ad conservandum requiri potentiam quæ ad creandum necessaria est.

V. Documenta ecclesiastica. — Symbola antiquissima dogma implicite enuntiant, profitendo Deum Patrem omnipotentem, παντοκράτορα, qui *omnia tenet,* eo quod omnia condiderit. Deinde additur, creatorem cœli et terræ, ποιητήν ουρανού καιγή ®. — Nicænum confitetur factorem omnium, visibilium et invisibilium ; quæ omnia repet it Constantinopolitanum7.

Concilium autem œcumenicum V, 553, simul et creationem asserit et ordinem divinarum personarum in creando indicat : « Unus enim Deus et Pater, *ex quo* omnia,; et unus Dominus Jesus Christus, *per quem* omnia ; et unus Spiritus Sanctus, *in quo* omnia8. »

Quum autem medio ævo, sub diversis formis, reviviscet Manichæismus dualisticus, concilium Lateranense IV errorem appisite damnat et fidem catholicam firmiter

1. Origen., *De princip.,* l. I, n. 4 ; *P. G.,* xi, 117.
2. S. Ατιαν., *Oral.,* I, n. 13 ; *P. G.,* xxvi, 40.
3. S. Chrysost., *Homil. II in Genes.,* n. 2 ; *P. G.,* l ui, 28.
I. S. I'ui.gent., *De Fide ad Petrum,* c. m, n. 25 ; *P. L.,* x1, 761.
5. S. Gregor. M., *Moral.,* lib. XVI, c. xxxvui, n. 45; *P. L.,* i.xxv, 1113.
6. Cf. Ill.NZINGER, 6 SS.
7. *Idem.,* 86.
8. Can. 1; Dknzinc.br, 213.

prop .nil ; « Firnrfter redimus et Simpliciter confitemur quod unus solus est verus Deus... 1res quidem personæ, 1 ii una essentia, substantia seu natura simplex omnino... *unum, universorum principium* : creator omnium visibilium i l invisibilium, spiritualium el corporalium ; qui sua omnipotenti virtute simul ah initio temporis *ulramque* de nihilo condidit creaturam, *spiritualem* el *corporalem,* angelicam videlicet et mundanam; ac deinde *humanum,* quasi ‹ ommunem ex spiritu et corpore constitutam. Diabolus enim el alii dæmoncs a Deo quidem natura creati sunl boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione peccavit[1]2 »

Omnes ergo erroris formas removet concilium, statuendo : 1° *unum* esse principium omnium, non obstante trinitate personarum ; 2° Deum esse conditorem omnium et invisibilium et visibilium ; 3° Deum res produxisse *ex nihilo, sua omnipotenti vidule ;* 4° in tempore, seu ab *initio* temporis ; 5° triplicis generis esse creaturam, scilicet *spiritualem* seu *angelicam, corporalem* seu *mundanam,* et *mixtam* seu *humanam,* ex spiritu et corpore constitutam ; (>" humanam fuisse conditam post angelicam et mundanam, . ilicet *deinde* ; 7° originem mali repetendam esse, non ex l >eo, qui naturam condidit bonam, sed ex libertate creata.

Sequenti ætate, Eckard plures propositiones asseruit, quæ pantheismuni redolent vel logice continent, quæ idcirco fuerunt a Joanne XXII damnatæ, d. 27 mart. 1329[s]. Concilium Vaticanum definitionem concilii Lateranensis IV repetit ac complet, addendo scilicet Deum *liberrimo consilio creasse,* non ad augendam suam beatitudinem, sed *ad manifestandam suam perfectionem* per bona quæ creaturis impertitur[3].

Doctrina catholica in canonibus vindicatur. Canon primus damnat atheismum ; canon alter, inaterialismum ; i mum tertius, principium pantheismi ; canon quartus, mimes formas, scilicet pantheismum emanatisticum, evolui ionisticum, prout ponit Schelling, ac hegelianum, seu

1. Denzinger, 428.
2. *Idem.,* 501 ss.
3 Denzinger, 1782.

lenii lu i illimi esse indeterminati; canon quintus definii l·t ŭuu omnes res, *secundum totam substantiam,* ex nihilo pioduxisse, voluntate libera, ad suam gloriam[1].

VI. Argumenta quæ demonstrant omne ens, quod quocumque modo est, a Deo causari (a. 1). — Quidquid est per participationem debet esse causatum ab eo quod est per essentiam. Atqui solus Deus est per essentiam et omnia alia a Deo sunt per participationem. Ergo omnia alia a Deo sunt ab ipso Deo causata. — Major est axioma, quod ex se liquet. Ens per participationem, quum non habeat in se rationem suæ existentiæ, debet illam tandem repetere ab alio, quod rationem suæ existentiæ, non ab alio hauriat, secus foret processus in infinitum, sed in seipso plenissime habeat. Jam vero illud quod in se rationem suæ existentiæ habet est ens necessarium, subsistens, plenitudo essendi, cui esse ratione propiæ naturæ seu vi essentiæ convenit, atque idcirco ens per essentiam. Constat igitur manifeste omne quod est per participationem debere causari ab eo quod est per essentiam. — Minor ex toto tractatu de Deo Uno constat. Jam enim probatum est existere verum Deum, cujus essentia in eo reponitur quod sil esse perse subsistens[2]. Porro esse per se subsistons nequii esse nisi unum. Nam esse non multiplicatur nisi quia recipitur et participatur, recipi autem et parti-ipari repugnat omnino enti per se subsistenti seu enti per essentiam. Relinquitur ergo omnia alia a Deo esse per participationem.

Cæterum experientia comperimus singula entia quæ nos circumstant esse debilia, imperfecta, contingentia. Nec dici potest totam seriem esse necessariam ; nam series est collectio contingentium, et idcirco *effectus* contingentium, qui nequit esse causa major. Sicut finitum addilum finito nunquam efficit infinitum, sicut homunculi addili homunculis nunquam efficiunt hominem perfectum; ila coni ingentia addita contingentibus nunquam efficiunt ms nei essarium, sed semper indigent alio, a quo in esse producantur e.t conserventur.

1. Dic n z in g i ii, 1801-1805.
2. Cf. *supra,* p. -14 B8., 68 ss.

Hic iterum valent quinque *vise,* quibus Deum esse probatur. Constat esse unum Primum Motorem, et idcirco omnia cætera moveri ab ipso, Primumque Efficientem, ei idcirco omnia cætera ab ipso causari ; Primumque necessarium, et idcirco omnia cæloru ab ipso mutuari rationem propriæ existenliæ ; Priinumque ɳ‹· maxime ens, el idcirco causam omnium cæterorum ; atque Primum Gubernatorem, et idcirco omnia cætera ab ipso pendere et regi.

VII. **Solvitur difficultas. —** *Objicitur :* Potest, res inveniri sine illo quod non est de ipsius ratione. Atqui habere causam non est. de ratione entium. Ergo inveniri possunt quæ non habeant causam.

— *Besp. :* Dist. maj. : Potest res inveniri sine illo quod non est de ejus ratione, neque do ratione *constitutivi* neque de ratione *conseculivi,* sicut albedo respectu hominis, concedo; sine illo quod, licet non sit de ratione, constitutivi, est tamen de ratione consecutivi sicut risibilis respectu hominis, nego. — Contradist., min. : Habere causam non est de ratione entis simpliciter, comedo; entis per participationem, subsdist. : de ratione constitutivi, concedo; de ratione ‹onsecutivi, nego — Dist. conclus.: ergo inveniri potest aliquod ens non habens causam, scilicet ens per essentiam, comedo; inveniri potest aliquod ens per participationem non habens causam, nego. | Quia esse causatum non esi de ratione entis simpliciter, propter hoc invenitur aliquod ens non causat um », sc ilicei Deus. At in omnibus entibus ontingentibus habere causam, licet non sit intrinsecum rei ‹onstitutivum, est tamen necessarium ‹onsecutivum ; nam eo ipso quod res non sit p. r essentiam, est indifferens ad essendum, ac proinde indiget alio, a quo recipiat esse, et sic aliud seu causa ingreditur ejus notionem[1].

VIII. **Argumenta quæ probant materiam esse a Deo creatam** (a. 2). — Jam retulimus errores, et testimonia sive Scripturæ sive Traditionis, quæ asserunt res omnes a

1. Cf. quæ disserimus de principio causalitatis in *Curs. Phil. Ihomist.,* t. VI, p. 116-118.

Deo productas esse secundum *lolam substantiam,* scilicet socundum formam et secundum materiam.

Halio S. Thomæ est profunda, efilcacissima, radices-<|iir ipsas veritatis attingit. Illud quod est causa rerum, non solum secundum quod sunt entia *talia* per formas accidentales, vel entia *hæc* per formas substantiales, sed *in quantum sunt entia,* est causa etiam materiæ primæ. Atqui Deus est causa rerum in quantum sunt entia. Ergo et materiæ primæ Deus est causa. Declaratur major. Causa rerum in quantum sunt entia producit quidquid in ipsis participai rationem entis, quidquid est quædam realitas, et id< irco non solum formam, sed et materiam, quæ rationem entis participat.

Ratio minoris innotescit ex discrimine quod inter agens universale et agens particulare intercedit. Agens particulare non producit totum esse rei, sed solum formam accidentalem, prout res est *talis,* vel formam substantialem, quatenus res est *hæc ;* agens autem universale producit rem non tantum prout est talis vel hæc, sed simpliciter in *quantum esi ens.* Ratio est quia, dum agens particulare supponit suæ actioni aliquid prævium *in quod* agat et *ex quo* educat, agens universale nihil omnino præsupponit, secus jam ab illo præsupposito dependeret, sed producit totum quod est in rebus, quidquid pertinet ad esse illarum quocumque modo.

— *Objicitur :* Quidquid creatur est in actu, sicut etiam omne agens agit in quantum est in actu. Atqui materia prima non est in actu, sed est potentia. Ergo non creatur.

— *Besp. :* Dist. maj. : est in actu vel ratione sui vel ratione formæ, concedo ; semper ratione sui, nego. Contradist. min. : Materia prima non est in actu ratione sui, concedo, ratione suæ formæ, nego.— Dist. conclus. : Ergo non creatur sine forma, concedo, non creatur cum forma, nego.

IX. SS. Patres arguunt ex conditione materiæ et ex natura Dei. — Si materia esset ingenita, infecta, jam Deo æqunrcliir, sicque essent duo ingenita, Deus et materia, nec jam Dens esset Causa prima. « Quod si Deus ingenitus et materia ingenita, animadvertit S. Theophilus Antio-

. Iieiius, non jam Deus crenior el omnium secundum Platonicos, nec Dei constabit monarchia, quantum in ipsis est[2] »

lit ex natura Dei, nam Deus omnipotens non debet a praqaeenti materia pendere[1], sed potius « praecipua Dei vitri proprietas est ut a nihilo possit substantias producere[3]. »

Hinc concludendum cum S. Anselmo : « Quoniam ergo emu ta quæ sunt, sunt per ipsum unum, procul dubio et ipsum unum est per seipsum. Quæcumque igitur alia sunt, sunt per aliud et ipsum solum per seipsum[4]. »

1. S. Theophil. Antioch., *Ad Autolycum,* n, 4 ; *P.'^G.,* vi. 1052.
2. Cf. S. Athanas., *Serin, de Incarnat.,* n. 2 ; *P. G.,* xxv, 99,
3. S. Gyril l. *Alexandr., Thesaur.,* lib. VI, c. n.
4. S. Anselm., *Monol.,* c. ni ; *P. L.,* c l viii, 147 ss.

ARTICULUS SECUNDUS

DE DEO PRIMA CAUSA OMNIUM EXEMPLARI[1]*

AD ART. 3 S. THOMÆ

I. **Triplex conclusio stabilienda. —** Intendit S. Doctor tria in articulo demonstrare, scilicet : 1° non esse extra Deum ideas seu archetypos rerum, separatos existentes ; 2° Deum esse primam causam exemplarem omnium rerum ; 3° posse etiam in rebus creatis quædam aliorum exemplaria dici secundum quod quædam sunt ad similitudinem aliorum, vel secundum eamdem speciem vel secundum analogiam alicujus imitationis.

Dum itaque in præcedenti articulo negatur et præexislere Deo materiam et Deum esse materiam, hic negatur existera extra Deum exemplaria et simul statuitur Deum esse omnium rerum exemplar.

II. De exemplarismo platonico. — Licet multi contendant Platonem ab omni errore vindicare, Patres tamen errorem ipsi proprie imputant. « Vult Plato, ait Tertullianus, esse quasdam substantias invisibiles, incorporatas, supermundiales, divinas et æternas, quas appellat *ideas,* id est formas, exempla, et causas naturalium istorum manifestorum et subjacentium corporalibus sensibus ; et illas quidem esse veritates, hæc autem imagines earum*. »

Eodem sensu scribit auctor *Cohortat. ad Græcos* : « Existimavit (Plato) speciem quamdam separatam ante id quod sensibile est existere, quod et exemplar eorum quæ facia sunt, sæpe nominat[3]. » Multiplex error hic incurritur : Ium quia exemplaria rerum non possunt alia esse præter essenliam divinam, ut mox ostendetur; tum quia contra-

1. I'nelei· commentatores S. Thomæ in h. l., cf. P. Dubois, *De E.remplarismo divino.*

i. Tertui.i *De Anima,* c. xvm ; *P. L.,* n, 719 ss.

3. *Cohort, ad Griseos,* c. xxix ; *P. G.,* vi, 296.

«licl.ionem implicat ille excmplarismus, eo quod ideæ illæ (•usent *extra* res, utpote formæ separatee, et simul *inlra* res, ulpote constitutivæ rerum*.

III. **Vera notio causée exemplaris'**. — Definiri potest c.msa exemplaris : Forma in mente existons ad quam respiciens artifex operatur, vel forma quam aliquid imitatur ex intentione agentis determinantis sibi tinem. Quatuor sunt quæ in hac definitione importantur. 1° Esi quædam *forma,* sed extra rem; in *mente exisiens,* ut innuatur non esse exemplar *externum,* seu objectum quod quis sibi proponit imitandum, sed *internum,* quod immediate movet el dirigit artificem. — 2° *Quam aliquid imitatur,* nam causalitas exemplaris est influere in effectum per modum norinæ seu regulæ quæ operantem dirigit. —3° *Ex intentione agentis,* nam, si casu pictor expressit imaginem viri ignoti, iste nequit dici exemplar, cum non intenderit agens illud imitari. — 4° Oportet ut agens sibi determinet finem, quia, si finis est jam a natura determinatus, ut quum paler generat filium, non exercetur ratio eausæ exemplaris.

IV. **Prima conclusio : Deus est prima causa exemplaris omnium rerum.** — Scriptura diversis modis hanc veritatem inculcat. Interdum recolit Deum non indiguisse *consilio,* sed in seipso invenisse rationem eorum quæ facit : « Quis adjuvit spiritum Domini aut quis consiliarius ejus fuit et ostendit illi[3]? » Interdum provocat ad altitudinem *sapienliæ el scienliæ Dei*[4], vel moret Spiritum *scrutari etiam profunda Dei*[5] ; quæ omnia indicant esse in l>eo sapientissimam et profundissimam rationem faciendorum, seu exemplar omnium.

Ecclesia æqui valenter id tradit, dum confitetur Deum omnia condidisse *liberrimo consilio*[6], quod quidem supponit artem in mente divina.

1. Gf. *Logic.,* p. 232.
1. Gf. *Curs. Philos. Thomisl.,* vi, 128 ss.
3. Isa i., x l , 13.
4. *Rom.,* xi, 33.
5. *I Cor.,* n, 10 ss.
6. Gone. Vatic.; Denzinger , 1782.

l'alu·. d I io, tores divinum exemplarismum asserunt d extollunt. « Movebatur, ait S. Gregorius Nazianzenus, i l *mundi exemplaria* intuendo, quæ statuerat, suis in magnis cogitationibus Mens creatrix mundi, postea futuri, sed jam Deo præsentis1. » S. Augustinus optime exponit illa exemplaria esse in Verbo divino, quod « secundum artem continet omnia, antequam fabricet omnia2. »

S. J. Damascenus, recolendo doctrinam Dionysii, scribit : « Imagines enim et exemplaria futurarum rerum, quas ipse facturus est, nihil sunt aliud quam cujusque earum notio, atque a S. Dionysio prædefinitiones nominantur3. »

Hugo a S. Victore, explicat omne quod factum est esse vitam in Deo, juxta sapientiam Dei. quæ vita omnium fuit « Hoc enim exemplar Dei fuit, ad *cujus exemplaris similitudinem mundus iste sensibilis jactus esi**. »

Ratio theologica potest sic proponi. Qui habet in sua sapientia omnium rerum rationes seu exemplaria, quæ non sunt aliquid realiter distinctum a sua essentia, est causa exemplaris omnium rerum. Atqui in sapientia divina sunt omnium rerum rationes, quæ non distinguuntur realiter a divina essentia. Ergo Deus est omnium rerum causa exemplaris.

Quoad majorem, duo sunt probe attendenda, scilicet causam omnium exemplarem el habere apud se rationes omnium rerum, et hujusmodi rationes converti cum ipsius essentia ; si enim essentia artificis non est exemplar, diei tantum poterit artifex habens formam operis, non autem ipsa forma. Probatur min. Quoad primam partem, scilicet esse in Deo rationes seu exemplaria omnium rerum. Ea quæ naturaliter fiunt determinatas formas consequuntur, sicut determinato modo agunt mineralia secundum determinatas leges, plantæ secundum alias et constantes leges, animalia secundum alias superiores et immutabiles leges.

1. S. Gregor. Nazianz., *Poem, dogm.,* i, 4; *P. G.,* xxxvn, 420 n».
2. S. Xuoustin, *Traci. I in Joan.,* c. i, n. 17 ; *P. L.,* xxxv, 1387.
3. Cf. .l. Damabc.., *De Imagin.,* orat. III, n. 19; *P. G.,* xciv, 1339.
4 *Alleg. in Not·. Testam.,* lib. V, c n ; *P. L.,* clxxv, 834.

\lqui, ut determinatam formam effectus consequatur, debet esse aliquod exemplar ; nam artifex per exemplar determinatur ad hanc formam pra· alia producendam, secus i ril indifferens, et sic nihil ilei, ‹ um ex indifferenti nihil procedat. Ergo ea quæ naturaliter fiunt supponunt exemplaria in illorum artifice, scilicet divina sapientia, ordinem universi excogitante, qui in rerum distinctione consistit. Ergo sunt in divina sapientia rationes seu exemplaria omnium rerum.

Quoad, secundam partem, scilicet illa exemplaria converti cum divina essentia. Cum enim nihil sit extra Deum quod non sit ab ipso factum, non potuit Deus hæc exemplaria extra se mutuare, sed in seipso invenit, scilicet in sua essentia.

V. Hinc sequitur illa exemplaria esse ipsam divinam essentiam cognitam ut imitabilem et participabilem ad extra. — Sunt itaque ideæ divinæ multæ secundum respectum ad ‹ reaturas, non vero secundum ipsam essenliam, vel, aliis verbis, sunt ideæ multæ denominative, quatenus imitationes sunt objective multæ ; sed omnia in una suprema realitate divina identificantur[1].

VI. Secunda conclusio : Licet Deus sit primum exemplar, sunt tamen in creatis quædam exemplaria rerum. — lHstinguitur exemplar *exlernuin,* seu *objectum,* quod aliquis sibi imitandum proponit; et *internum* seu ipsa similitudo operis faciendi, qualem artifex in suo intellectu effingit. Externum juvat ad internam similitudinem efformandam, s<;d quod habet proprie rationem causæ exemplaris est exemplar internum, quod per se artificem dirigit. « Imo Deus ipse potest ita creaturas a se factas subordinare ad invicem, ut altiores vclut inferiorum exemplaria existant, clique sub summo exemplari divina Sapientia. Ita Angeli possunt, in aliquo sensu, vocari exemplaria hominum ; maximeque in ordine gratiæ Christus ut homo, dici exemplar omnium prædçstinatorum, el alma Deipara exemplar omnium Sanctorum[2]. »

1. Cf. *De Deo Uno el Trino,* p. 227 ss.
2. L. **J**anssens., t. VI, p. 38.

ARTICULUS TERTIUS

DE DEO CAUSA OMNIUM FINALI

AD ART. 4 S. THOMÆ

I. Principium S. Thomæ, quo varii errores excluduntur. — Ostendit S. Doctor Deum, utpote primum agentem, mundum condere non ad finem acquirendum, et idcirco non ex necessitate, vel indigentia, sed ad suam perfectionem, quæ est sua bonitas, communicandam. At eo' ipso quod perfectio Dei creaturis communicatur, résulta! felicitas creaturæ, et hic est finis immediatus et proximus ; ac simul habetur manifestatio divinæ bonitatis, seu gloria Dei extrinseca, et hine finis ultimus et principalis obtinetur.

Inde multi errores excluduntur. Imprimis illi qui contendunt Deum ex necessitate mundum producere, ut monistæ, pantheistæ, evolutionistæ. Sic Almaricus docuit Deum esse finem universi, eo sensu ut entia ad ipsum revertantur ad constituendum unum et idem totum ; Eckardus etiam posuit Deum eodem modo mundum creare quo et generat Filium; Guenther quoque necessariam dixit creationem, ad æqualitatem inter Verbum et Patrem obtinendam ; et Hermes necessariam ponit ad complementum et manifestationem scientiæ Dei de seipso \

Secundo illi qui, licet libertatem Dei profiteantur, statuunt Deum creare non propter suam bonitatem, sed propter finem omnino specialem, ut Origenistæ imaginati sunt Deum condidisse mundum ut locum faceret in quo angelos et animas puniret[1], aut qui tenent finem universi esse hominis felicitatem, ut Bayhus, Kantius, Wegschiicider, et multi protestantes; vel qui dicunt Deum

1. Cl'. Ki.n hiEN, *Theol. du Moyen Age,* sect. V.
2. Cf. S. Hu aoN., *Episl. LIX ad Avilum ;* S Augustin., lib. XI *de Civil. Dei,* c. xxm.

non posse gloriam proprium intondere, quod egoismum I'ndoleret, ut Gartesius, Hermes et alii[1].

II. **Prima conclusio : Deus mundum condidit non ex Indigentia vel necessitate, sed liberrimo, ad bonitatem suam communicandam; ita ut bonitas divina sit finis omnium. —** Scriptura veritatem hanc asserit, dum recolil Deum non Indigere aliquo, cum ipse det omnibus vilam el inspirationem et omnia[2], sed universa propter seipsum operatum osse[3] ; et in gloriam ipsius conditum esse omnem qui invocat nomen Domini[4][5]

Patres etiam ostendunt Deum nullo egere, sed ex bonilate operari : « Nulla re indiget, ait Athenagoras. Qui nutem nulla omnino re indiget, sua ei opera nihil ad proprium usum attulerunt[3]. » Quod etiam animadvertit Chrysostomus : « Nulla re indigens Deus, quæ sil in nostra potestate, nos condidit. Nullius autem ipsum egisse monstravit m eo quod nos postea fecit[8]. » Quod egregie exponit S. Augustinus : « Ubi nulla indigentia, nulla necessitas ; ubi nullus defectus, nulla indigentia. Nullus autem defectus m Deo ; milia ergo necessitas[7]. »

Expressa omnino est declaratio concilii Vaticani : Hic solus verus Deus *honilale sua* et omnipotenti virtute, imn ad augendam suam beatitudinem nec ad acquirendam, sed ad manifestandam perfectionem suam per bona, quæ creaturis impertitur, liberrimo consilio... de nihilo condidit[8]. »

— Probatur ratione. S. Thomæ. Bonum quod primum agens intendit omnibus communicare et quod omnia intendunt pro suo posse consequi esi linis rerum omnium. \l qui bonitas divina est id quod voluit Deus communicare quodque omnia pro suo posse consequi intendunt. Ergo

1. Cartes, *Medii. IV;* Hermes, *Dogmal.,* II P., § 177.
2. *Act.,* xvii, 25.
3. *Prou.,* χνιπ, 1.
4. ISAI., XLH, 7.
5. Athenagor., *De resurrect.,* χιι ; /'. G., vi, 995.
6. S. Chrysost., *Homil. III in epi.sl. Philemon.; P. G..* 1 x iii, 717.
7. S. Augustin., *De divers. (/tursi.,* χχπ ; *P. L.,* x1, 16.
8. Denzinger, 1783.

boniln·. divina est omnium rerum finis. Ratio majoris est quin puliius intendit consequi id ipsum quod ipsi commium al agens, ita ut agentis et patientis unus sit finis; aK proinde bonum quod agens primum omnibus communicat r l ipsum quod recipiunt et appetunt omnia. —Declaratur min. Duplici modo contingit aliquem propter finem agere : vel propter finem acquirendum, vel propter perfectionem communicandam. Jam vero agenti primo convenit agere, non propter finem, acquirendum ; quia, cum sit actus purus, nihil potest accipere, et, cum sit summum, bonum est sibi sufficientissimus ; sed solum propter suum bonum *communicandum,* el idcirco bonitas divina est simpliciter finis omnium.

1'II. Hinc colligitur Deum esse maxime liberalem (ad. 1). — Oui agit, non propter suam utilitatem, sed solum propter bonitatem, non quidem augendam, sed tantum communicandam, est maxime liberalis. Porro Deus solus ita operatur. « Et ideo ipse solus est maxime liberalis, quia non agit propter suam utilitatem, sed solum propter suam bonitatem. »

IV. Secunda conclusio : Duplex fuit in rerum productione finis : unus principalis et ultimus, qui est gloria Dei externa, alter vero secundarius et proximus, qui est perfectio creaturæ, ac signanter felicitas creaturæ rationalis. Scriptura utrumque inculcat. Gloriam Dei esse finem creationis ita liquet, ut et ipsi cœli enarrent gloriam Dei[1]. Et hæc gloria ita est Deo propria, ut nequeat alteri attribui : « Ego Dominus, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo[2]. » Et simul indicat hominem esse ad gloriam Dei lactum : « Omnem qui invocat nomen meum in gloriam meam creavi eum, formavi eum et feci eum[3][4] Et propter hoc omnes creaturæ debent *laudare* Deum*. At, si homo ‹ larificat Deum, inveniet in ipso beatitudinem. Potest singulis accommodari quod de se dicebat Christus 1

1. I'H. XVIII, i.
2. Iba i., x i.ii, 8.
3. /</., xim, 7.
4. Cf. 1'8. GXI.VIII.

Clarifica Filium tuum, ni Filius iuus clarificet te[1]2 »

Patres recolunt Dei gloriam ease finem creationis, et annul nos in gloria Dei pro< urnnda invenire nostrum bonum. « De nihilo, ait Tertullianus, mundum expressit, m ornamentum majestatis sua··. · El eodem sensu Theophilus Antiochenus : « Omnia fecil Deus ex nihilo esse, ni per opera cognoscatui et, intelligat ur magnitudo ipsius[3]. » In cognitione autem et amore Conditoris ‹ sse nostram felicitatem asserit S. Hilarius : « Amari se a notus exigit, non utique amoris in se nostri fructum aliquem sui causa ipse percipiens, sed amore pro nobis potius, qui eum amabimus, pio futuro[4]. »

Concilium Vaticanum anathemate plectit quicumquc mundum ad Dei gloriam conditum esse negaverit[5] ». el pariter docet nostram felicitatem reponi in participatione divinæ bonitatis : « Deus ex infinita bonitate sua ordinavit hominem ad line.m supernaturalem, ad *participanda scilicet bona divina, quæ humanæ mentis inielligenliarn omnino superant*[6]. »

Ratio theologica jam insinuata rem ostendit. Finis ' realionis, ut vidimus, est bonitas divina, non acquirenda vel augenda, sed communicanda. Atqui, quum perfectio operi communicata manifestet artificis perfectionem, Dei bonitas, eo ipso quod communicetur, manifestatur. Ergo linis creationis est divinæ bonitatis manifestatio. Sed manifestatio illa est gloria Dei extrinseca ; scilicet manifestalio perfectionis divinæ ad extra est gloria Dei extrinseca *objectiva,* et prout hæc cognoscitur et laudatur a creatura rationali, habetur gloria Dei extrinseca *formalis.* Ergo linis ultimus creationis est gloria Dei extrinseca.

Porro, cum unus sit finis agentis et patientis, sicut funs l tei est bonitas communicanda, ita finis creaturæ est bonilas recipienda et participanda. Sed eo ipso quod creatura

1. Joan., xvii, 1.
2. Tertull., *Apol.,* c. xvm ; *P. L.,* i, 432.
3. Theophil. Antioch., *Ad Auloluc.,* lib. I, c. iv ; *P. G.,* vi, 1030.
4. S. Hilar., *in Ps.* n, n. 15; *P. L.,* ix, 269.
5. Constit. Fid., can. 5.
6. Cap. n.

parliiipnl Dei bonitatem, in seipsa perficitur. Ergo finis pro' non creationis est perfectio creaturae. Si autem créai ma ml rationalis, ejus perfectio dicitur *felicitas.* Unde tandem com Inditur felicitatem creaturæ rationalis esse finem creationis proximum.

V. Inde solvitur difficultas et eruitur Deum non posse egoismi seu philautiæ argui. — Creatura nequit seipsam ut ultimum finem intendere, quia eo ipso quod sit *ab alio,* non est suus finis, sed ad alium ordinatur ; sed Deus nequii ad aliud esse creationem ordinare ; secus non esset actus purus, siquidem alio ut fine indigeret; nec esset sanctus, siquidem opus suum ad aliqpid ordinaret quod non est suminum bonum. Ergo nequit finis creationis non esse Dei gloria.

At hic non habetur philautiæ vitium ; nam Deus non suam, sed nostram utilitatem intendit, et idcirco est maxime liberalis, ut jam animadvertimus n. 111.

VI. **Inde quoque liquet finem creationis ultimum, scilicet Dei gloriam, et finem proximum nempe creaturæ rationalis felicitatem, arcte et intime connecti.**

Nam creaturæ rationalis felicitas est ut Deum cognoscat ul est in se el cognoscendo laudet et amet super omnia. Porro hæc visio. hæ‹· laus, hic amor, est ipsa Dei gloria ; nam gloria definitur : *clara cum laude nolilia.* Ergo rationalis creatura suam invenit felicitatem in eo quod est Dei gloria, et sic Deus mundum ad suam gloriam creando, simul nostram felicitatem intendit.

λ II. **Inde tandem eruitur requiri ad creationis finem ut adsint in mundo creaturæ rationales. — Quum enim** creationis finis sit gloria Dei extrinseca, non tantum *objectiva,* sed et *formalis,* oportet ul sint creaturæ quæ *manifestationem* divinæ bonitatis *clare cognoscant* et, ul par i .l. laudent. Imo. id innuit aliquatenus existentiam ;I iig. luriim. ul habeantur *lestes perfecti,* qui opera Dei per-il·· I·· ogiioscaid, seu substantiæ spirituales completæ, »i ilicei angelil.

1. *De Angeli»,* n. I.

QUÆSTIO SECUNDA

De modo emanationis rerum a primo Principio, seu de Creatione

AD *Q.* XLV S. TIIOMÆ

Quum jam constet omnia esse a Deo producta, remaner disserendum de ipso productionis modo, qui est creatio. Absolutam doctrinam tradit Angelicus, inquirendo quid sit creatio, a. 1 ; probando creationis factum, a. 2; explicando quid creatio ponat in creatura, a. 3; quænam res proprie creentur, a. 4 ; an sit communieabilis vis creativa, a. 5 ; an toti Trinitati competat, a. G ; et an sil vestigium 'trinitatis in creaturis, a. 7 ; ac demum comparatur creatio cum operibus naturæ, et artis, a. 8.

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSO CREATIONIS DOGMATE

AD ART. 1-4 S. THOM.'E

I. **De genuino creationis conceptu** (a. 1). — S. Doctor illum efficaciter eruit ex ipsa notione emanationis a causa universali. Creatio scilicet est emanatio *lolius* entis a causa *universali,* dum alteratio est emanatio entis *lalis* et generatio est emanatio entis *hujus* a causa *particulari.* Atqui emanationi entis *lalis* vel entis *hujus* a causa particulari præsupponilur aliquid, tum quia id quod fit non est totum ens, sed præsupponit ipsum ens, tum quia causa particularis, utpote limitata et dependens, supponit subjectum m quod agat et ex quo educat; sed emanationi totius i nlis a principio universali nihil prorsus præsupponi

poli'Hl, Ium quia iit. totum ens, seu ens universalissimum, tum quin '.nisa universalissima nihil præsupponit quod n . mm liat. Ergo dum alteration! et generationi præsupponitur aliquid, creationi e contra nihil præsupponitnr, idcirco est ex non ente, seu ex nihilo.

Quo circa, si attenditur terminus *a quo,* dicitur *productio ex nihilo* vel non ente simpliciter; si attenditur terminus *ad quem,* qui est tota substantia rei (ad 2), dicitur *productio rei secundum lotam substantiam.;* si attenditur causa propria, dicitur *emanatio a principio universalissimo ;* si attenditur ordo inter utrumque terminum, dicitur *transitus de. non ente simpliciter ad ens simpliciter.*

Quapropter definitio S. Thomæ « emanatio totius entis a causa universali, qui est Deus » potest, secundum diversos respectus, reddi : « Productio rei ex nullo præsupposito. seu ex nihilo sui et ex nihilo subjecti, vel : productio rei secundum totam substantiam ; vel : productio entis in quantum est ens ; vel : transitus de non ente simpliciter ad ens simpliciter ; vel effectio entis universalissimi a causa universalissim. »

Dum autem dicitur *ex nihilo,* praepositio *ex* duo importai : 1° designat ordinem successionis inter id quod fit et non esse praecedens, sicut cum dicitur : ex mane fit meridies, id esi post mane ; 2° excludit causam materialem : ex nihilo id est non ex aliquol. »

II. Notio creationis ex concilio vaticano. — In capite l *de Deo omnium Creatore,* concilium recolit distinctionem Dei a mundo : « *Prædicandus est re et essentia a mundo distinctus* » ; affirmat creationis dogma : « utramque de *nihilo condidit* creaturam... ac deinde humanam. » In canonibus doctrinam totam vindicat. In can. l definit unum esse verum Deum visibilium et invisibilium crealorem ac dominum; in can. 2 materialismum damnat., in ‹un. 3, pantheismum in seipso, seu principium panl heismi ; in can. 4 omnes pantheismi formas, tum pantheismum cmnnal isticum, tum pantheismum evolutionisticum, Ium pantheismum esse indeterminati; ac demum can. 5

1. *Curs. Philos. Thomist.,* t. II, p. 44.

delinit « mundum resque omnes qui in co continentur, et spirituales et materiales secundum lotam suam substanlinm a Deo ex nihilo esse ‹ real as. ▮

Itaque concilium optime indic at conceptum (reationis, lum negative, explic ando ea quu* in mundo sunt, non esse rx aliqua materia præexistenle, ne, cum Deo confundi, n‹‹ *de* Deo oria esse per emanationem nui evolutionem sed *ex* nihilo *a* Deo esse producta ; lum *positive,* asse rendo creationem esse productionem secundum totam rei sub sl.antiam, ita ut quidquid in re est, seu totum esse rei, seu ens in quantum ens, sit a Deo.

Quocirca potest ex concilio Vaticano hæc colligi definitio : Creatio est productio rei secundum *lolam substantiam, ab ipso* Deo, *ex* nihilo ; et idt ircc est transitus de non (sse simpliciter ad esse sempliciter, ac proinde incidit laudem in definitionem S. Thomæ : emanatio totius esse ex non ente a causa universali, quæ est Deus[1].

Hi. Apud Patres. — Jam Theophilus Antiochenus accuratam tradit notionem, ostenditque creationem esse productionem lotius entis, seu totam rei substantiam esse .i Deo productam, etiam quoad materiam ; nam, si malcria esset ingenita, jam foret Deo æqualis. Ergo, quia Dei (harae ter proprius, excellentiaque singularis, est ex nihilo Iacere, oportet ut materia ipsa sit a Deo condita[2]. Tertullianus asserit pariter creationem esse productionem *totius entis,* dum dicit Deum « creatorem *universitatis* » qui *universa de nihilo produxerit* per verbum suum[3]. » Simili jure, S. Irenæus ostendit creationem esse productionem *Intius subslantiæ,* ex nullo præsupposito, et hinc (olligit disc rimen inter potentiam humanam et potentiam divinam : « Homines quid ·ιη *de nihilo* non possunt aliquid

1. Consuli possunt : Grandiradi, *Constitutiones dogmaticae concilii Vaticani ex ipsis ejus actis explicatae atque illustratae,* 1'Tiburg Brisgau, 1892; Vacant, *Eludes théologiques sur les constitutions du Concile du Vatican, d'après les actes du Concile,* l'nris, 1895.

Theophil. Anthioch., *Ad Auloltjc.,* lib. II, c. iv, *P. G.,* vi, |05*2.

:t. Tertull., *De Præscripl.,* c. xnt et c. xxxvi ; *P. L.,* i, 26, 49.

In primo melior, eo quod materiam fabricationis suæ quum antea non esset, ipse adjuverit[1]. »

Origenes aperte tradit eumdem conceptum, dum recolit materiam ipsam esse a Deo conditam : « Hanc ergo materiam... nescio quomodo tanti ac tales viri ingenitam, id est non ab ipso Deo factam... sed fortuitam... dixerunt... quod mihi perabsurdum videtur[2]. »

Lactantius demonstrat Deum agere ex nullo præsupposito, quia is est agendi modus Deo proprius : « Facit sibi ipse materiam quia potest. Posse enim Dei est : nam, si non potest. Deus non est[3]. » Eodem quoque sensu arguit S. Chrysostomus : « Numquid opifex ille est homo, ut opus habeat subjecto aliquo ad demonstrandam suam artem[4]? » S. Augustinus ostendit creationem esse productionem entis quantum est ens, quia est « effectio omnium quæ sunt. *in quantum sunt*[5] ». — Demum S. Damascenus explicat creationem esse transitum de non esse simpliciter ad esse simpliciter : « Ipse Deus noster fecit cœlum et terram, et omnia quæ in eis sunt, *ex nihilo ad esse* deducens[6]. »

IV. Probationes quæ ostendunt ipsum creationis factum. — Textus sive Scripturæ, sive Patrum, sive conciliorum, quos superius attulimus, ut probaremus omnia esse a Deo producta, simul evincunt creationem ex nihilo ; nam asserunt mundum non oriri a seipso, nec quoad materiam nec quoad formam, nec esse Deum aut Dei emanationem vel evolutionem ; ex quo necessario sequitur mundum esse ex nullo præsupposito conditum, seu proprie creatum. Hinc efficax argumentum S. Thomæ (a. 2).

Necesse est omnia esse a Deo producta, ut constat ex præced. quæst. a. 1. Atqui Deus, dum agit, nihil præsupponit suæ actioni, secus illud præsuppositum non esset

1. S. Iren., *Coni. Haeres.,* lib. II, c. x ; P. *L.,* vn, 736.
2. Origen., *Periarchon,* lib. II, c. i, 4 ss. ; *P. G., xi,* 185, 186.
3. Lactant., *Divin. Instit.,* lib. II, c. ix ; *P. L.,* vi, 300.
4. S. CHRYSOST., Homil. III *in Genes.,* n. 2 ; *P. G.,* liii, 34.
5. S. Augustin., *De Genes, ad litter.,* op. imp., c. xvi ; *P. L.,* xxxiv, 243.
6. S. Damasc., *Ortliod. Fid.,* lib. II, c. v; *P. G.,* xciv, 879.

. ansatum ab ipso ; nani <jtii< unique facit aliquid ex aliquo, illud ex quo facit præsupponil ur ad ioni ejus et non produ- i ilur per ipsam actionem. Ergo nccesse est omnia esse a Ileo producta ex nullo pricsiipposito, seu ex nihilo, et Idcirco per creationem.

('.onfirmatur. Deus non est minus imlepcndcns in operando quam in essendo. At, si ageret lanium ex præsupposito, ab illo dependeret, et, e contra illum priesupposilum esset a Deo independens, et idcirco improdudum d ens a se, quod jam repugnare ostendimus. Ergo l lens non ngil ex præsupposito, sed ex nihil creat.

V. Hinc sequitur creationem non esse mutationem, licet intelligatur et significetur ut mutatio (a. 2 ad 2). — Mutatio importat duos terminos positivos, quatenus *idem* subjectum, transeundo de termino α *quo* ad terminum *ad quem, aliler* se habeat nunc et prius. Porro in creatione terminus a quo non est positivus, sed est nihilum, nec dici potest idem subjectum *aliler* se habere *prius* et *posterius* ; nam prius reapse non est, licet intelligatur esse. Ergo creatio non est mutatio, licet intelligatur ut mutatio. « Sed quia modus significandi sequitur modum intelligendi, I reatio significatur per modum mutationis, et propter hoc dicitur quod creare est ex nihilo aliquid facere ; quamvis l acere et fieri magis in hoc (onveniant quam mutare et mutari, quia facere et fieri important habitudinem causae nd effectum et effectus ad causam, sed mutationem <!x consequenti. »

VI. Inde quoque colligitur creationem active sumptam esse actionem divinam ; passive autem sumptam esse relationem realem ac prædicamentalem, quæ creaturam refert nd Deum ut ad principium sui esse (a. 3).

Declaratur Ia pars. Creat io in l >eo considerata non potest esse nisi actio divina, quæ esi ejus essentia cum relatione mi creaturam. Quum autem Deus nullatenus a creatura, sed ‹ reatura a Deo realiter dependeat,, sequitur relationem hujusmodi esse realem ex parte créature, ratio, is tantum ‹ x parte Dei.

Actio autem creatrix non esi formahter transiens, quia

non esl ellluxus medius inter causam et effectum, eo quod non i,il nudus; sed tamen habet omnem virtutem actionis l rnnseiinlis, ponendo terminum extra causam, et id imo recti· dicitur *virlualiler* transiens. Licet in se sil ıı·lı·ı·ıɳı. denominatur tamen ex termino, qui de facto esi l antum in tempore, ac proinde dicitur *temporalis denominative.*

Prob. IIa pars. In productione quæ fit per mutationem duo ponuntur, scilicet motus, quatenus idem aliter se habet prius et posterius ; ac relatio, quatenus generatum dicit ordinem ad generantem et effectus ad .'ausam. Porro in creatione, ul vidimus, non est motus, cum non sit subjeci um idem quod aliter se habeat prius et posterius. Ergo remanet solum relatio in creato ad creantem. Ouia autem creatura realitcr dependet a Deo ut principio sui esse, est relatio realis, et, quia relatio dependentiæ fundatur in creatura ut habente existentiam et existentia sil distincta ab essentia, oportet ut illa relatio distinguatur ab essentia creaturæ et idcirco sit prædicamcntalis. Hinc, dicit S. Thomæ : « *Illa relatio accidens esil* ».

λ **II. Quapropter creatio passive sumpta est in creatura** et est creatura (a. 3, ad 2). — Est in creatura tamquam in subjecto, scilicet in re ipsa quai proprie creatur ; est creatura, scilicet accidens, seu relatio realis, quæ non fit per aliam creationem, sed resultat necessario ex eo quod creatura derivetur a Deo. « Neque tamen oportet quod alia creatione creetur, quia relationes, cum hoc ipsum quod sunt, *ad aliquid* dicantur, non referuntur per alias relationes, sed per seipsas. »

VIII. Inde tandem concluditur ea quæ proprie creantur esse subsistentia (a. 4). — Quum creari sit quoddam fieri ei fieri sit via adesse, et unumquodque habeat fieri sicut habet esse, illis proprie competit creari quibus competii proprie esse, seu illa proprie creantur quæ proprie sunt et «lieunl ur entia. Atqui sola subsistentia, sive sint simplicia,

l s. Tiio m. i|. m *De Potent.,* a. 3 ad 3. De his et de cæteris qua·crenlionls cuiiceptuin spectant cf. *Curs. Philos. Thomist.,* t. II, p. 43, 55.

ni substantiæ separatae, sive sini composita, ut substanlur materiales, proprie sunt el dicuntur entia; nam accinlк nlia et formæ non subsistentes sunt potius coexistentia quam entia. Ergo sola subsistentia proprie creantur.

Concreari autem dicuntur qua* mint eadem actione cum Hubjecto et tamquam aliquid debil um subjecto quocirca imicreantur et materia prima el forma substantialis in jtriina rerum productione; accidentia propria, ut intel-I" l us et voluntas, vel forte species angelica'·, (iietera nutem accidentia non concreantur, sed educuntur de pol.entia subjecti : potentia quidem naturali, si sint ordinis naturalis, potentia vero obedientiali, si sint supernal oralia, ut gratia et virtutes infusæ1 5

1. Cf. *De Angelis,* q. iv, a. 2, n. 7.
2. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* I. II, p. 61 ss., 144, 145 ; *Tractatus paginat., De Gratia,* q. V, a. 1.

ARTICULUS SECUNDUS

CUI COMPETAT CREARE

AD ART. 5-8 S. THOMÆ

I. Triplex quæstio. — Inquiri potest : 1° utrum de facto solus Deus creaverit omnia, an tantum primas creaturas et mediantibus istis alias condiderit ; 2° utrum committere possit alicui creaturæ virtutem creandi per modum causæ principalis ; 3° utrum saltem adhibere possit creaturam ut creationis instrumentum.

II. Prima conclusio : De fide est solum Deum esse creatorem. — Omnia symbola asserunt Deum esse omnium creatorem, nec ullam excipiunt creaturam quæ foret ab alio praeter Deum creatam. Hinc concilium Lateranense IV credit et ‹ onlitetur quod unus *solus* est verus Deus... *unum universorum principium, crealor omnium visibilium el invisibilium, spiritualium el corporalium*[1]. »

Quod repetit concilium Vaticanum : « *Hic solus verus Deus... de nihilo condidit*[2]. »

Scriptura hoc dogma sæpissime recolit. In Veteri Testamento Deus idcirco hominum adorationem sibi soli requirit, quia ipse solus est creator : « Levate in excelsum oculos vestros, et videte *quis creavit* hæc[3][4]. Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens coelos *solus,* stabiliens terram et *nullus* merum*. »— In Novo Testamento veritas illa est fundamentum quod *Prologus* Joannis commemorat : « *Omnia per ipsum facia et sine ipso facium esi nihil.* » Quod Apostoli prædicant et fideles confitentur : « Domine, tu es qui fecisti coelum et terram et omnia quæ

1. Gap. *Firmiter;* Denzinger, 428.
2. *Idem.,* 1783.
3. IsAL, xi., 26.
4. *Id.,* xi.IV, 21. Cf. Jerem., x, 11 ss.

in cis sunt[1]2 Deus qui fecit mundum et omnia quæ in eo sunt, hic coeli et lerræ cum sil l lominus*. » Hinc, quia unus i ; l Deus creator una quoque esse debet societas Christiana : « *Unus* Dominus, una lidos, unum baptisma[3]. »

Patres illam defendunt contra Dimslicos, qui contendebant mundum a demiurgis esse conditum. Sic S. Justinus et S. Irenæus non agnoscunt verum Deum <pii non esset demiurgus seu mundi creator. Et idcirco alii, quia non sunt Deus, nec sunt mundi opifices[4],* imo, contra \rianos, qui admittebant mundum esse quidem creatum a Verbo, sed Verbum non esse Deum. Reponit S. Athanasius idcirco Verbum esse verum Deum, quia est mundi opifex; nam mundum condere et creare *solius Dei esi*[6]7

III. Secunda conclusio : Intrinsece repugnat ut creaturæ communicetur virtus creandi per modum causæ principalis. — Ita communiter theologi, licet Durandus putet, fieri posse de potentia Dei absoluta ut creatura aliqua nobilissima creet principaliter entia inferiora, cum divino tamen concursu; quam sententiam probabilem existimat Arriaga®.

Scriptura, licet quæstionem illam non attendat, principia tamen veræ solutionis tradit. Nam exhibet virtutem reandi ut divini Verbi praerogativam : « *Omnia per ipsum /acia sunt*[1]. Per quem *fecit et saecula... polansque omnia verbo virtutis suæ*. Tu in principio, Domine, terram formasti et opera manuum tuarum sunt coeli[8]. » Quo circa virtus creandi est sicut divinitas essentialis in Verbo. Sed divinitas essentialis nequit communicari. Ergo nec virtus creandi.

1. *Aci.,* iv, 24.
2. *Aci.,* xvii, 24.
3. *Ephes.,* iv, 5.
•l. S. Justin., *P. G.,* vi, 1592, et. S. Iren., *P. G.,* vn, 987.
l 5. S. Athan., *Oral.* II, *coni. Arian.,* 21, 22, 27 ; *P. G.,* xxvi, 189 ss., 204.
li. Cf. Durand., *II Seni.,* q.. iv ; Arriaga, *Phys.,* disp. XX, beet. VI, 2.
7. Joan., i, 3.
8. *Hebr.,* i, 2, 3, 10.

l'air» I iliam hypothesirn illam excludunt, quasi essel conli'n<lic|ori'int cre.-ri et creare. « Nec enim vel angeli piir. iiiil creare, cum ipsi sint creati. » Ita S. Athanasius nrguil contra Arianos[1] 2 S. Augustinus contra Platonicos S .l. Damascenus contra omnes qui aliter sentiunt : « Cum (angeli) creaturæ sint, rerum minime conditores sunt[3]. »

S. Thomas impossibilitatem probat ex eo quod creatio sit productio effectus *universalissimi,* qui soli Deo proprius est. corp, art., et ex eo quod creatio requirat potentiam *infinitam,* quæ nulli creaturæ communicari potest, ad 3.

Arg. Ium. Productio eff ictus universalissimi competere nequit nisi causa· universalissimæ, juxta axioma : *secundum ordinem effectuum est ordo causarum.* Atqui creatio est productio effectus universalissimi[4]; quia in creatione nihil omnino præsupponitur, sed producitur ens totum, ens in quantum ens, ut exposuimus supra, art. 1, η. I. Ergo creatio nonnisi causæ universalissimæ, quæ est Deus, competere potest.

Arg. IIum. Creatio requirit potentiam infinitam. Atqui potentia infinita nulli creaturæ communicari potest. Ergo nec creatio.

Prob. maj. Licet id quod fit in creatione sit quid finitum' modus tamen quo fit arguit infinitam virtutem. Tanto enim major requiritur virtus quanto magis potentia distat ab actu. Atqui in creatione potentia infinite distat ab actu, quia de non ente simpliciter ad ens simpliciter est distantia infinita. Ergo in creatione requiritur virtus infinita[5].

1. S. Athanas., *Oral. II coni. Arian.,* n. 21 ss. ; *P. G.,* xxvl, 189 ss. 204.

2. S. Augustin., *De Civil. Dei,* lib. XII, c. xxiv ss.; *P. L.,* xi.i, 373 ss.

3. S. .!. Damasc., *Orlhod. Fid.,* lib. II, c. m ; *P. G.,* xciv, 873. j

I. (X de hoc *Curs. Philos. Thomisl.,* t. V, p. 81 ss.

S. Thomas probationem sic resumit *De Potentia,* q. m, a. 4 : Il Non cbse autem simpliciter in infinitum ab esse distal, quod ex hoc putei, qui.....quolibet ente determinato plus distat non esse qunin qiiodlibut ens, quantumcumque ab alio ente distans invenitur; el ideo ex omnino non ente aliquid facere non potest esse nisi potential inllnilæ. »

IV. **Tertia conclusio : Implicui quoque creaturam creare posse etiam ut causam instrument idem.**

Magister Sententiarum, \rringu, Hurtado, Tannerut-possibilitatem causæ instrument alis m creatione tuentur, liceam vero, Gregorius de Vahmlia, Suarez admittunt impossibilitatem non posse per solam rationem demons-Irari[1] : S. Thoma autem, Scolus, el communitis l heologi, præsertim recentiores, .docent impossibili! atem <pue sit cx ipsa rei natura.

De ratione quippe instrumenti est ut per actionem pro piam dispositive operetur ad effectum principalis agentis, et ‹ um operatio illa prævia dispositiva sit in genere causæ materialis, nequit a Deo suppleri. Atqui repugnat ut in creatione operetur creatura dispositive ad effectum Dei creantis. Ergo repugnat instrumentum in creatione. Declaratur min. Creatio, cum sit productio ex nullo subjecto præsupposito, excludit omnem operationem dispositivam quæ educit ex subjecto. Sed operatio creaturæ est *in* subjecto, cum sit accidens, et, quia pendet a subjecto in essendo, pendet quoque in operando, et id circo non potest aliquid præstare nisi educendo ex subjecto. Ergo repugnat ut adsit in creatione operatio dispositiva ad effectum Dei creantis*, qui præsuppositum subjectum excludit.

V. Utrum creare sit alicui personæ divinæ proprium, an toti Trinitati commune (a. 6). — Plures errores hae-de re exorti sunt. Subordination!, qui divinitatem essentialem in Filio vel Spiritu Sancto negabant, eo ipso creationis opus soli Patri ut vero Deo reservabant. Fuerunt \ero catholici qui, veram Trinitatem «onfessi, inepte de operatione creativa loquuntur. Quidam enim dixerunt i n ationem, licet tribus personis conveniat, posse tamen ‹ ›sc ab una tantum persona, il a ul scilicet Pater ireare possit absque Filio et Spiritu Sancio. Alii vero, per oppotolmn excessum, contendunt non solum unam personam

I. <Sl a r e z, *Disp. Melaphyx.,* disp. XX, sect. II.
De hoc argumento, cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* t. II, p. 58-60.

non pc sun· alia creare, sed ne sufficere quidem id quod esi «onimiinc tribus, nempe non sufficere notitiam essenluilnii ct amorem essentialem, at requiri *notitiam personalem,* quæ est verbum, et *amorem personalem,* qui est Spirit us Sanctus. Ita Henricus Gandaversis, qui postea sententiam correxit.

Alii demum, qui contendunt posse Trinitatem ex creaturis demonstrari, ut Raymundus Lullus, cui partiin adhaerent Mastrofmi. Guenther, etc., reponunt aliquid reale in creaturis a solo Patre produci, aliquid realc a solo Filio, aliquid reale a solo Spiritu Sancto. Vera autem doctrina sic resumi potest : 1° creare convenit tribus personis ; 2° secundum id quod est essentiale et commune ; 3° personis convenit cum ordine quodam ;4 0 personarum processiones necessariæ sunt ut Deus creet ; 5° creatio unicuique personæ potest per appropriationem peculiari modo attribui ».

VI. Creatio est communis tribus personis.— De fide. Symbola confitentur *Patrem* omnipotentem, *factorem* coeli et terræ... ; *Filium... per quem omnia facta sunl.* Sacra Liturgia sic Spiritum Sanctum invocat : Veni, *Creator* Spiritus.

Gone. Romanum sub Damaso Papa, 380, confitetur 1res personas... *omnia continentes... omnia facientes*[2]. — Gone. Later, sub Martino i, 649, confitetur pariter in tribus subsistentiis unam eamdemque virtutem, potentiam... *creatricem omnium* et protectricem[3]. Cone. Toletanum XI, 675, definit : « *Inseparabiles* enim inveniuntur et in eo quod sunt et *in eo quod faciunt**. » — Gone. Later. IV confitetur etiam tres personas... consubstantiales et coæquales et coomnipotentes... *unum universorum principium*[5]. » — Goncilium Florentinum in decreto pro Jacobitis·,

1. Cf. Commentatores cf. Thomæ in ii. I., et insuper : Ruiz, *De I'rinil.,* d. Ill, sect. I ; Kleutgen, *Theol.,* n, n. 241, 249 ss. â Pai.mu.m, Thés., VII ; L. Janssens, t. VI, p. 163 ss.
2. Denzinger, 79.
3. Denzinger, 254.
4. *Idem.,* 281.
5. *Idem.,* 428.
6. *Idem.,* 703.

Illi berrimum effatum enunlial : « *omniaque unum sunl ul>i non obviai relationis* oppositio. » Recentissime tandem 1.o XIII recolit opera Trinil til is esse indivisilia indivisibilemque actionem divinarum personarum, sicut ipsam i sentiam, quia *uli lres personie inseparabiles sunl, ila inseparabiliter operanturl.** Scriptura lequnlilor creationem I Inhuit Filio : *omnia per ipsum /acia sunl... omnia per* I *ipsum el in ipso creala sunl*...* et Patri : *Paler aulem in* Ime *manens ipse facit opera3.*

Patres tum Græci tum Latini hoc dogma tuentur, ila tamen ut Græci potius ex unitate operationis inferant unitatem essentiæ, Latini autem potius ex unitate naturæ d. ducant unitatem operationis4.

VII. Creatio convenit personis secundum id quod est ; essentiale et commune. — Angelicus veram et altis- Himam rationem assignat. Creare convenit Deo secundum |<sse, seu secundum essentiam. Atqui esse et essentia est ▮quid tribus personis commune. Ergo creare convenit lïinitati secundum id quod est commune. Declaratur major. Quum omne agens agat simile sibi, principium n. l ionis est illud cui assimilatur effectus. Sed, cum in creationis effectus sit esse, id cui assimilatur effectus, est i ‹ ase. Ergo principium actionis in creationis est esse, seu essentia divina.

Confirmatur. Quum immediatum creandi principium *d omnipotentia divina, creatio convenit personis sc undom ipsam omnipotentiam seu virtutem divinam. At I omnipotentia et virtus divina est essentialis et communis llribus. Ergo creare convenit personis secundum id quod ▮l I essentiale et commune.

VIII. Creatio tamen personis convenit ordine quodam l(i'd 2). — Quia creatio convenit personis secundum id ▮quod est essentiale, eo modo ipsis convenit quo et ipsa

| I. Encyclic. *Divinum illud munus,* 9 maii 1897; Leonis XIII, 1/1.7./, t. XVII, p. 130.
I *i.* Joan., i, 3 ; *Colos.,* i, 16.
I 3. Joan., xiv, 10.
I 4. r.f. *supra,* p. 446 ss.

mil in .i Porro natura divina, licet sit tribus communis, unliiic lumen quodam ipsis convenit, quatenus Filius iiiripil naturam divinam a Patre, et Spiritus Sanctus a I'alir el Filio. Ergo etiam I reatio ordine quodam ipsis convenit : Patri scilicet tamquam principio non de principio, quod non accipit ab alio et ex quo aliæ persona· accipiunt, et id-irco est id *ex quo omnia;* Filio tamquam principio de principio, seu causæ mediæ, et id' irco Filius est *per quem omnia;* Spiritui Sancto, tamquam lini, quatenus dominando gubernet et vivificet quæ sunt creata a Patre et Filio et in debitos fines perducat, et id» irco diiitur id *in quo omnia*[1].

IX. Processiones personarum necessariae sunt ut Deus creet. — Quum enim Deus creet per intellectum et voluntatem. necesse est ut Deus sit illa scientia et illa voluntas quæ important duas processiones immanentes, quatuor relationes reales, 1res personas[1] ; vel. ut dicit recens auctor, <l. L. Janssens, « quatenus virtus illa infinita, qua Dei voluntas, praelucente scientia, ad extra operatur, est hæc ipsa virtus quæ ad intra per geminam processionem Trinitatem constituit. Etenim, nisi Deus esset personis trinus, non esset illa infinita virtus, quæ sola est creandi potens[2]3» Rectissime ergo concludit S. Thomas : « Et secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum, in quantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia et voluntas. »

X. Hinc intelligitur qua ratione creatio per appropriationem unicuique personæ specialiter attribuatur. —J Appropriatio adseribit specialiter alicui personæ aliquod attributum, non quia est proprium, sed quia affinitatem habet ‹ um eo quod proprium est, seu convenit, ei per analogiam secundum modum processionis. Sic quia Pater esi principium et principio respondet *potentia* el potentia nm.xime in reatione manifestatur, dicitur Pater omnipotens, créai or seu factor cœli et te.'Tæ ; el, quia Spiritus

1. i J. *supra,* p. 434-437.
2. Cf. *supra.* 380-383.
3. I.. Janssens., l.. VI, p. 165.

iik I.us procedit per modum amati, appropriatur ipsi i.piis in quo manifest ani ur *bonilas* el *amor,* et sic creatio, quatenus est vivificatio el opus amoris, Spiritui Sancto· al l ribuitur.

\(speciatim animadverlcndum esi creationem in Scriptulis et Traditione singulari quodam modo attribui Filio. Iu Libris Sapientialibus*, divina Sapientia exhibetur ut opifex mundi, seu Deo assistens in opere creationi»; in Xovo Testamento omnia dicuntur *facia per* ipsum, ita >. Joannes, et S. Paulus2.

Patres, præsertim Apologetæ, creationem Verbo, seu l ogo, adseribunt3 ; hinc concludit S. Irenaeus Patrem fecisse omnia *per* Verbum4. Imo plures scriptores tantum extollunt munus Verbi in creatione, ut dicant *genilum* luisse Verbum in creatione. — Licet difficultas non minima ex eo modo loquendi ingeratur, congrua tamen reddi potest explicatio : quia Verbum est idea Patris et idea in opere externo elucet, hinc Verbunl *specialiter in creatione mani-/eslalur,* et idcirco potest creatio specialiter ipsi attribui, il a scilicet ut Verbum, quod erat invisibile ante creationem, seu *inclusum* in sinu Patris, *proferatur* externe, seu g neretur per externam manifestationem. Et hoc etiam modo, Pater, qui est invisibilis, cum sit principium non de principio nec ullatenus mittatur, fit *visibilis* per Filium qui. utpote procedens a Patre, mittitur a Patre missione chain visibili6.

liter ergo videtur ratio cur creatio Verbo singulariter id tribuatur.

XI. Ex his principiis colligitur quomodo in omnibus creaturis inveniatur aliqua SS. Trinitatis repraesentatio : In creaturis quidem irrationalibus per modum *vestigii,* **in creaturis autem rationalibus per modum** *imaginis* **(a. 7). —**

I. Præsertim *Prou.,* m, 19-20 ; i.m, 22-23 : *Eccli.,* xxiv, xxv. Prolog. Joan., 3: *Colos.,* t, 16-17, / *Cor.,* vnr, 6; *Hebr.,* ir V 3, 10-13; ni, 4.

Γ 3. Cf. S. Justin., *Dialog.,* 62 ; /*. *G.,* vi, 620 ; S. Theophil. Anhoch., *Ad Autol.,* l. II, 10, 22 : /'. *G.,* vi, 1064.

i I. S. Iren., *Coni. Haeres.,* l. I, c. xxn, l ; *P. G.,* vu, 669.

I ... Cf. *supra,* p. 344-346.

Hal m Thomæ est perspicua. Omnis effectus repræsentat aliquo modo suam causam. Atqui non solum natura divina, sed etiam personæ divinæ sunt quadam ratione I ausa creaturarum. Ergo creaturæ debent præ se ferre aliquam repræsentationem personarum SS. Trinitatis. Halio majoris est quia omne agens agit simile sibi, vel simile secundum naturam si causa sit univoca, vel in gradu inferiori si causa sit diversæ naturæ. Aliqui porro effectus repræsentant solum per modum *vestigii,* quando repræsentant solam causalitatem, non autem formam, scilicet denuntiant causam esse, non vero qualis sit ; alii etiam per modum *imaginis,* quando referunt formam, nempe speciem vel accidens speciei *characleristicum.*

Declaratur min. Deus est causa rerum, ut artifex, per intellectum et voluntatem. Jam vero artifex operatur per verbum in suo intellectu conceptum, per amorem suæ voluntatis ad aliquid relatum. Ergo etiam Deus operatur per suum verbum, quod est Filius, et per suum amorem, qui est Spiritus Sanctus ; non quidem prout sunt personæ distinctæ, quia creatio convenit secundum id quod esi ‹ ommune, sed quatenus includunt attributa essentialia (supra, vm et ix).

Aliter tamen et aliter. Creaturæ quidem irrationales repræsentant per modum vestigii. In ipsis enim inveniuntur tria, scilicet *substantia,* eo quod subsistant in suo esse ; *species,* quam habent per formam ; et *ordo,* nam tendunt ad aliquid. Quæ tria sunt vestigium quoddam Trinitatis. *Substantia* quippe, cum sit primum in re principium, repræsentat Patrem, totius Trinitatis principium ; *species* vel *forma,* repræsentat *Verbum,* secundum quod forma artificiati est ex conceptione artificis. *Ordo* autem ad aliquid est amor boni, repræsentatque *Spiritum Sanctum,* in quantum est amor.

Quo quidem sensu accommodari possunt verba Scriptura! : *Omnia in numero, pondere el mensura disposuistil. Mensura* respondet *substantiel,* quia singulæ res suis principiis substantialibus mensurantur ; *numerus* respondet *speciei,* quia species sunt sicut numeri mutanturque

1. *Sap.,* xi, 21.

i cis fiat, additio vel subi riu tio ; *pondus* respondet *'amori,* co quod amor noster sil pondus nostrum1.*

In creaturis autem rationalibus per modum *imaginis.* Cum imago Dei attendat ur si*< iinduin speciem intehec-lualem, habetur Trinitatis imago in his in quibus hæc Iria concurrunt : *Mens* producens verbum, *verbumque* productum et *amor* procedens. Porro in omni creatura intellectuali vel rationali adsunt et *mens* seu principium dicens verbum, et sic habetur repræsent alio *1'alris ;* el *verbum,* in quo fit intellectio, et sic repræsentat ur Eilins ; et *amor* procedens, et sic repræsent atur Spiritus Sane tus2.

XII. Hinc demum concluditur creationem non admisceri operibus naturæ nec a fortiori operibus artis (a. 8). — Natura non agit nisi ex præsupposita materia. Sed creatio nunquam fit ex præsupposita materia. Ergo creatio nunquam admiscetur operibus naturæ. Ratio majoris esi quia natura non agit nisi educendo formam ex materia; nam quod fit a nal ura est compositum. Jam vero in composito est aliquid quod præsupponitur generationi el quod facia corruptione permanet, scilicet materia.

Ars autem producit tantum formam accidentalem, d idcino non solum materiam sed et ipsum compositum prærequirit, ac proinde minime dici potest creatio, cui nihil præsupponitur

Concludamus cum pio commentatore : « Ex his habes quomodo re< te in ‹ ap. i *Genes,* opus creationis distinguitur ab opere naturæ seu propagationis. Opus creationis notatur ibi : « Creavit Deus coelum et terram. » Opus naturæ ibi : « Germinet terra herbam... Crccile el multipli-l amini. » Memento tamen semper singulas animas creari pro singulis hominibus3. »

I. De his consuli possunt : S. Augustin., *De Genesi ad litteram,* Illi. IV, c. ni, *de* i.xxxm quæst., q. xvm, *de Trinil.,* lib. VI, c. x; *l»' Nalura Boni,* c. m ; S. Thom., I I'., q. v, a. 5 ; S. Bonavent., *Ilreoiloq.,* II P., c. i; */ Seni.,* <lisl. 2, q. iv; disl. 3, l P., q. n, cllst. 12, art. I, q. i.

l 2. Cf. *supra,* p. 354 ss.

3. A. Porrecta, Comment, in h. l.

QUÆSTIO TERTIA

De Principio durationis rerum creatarum

ÂD *Q.* XLVI S. THOMffi

Statuto creationis dogmate, quaeritur jam quandonam Deus creaverit, utrum scilicet universitas creaturarum semper fuerit an potius in tempore, a. 1 ; et, hoc statuto utrum potuerit esse ab æterno, ita quidem ut ratio sola nequeat novitatem mundi demonstrare, a. 2; et quo sensu dicatur •creatio rerum fuisse in principio temporis.

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM UNIVERSITAS CREATURARUM SEMPER FUERIT

AD ART. 1 S. THOMÆ

I. Errores. — Mundi æternitatem. necessario tuentur monistæ et pantheistæ, qui, *consubslanlialilalem* Dei et mundi asserendo, mundum ponunt æternum eodem jure ac ipsum Deum ; dualistæ, sive ethnici, sive neoplatonici, sive gnostici, sive manichæi, qui materiam infectam aut saltem aliquod principium Deo coæternum adstruunt.

Eumdem errorem renovarunt averroistæ, quos damnavit episcopus Tempierus, an. 1270 et 12741. Docebat etiam Sigerus de Brahantia æternitatem mundi ac motus2; quena scriptorem confutavit S. Thomas.

II. Fides catholica. — Scriptura perpetuo recolit mundum non ab æterno, sed in *principio* esse a Deo conditum3,

1. Cf. I Uni i i.i-:, O. S., *Carlularium,* t. V, p. 486, 487, 546, 547,
2. Cf. I'. Mandonnet, O. P., *Siger de Brabant el VAverroisrne.* Frib. 1899.
3. *Genes.,* i.

l ^unique prius exstitisse, *antequam* quidquam faceret *a principio*l2 *priusquam* moules lièrent aut formaretur lirra et orbis', atque Deum nos degisse in Christo *ante*-mundi constitutionem3.

SS. Patres general im oppomml Dei æternitatem et mundi novitatem. Sic S. Athanasius ostendil Verbum esse mercatum, eo quod sit aeternum4, el S. Damascenus generationem mundi a generatione Verbi in eo essentialiter differre quod sit in tempore5. Hinc Zacharias Mitylen specialem tractatum scripsit, quo directe confutat errorem de mundi æternitate6. Ecclesia expresse definit mundum conditum fuisse non ab æterno, sed in *principio temporis.* Il.a cone. Later. IV et concilium Vaticanum7.

Inter errores Eckardi, quos damnavit Joannes xxn, d. 27 Mart. 1329, citari debent tres priores propositiones, quæ mundi æternitatem adstruunt.

« 1° Quod Deus non potuit primo producere mundum, quia res non potest agere antequam sit; *unde quam cito Deus fuit, tam cito mundus fuit.*

2° Item concedi potest mundum fuisse *ab æterno.*

3° Item simul et semel, quando Deus fuit, quando l-ilium sibi coæternum per omnia coæqualem Deum genuit, etiam mundum creavit. » — Quos quidem articulos tanquam *hærelicos* Papa damnat et reprobat expresse8.

III. Rationes theologicae. — Imprimis ratio demoni.lrat *non esse necessarium* mundum ab æterno fuisse. Quum enim Deus sit causa rerum per suam voluntatem, eatenus mundus est quatenus vult Deus illum esse. Atqui Deus non vult necessario mundum esse ab aeterno*.

1. *Prou.,* vin, 22.
2. Ps. Lxxxtx, 2.
3. *Ephes.,* i, 4.
1. S. Atiianas., *Coni. Arlanos. Oral..* 1, 11,29: *Orat.* II, 1, 22, 27 ; *P. G.,* xxvi, 42, 72, 193, 26 q.
l 5. S. J.Damasc., *De Fid. Orthodox.,* lib. 1, c. vn, ; *P. G., xerv,* 118.
6. Zacharias Mitylen., *Dc Mundi opificio ; P. G.,* lxxxv, 1011-1143.
T 7. Denzinger, 428 el 1782.
[S. *Idem.,* 501-503, 529.

quin non v nil necessario nisi suam bonitatem. Ergo necesso non ml mundum esse ab æterno.

Insuper ratio ostendit necessitatem alicujus mundi ab tel emo non posse desumi ex natura Dei : quia, licet voluntas creandi sit æterna, non producit necessario effectum æternum, sed effectus sequitur secundum pradefinitionem voluntatis, quæ seipsa decrevit ut mundus haberet esse *posl* non esse (ad. 9); neque ex parte finis, quia Deus non indiget fine, sed est sibi sufficientissimus, seu, prout loquitur concilium Vati' anum, *in se el ex se beatissimus*. Quapropter, nedum teneatur creare ab æterno. imo potuisset non creare.

Demum ratio suggerit quædam congruentiæ argumenta em mundus sit conditus in tempore. Quo facilius probetur existentia Dei ; nam, si constat mundum esse in tempore, jam liquet mundum non esse a seipso, nec esse Deum aut Deo consubstantialem ; et quo manifestius vindicetur suprema Dei independentia et appareat Deum sibi plenissime sufficere, quum *anle* mundi constitutionem esset in se et ex se beatus[1].

Dices : Cujus est actio æterna et effectus est æternus. Atqui actio Dei est æterna, cum sit divina substantia. Ergo el effectus seu mundus est æternus.

Heep.: Dist. maj. : Effectus est æternus ex parte causæ el secundum id quod ponit in agente, concedo ; ex parte termini et secundum quod importat illationem in passo, nego ; quia in agentibus per voluntatem terminus sequitur secundum prædefinitionem voluntatis, voluit autem Deus ut haberet esse *posl* non esse. — Dist. com ius. : Mundus est æternus ex parte suæ causæ, concedo; terminafive et in seipso, nego.

IV Quo sensu dicatur Deus créasse in principio (a. 3). — S. I hornas triplicem tradit expositionem, ut triplex error i xcludal ur. 1° Contra eos qui contendunt mundum ab ;rl eruo exstitisse, dicitur in *principio temporis.* 2° Contra ros, nempe Manichæos, qui volunt duplex esse rerum prin- ipium, bonum seim-et ac malum, dicitur in principio quod

1. Fusiora argumenta vide in II *Coni. Genl.,* cap. 32, 34, 37.

est *Filius,* quatenus Filius esi Sapientia per quam Deus condit universa. 3° Contra cos, scilicet Platonicos, qui ponunt corporalia conditu luisse mediantibus creaturis piritualibus, dicitur in principio *ante omnia.*

Quæ triplex exposilio indicatur ab Augustino. « Quæram quomodo dictum est, preeter allegoiu mu significationem : In principio fecit Deus coelum el terra m. Utrum in principio temporis; an quia primo omnium lacta sunt; an in principio, quod est Verbum, Dei unigenitus Filius*. »

Ultima interpretatio, *anle omnia,* a multis sive ex vel· cibus sive recentioribus traditur, qui Aquilam interpretem secuti, dicunt. : « Deus creavit in *capitulo* omnia *simul* ictu uno, coelum ex terram. » Secunda interpretatio defenditur præsertim a Tertulliano etHilario, at minime respondet voci hebraicæ, nec ullatenus est litteralis.

Prima a S. Ambrosio et multis aliis accipitur et ipsa doctrina quam exprimit, a concilio Later. IV eligitur : *In principio temporis* », ita scilicet ut res creatæ existera inceperint, cum inceperunt tempora fluere[2].

I. S. Augustin., *De Genesi ad litteram,* lib. I, c. π ; *P. L.*. xxxiv^ 747.

Cai.met. in h. l., Hummei.auer el recentiores interpretes.

ARTICULUS SECUNDUS

DE POSSIBILITATE CREATIONIS AB ÆTERNO

AD ART. 2 S. THOMÆ

I. Quo sensu concedi debeat : mundum incepisse est articulus fidei. » — 1° Si consideretur mundus absolute, abstrahendo a characteribus quos nunc, præbet, non potest apodictice demonstrari mundum conditum esse in tempore. Demonstratio quippe illa fieri nequit neque ex parte causæ intrinsecæ, scilicet ex parce essentiæ, quia principia essentialia abstrahunt ab omni tempore et competunt rei independenter ab accidentibus, tempus porro est accidens rei ereatæ; neque ex parte causæ efficientis, scilicet Dei ; tuwi quia voluntas Dei agit pro suo libitu nec investigari potest nisi circa ea quæ absolute necesse est Deum velle, non autem circa creaturas contingentes ; tum quia virtus Dei creantis non est minor ab æterno quam num· nec idcirco major fit quia operatur in tempore. Ergo demonstrari nequii mundum in se absolute inspectum in tempore incepisse. Ergo non ratio, sed sola fides *cum omnimoda cerliludine* dicit : Mundus incepit in tempore.

2° Si consideretur autem mundus ut nunc est, multi tenent repugnare ejus creationem ab æterno, quia constat esse periodos geologicas quæ novitatem important, et entia successiva quæ non potuerunt ab æterno existere. Quapropter card. Zigliara concludit : « Existimo autem mundum uti nunc est non potuisse ab æterno creari[1]. » — Reponi tamen potest : Si considerentur *lalia* entia successiva, talesque mutationes geologicæ, liquet omnino hæc esse, in tempore, at repugnante absolute ut *anle hanc* mulalioncin luerit alia et alia prior, quin unquam ad principium deveniatur? Ratio nequit cum omninoda certitudine respondere, quum sit duplex sententia probabilis,

1. *Cosmol.,* lib. I. c. m, ari. 2.

ni mox dicetur. Quoi irca iterum concludimus : Ratio i.ibi relicta nequit eum certitudine absoluta dicere : -Mundus incepit in tempore, sed sola Udes *absque ulla errandi formidine* id pronuntiat.

Sui) hoc respectu omnes possunt el debent conclusioni l>. Thomæ adhaerere : mundum incepisse esi articulus lidei, id est novitas mundi est veritas quum ratio non demonstrat *apodictice,* sed sola tides invide asserit.

H. **De quæstione autem controversa, an possit ratio demonstrare repugnantiam creationis ab æterno, neque Scriptura neque Patres aliquid certi decernunt.**

Scriptura id unum intendit, res omnes a Deo conditas esse in tempore, nec ullam creaturam *ex se* habere ut sit a terna. Utrum vero possit Deus ab æterno et liberrimo consilio aliquid creare, nullus citari potest textus qui id inficietur.

Patres Apologetæ ostendunt contra pant heist as et dualistas nullam creaturam esse *natura sua* æternam. Hoc sensu dicit Tertullianus, contra Hermogenem et Marcioiiem propriam esse solius Dei *praerogativam nullius initii el nullius finis*1. Creatura scilicet *vi sui* habet initium et linem. At potestne Deus ipse operari ad extra simul ut ' st, et, quia est ab æterno, potestne creare ab æterno ? l >e hoc silent Patres.

Eodem sensu docet Ambrosius id quod habet finem non posse carere principio, quatenus creatura habet *ex se* ul sit in tempore2. Et S. Fulgentius : « Dedit rebus... ut sini, *non tamen sine initio, quia nulla creatura ejusdem naluræ esi cujus esi Trinitas*3. » Scilicet, Deus præstare nequit rebus ut ipsis competat, tamquam aliquid *proprium,* esse sine initio, quia jam ejusdem forent natura· ac Trinitas ; at potestne Deus operari ab æterno el condere aliquid ab aiterno? De hoc non movetur quæstio.

Nec. aliter loquuntur Patres Græci. S. Athanasius exponit, contra Arianos, Verbum non esse factum seu non

1. Tertull., *Adv. Hermog.,* c. iv ; P. *L.,* n, 125, 201.
2. Cf. S. Ambros., *Hexaemer.,* lib. 1, c. m ss. ; *P. L.,* xiv, 127-142.
3. S. Fulgent., *De Fide ad Petrum,* c. m, n. 25; *P. L.,* x1, 761.

esse i imi in ani, quia est aeternuml;* nempe vi sui « i r riilui Quod etiam repetunt S. Basilius, S. Gregorius \) ›uns, S. Cyrillus Alexandrinus. Verba enim S. Basilu Xu . autem ejusdem insaniæ esse putamus tum creaturi·· ' hTHitatem adscribere, *Ium creaturæ Dominum* hoc Leslimunio privare », manifeste intendunt aeternitatem qui·· *t)i naturæ* competit. In eundem sensum trahi commodi· potest quod scribit S. Joannes Damascenus : « Creatura, ‹ um voluntatis Dei sit opus, non est Deo coaeterna. Non enim *natura* fert ut quod ex nihilo ad esse provectum esi. coaeternum sil ei qui principio caret, estque semper'. » — Quod nempe ex nihilo producitur habet *ex se* et natura ul sil iu tempore. Potest ne tamen Deus, qui est ab aeterno, operari ab aeterno et creare ab aeterno ? Nullatenus probatur Patres id de Deo unquam negasse, quum potius constet illos de hoc puncto non quaesivisse.

III. Theologi priores vel coaevi S. Thomæ. — Citatur S. Anselmus tamquam patronus sententiæ negantis : «Quoniam vera aeternitas principii finisque meta carere intelligitur : quod nulli rerum creaturarum convenire, eo ipso quod de nihilo factae sunt, convincitur34 » — Verum id accipi potest de illa æternitate quæ creaturæ conveniat ex natura ; non enim constat S. Anselmum negasse Deum operari et creare posse ab æterno.

Clarissime autem Richardus a S. Victore asserit repugnantiam æternæ creationis : « *Quidquid ex creatione esse accipit, fuit procul dubio quando omnino nihil fuit ; alioquin ex nihilo creari non potuit**. »

Quum vero averroistæ contenderent mundum non solum potuisse ab æterno existere, sed reapse exstitisse, doctores catholici, quo facilius illos refellerent, elocent jam repugnare creaturam ab æterno. Quam repugnantiam

I. S. Athanas., *Oral.* I conti·. *Arian.,* 14, 29; *P. G.,* xxvi, ▮72; S. Basii.., *Cont. Eunom.,* n, 17; *P. G.,* xxiv, 608 : Gregor. Xy i v. *Coni. Eunom.,* i ; *P. G.,* x l v, 361 ; S. Cyr ii.i.. Al exandr., *Thesuur. assert.,* xxii, coi. 492-497, 513, 529.

2 ,Ioλχ. Iiamasc., *Orthod. Fid.,* lib. I, c. vm ; *P. G.,* xciv, 814.

3. S. Ansi i.m., *\lonol.,* xxiv; *P. L.,* ci.vm, 178.

4. Ric.iiaho. λ S. Victore, lib. II, c. ix.

(nentur B. Albertus, S. Bonaventura[1]2 imo illam tanti fn› iebant magistri tempori· S Thomæ, ut Angelicus Doctor I mitra ipsos opus scripserit : *De iidrrnitale mundi contra murmurantes.*

Docet autem S. Thomas, sive in hoc opere, sive in comment. *Seni.,* sive in lib. II *Coni. Hcnl.v.* nonduin esse demonstratam hujusmodi repugnantiam, el admit lit possibilitatem æternæ creationis etiam pro entibus *successiris,* in quibus distinguuntur *dies, circulationes,* corrupi innes, etc.

Ad hominem quod attinet, repugnantia creationis el.ernæ induceretur ex ratione entis *successivi simul* ‹I, *permanentis,* quia sic haberetur numerus actu infinitus. \ngelicus porro non directe solvit difficultatem, sed reponit <sse rationem *particularem,* quæ non impedit quominus *aliqua* creatura potuerit esse ab æterno.

1V. Theologi post S. Thomam. — Ægidius Romanus adhæret sententiæ Doctoris Angelici et concludit rationes quæ contra mundi æternitatem afferuntur *non esse demonstrationes*[3]. Hcrvæus quoque Angelico adhaeret[4]. Sc.otus potius anceps remanet[5][6]

Thomistæ generating sequuntur suum Magistrum, licet plures possibilitatem restringant ad creaturas permanentes, quod etiam admittit Suarez. Recentiores *communius* eligunt sententiam negantem, saltem si sermo sit de entibus sucessivis*.

Doctrinam tamen thomisticam optime vindicant Liberatore, Him. Esser., 0. P., Sertillanges, O. P., P. Pègues, ‹ ›. P., etc[7].

1. B. Albert. M., *Summ.,* II P., TT. I, q. iv, memb. n, a. 5; S. Bonaventura, *IV Sent.* (list. 1, l I'., n. 1, q. n.
2. Cf. *IV Sent.,* dist. 1, q. i, a. 5; *// Consi. Geni., c.* xxxvin.
3. Aegidius, *IV Seni.,* dist. 1, q. iv, a. 1, 2.
4. Hervaeus, *De aeternil. de mundi,* q. n.
5. Scot., *IV Sent.,* dist. 3, q. m.
6. Cf. Laurent Janssens, Comment, in h. l. Cf. Thomæ.
7. Esser, O. P., *Opusc. De lelernilate mundi;* Sertillanges, *Hevue Thomiste,* sept, et nov. 1897, janv. 1898; P. Pègues, Comment. in h. l.

\ **Quid concludendum. —** Plena remanet libertas in illn (<ml.rove.rsia, quæ est *secundi* omnino momenti; al milium deprehendimus rationem recedendi a sententia S Thoma·. Rationes enim quas urgent recentiores fuerunt juin ab Angelico versatæ, nec. ullatenus præstant demonstrationem.

Sententiam ergo quæ tuetur possibilitatem aeterna creationis etiam respectu speciei humanæ *vere ac solide probabilem* existimamus : tum quia, si Deus non potest creare ab æterno, videtur impotens, quasi accresceret ipsi virtus *ex* tempore : tum quia difficultatibus congrua affertur responsio ; imo et ipsi argumento ex quo volunt inducere incommodum numeri actu infiniti ; si quidem reponunt alii animas quæ successive creant ur nunquam efficere multitudinem *aclu* infinitam, quia *id quod addilur præexislenii numero esi semper pars finiia,* seu clausa a parle post, finitum autem additum finito non facit infinitum, ac proinde nunquam esset infinitum *a parle postlII,*

I. Quoad cteliiias difficultates, cf. nostr. *Curs. Philos. Thomisî.,* II, 71-79.

QUÆSTIO QUARTA

De rerum distinctione

AD *Q.* XLVII-XUX S. THOM/E

Multa diligentia exponit S. Doctor quomodo distinctio n. 1, et inæqualitas rerum, a. 2, sint ab ipso Deo et qua ratione mundus sit unus, a. 3 ; deinde quæstionem de malo perfecte versat, q. x l v iii et x l ix.

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSA RERUM DISTINCTIONE ET INÆQUALITATE AC MUNDI UNITATE

AD Q. XLVH S. THOM/E

I. **Quadruplex errorum classis**1. — Prima est materialistarum, qui et mundi originem et rerum distinctionem n casu repetunt. Secunda est Anaxagoræ, qui hanc distinctionem repetit a materia. Tertia, ex contrarietate a principiorum agentium sicut opinatur Avicenna, cujus l heoria sic breviter resumitur : Deus se intelligendo produxit intelligentiam primam ; intelligentia autem prima triplicem habet fecunditatem et vera trilogia in ipsa deprehenditur : quatenus intelligit Deum, producit intelligentiam secundam, quatenus intelligit suam potentiam, producit corpus mundi, quatenus intelligit suum actum, producit animam mundi. Quarta est Platonicorum, qui distinctionem illam varietati meritorum et demeritorum ndseribunt.

I. De singulis legatur ipse Doctor Angelicus in *II Cont. Gent.*, i up. XXXII-XLIV.

Il Fidos catholica. — Scriptura tribuit ipsi Deo rerum dial im iionein. Nam series narrationis genesiatm ◇i Irmlil imprimis Deum condentem omnia, scilicet cæluni ◇l lerram, ac deinde dividentem lucem a tenebris ◇l ingula distinguentem. Apud prophetas exhibetur Deus faciens *omnia,* extendens *cælos* solus, stabiliens *terram**. » S. Joannes idem asserit, dum testatur per Verbum *omnia* esse farcta et sine ipso *nihil* prorsus esse factum : unde, quum distinctio rerum sit vera perfectio et pulchritudo, est per Verbum facta.

S. Paulus exponit non solum universum in genere, sed et singula quæ distinctionem rerum efficiunt, sive visibilia sive invisibile, esse in ipso Filio condita[1]. Cone. Later. IV, asseril Deum esse creatorem omnium, visibilium et invisibilium, et triplicem distinctionem Deo attribuit, scilicet in creaturam *angelicam, mundanam* et *humanan*[3][4]Additque concilium Vaticanum, *secundum lolam suam substantiam**, ut innuat omnia quæ sunt in rebus et ad eorum distinctionem concurrunt esse a Deo. Con▮. Florentinum profitetur omnia quæ sunt in creaturis esse bona et ab unico p;incipio Deo procedere[5].

III. Rationes theologicae. — Arg Ium (contra primum errorem). Quod est optimum in quolibet effectu est ab agente per se intentum, nec casu oritur. Porro quod in mundo est optimum est distinctio, varietas, et ordo, in quibus divina bonitas repræsentatur. Érgo illa distinctio est a Deo per se intenta, nec ullatenus casualis censeri potest.

Arg. IIum (contra alterum errorem). Materia est a Deo creata. At creatum nequit esse primum distinctionis principium, sed oportet illam distinctionem in altiorem causam reducere. Insuper, materia est propter formam et non c converso, ac proinde, nedum possit materia esse

1. Isai., xi.iv, 24.
2. *Colos.,* i, 16.
3. Gap. *Firmiter;* Denzinger, 429.
4. Gone. Vatic. Const, *de Fid.,* can. V.
5. Decret, pro Jacobilis ; Denzinger, 706.

principium distinctionis, oporlel, n contra, ut distinctio materiæ a forma repetatur,

\rg. in,im (Contra tertium errorem).

Quum vis creatrix sil prorsus incommunicabilis, nullum agens creatum, etsi dictilur intelligentia prima, nequit producere ea qua· nonnisi per i reniionem fiunt. Sed plura sunt, ut anima' et spiritus, quir per solam creaIionem producuntur. Ergo. — Insuper, quum effectus debeat causæ proportionari, oportet ut optimum iu causam perfectam et optimam reducatur. Atqui distinctio in rebus universi est optimum, quod Dei perfectionem repræscnlal. lirgo in solam causam optimam, nempe Deum, reducitur.

Contra quartam formam sufficiat animadvertere merita non esse primam ‹ ausam, sed causam supponere ex qua oriantur; esse quid accidentale, dum diversitas formarum est essentialis.

Argumentum directum. Deus producit res ad bonitatem suam communicandam et repraesentandam, el hic est praecipuus creationis finis, ut supra ostensum est. Atqui non potest per unam creaturam sufficienter repræsentari divina bonitas : quum enim bonitas, quæ est in Deo simple iter et uniformiter, sit in creatis multipliciter et divi- im, quumque omne ens creatum sit finitum et restrictum, oportet ut. quod in uno nequit plene relucere, in pluribus non solum numero, sed et specie distinctis manifestaretur. Ergo debuit Deus distinctionem rerum in multas species intendere et efficere.

IV. Sicut distinctionis, ita et inaequalitatis rerum causa est Deus (a. 2).— Hæc est doctrina fidei co Ira Origenem. qui finxit creaturas rationales fuisse piiino a-quales, ac deinde, per liberum arbitrium, maritales evasisse, ita ' ilicet, ut illæ quæ ad Deum conversa· sunt, fuerint ad diversos angelorum ordines. se‹ undum diversa merita, assumptæ, et quæ aversæ sunl a Deo, fuerint diversis orporibus, secundum diversa opera, alligatæ.

Scriptura tradit omnem creaturam esse bonam, non n·. undum merita hominum, sed secundum quod a Deo pro‹ edit, exhibetque Deum condentem singulas creaturas ''l species, nobiliores el inferiores, et concludit : « Vidit que.

Ih'iih iiim la quæ fecerat et reant *valde bona*1. » Libri Supfi ni iules docent omnia quæ in mundo sunt, etiamsi in online diverso existant, ut vita et mors, esse a Deo rl universa *bona valde*2.

Errorem Origenis expresse confutat S. Augustinus' anathematizatque Vigilius Papa (543)3.

Ratio theologica S. Thomæ ipsam veritatis radicem aperit. Jam ostensum est Deum esse auctorem distinctionis formalis. Atqui auctor distinctionis formalis est etiam auctor et causa inæqualitatis. Ergo causa inæqualitatis rerum est Deus.

Explicatur argumentum. Duplex est distinctio : *formalis* in his quæ differunt specie, *materialis* in his quæ differunt numero. Quum autem materia sit propter formam, oportet ut distinctio materialis sit propter formalem, et idcirco individua non multiplicantur nisi propter conservationem speciei. Jamvero distinctio formalis necessario inæqualitatem inducit ; nam formæ rerum sunt sicut numeri, in quibus species variatur secundum additionem vel subtractionem unitatis, et eapropter species ita sunt in quadam hierarchia orJinatæ, ut planta sit perfectior lapide, animal perfectius planta, homo perfectior animali. Hinc liquet causam distinctionis formalis esse quoque causam inæqualitatis, ut inde resultet decor universi.

Quoc irca Deus simul et distinctionem et inæqualitatem et pulchritudinem mundi intendebat in ipso decreto quo voluit mundum condere.

V. De mundi unitate (a. 3). — Mundus est unus, non quidem unitate substantiae, sed unitate ordinis.

Scriptura et Traditio, licet non versent quæstionem de possibilitate plurium mundorum, asserunt tamen præsentein mundum esse unum, eo sensu quod universa ab *eodem auctore* Deo procedant4, et ad *eundem finem* Deum ordinentur. Hinc definit concilium Vaticanum *mundum*

1. *Genes.,* i, 31.
2. /iccfi., xi, 14 ; xxxix, 21 ; S. Augustin, *De Civil. Dei,* lib. 11, c. xxiii, el lib. XI, c. xxi.
3. Denzinger, 203 ss.
4. Cf. *Ephes.,* iv, 5; *1 Tim.,* n, 5.

resque. omnes, quæ in co continentur, et spirituales et maleriales, secundurn *lotam miam substantiam, a Deo*) s nihilo esse productas, cl *mundum ad Dei gloriarn esse rimdilum*[1][2]

Itatio autem conclusionem innnifcslc probat. Liquet imprimis non esse unitatem subslanlia·, quum mundus multis, non solum specie sed et genere deversis, constet mil uris.

Unitas autem ordinis importat ut omnia qua· sunl m mundo ab eadem causa efliciente proveniant et ad i undem finem tendant et inter se mutuo quodam vinculo i annectantur et colligentur. Atqui universa mundi entia eandem habent causam efficientem Deum, et eandem i ausam finalem, scilicet Dei gloriam, et inter se duplici \ im ulo coaptantur, nempe *dynamico* seu causalitatis, quatenus alia in alia agant, vel mutua attractione, vel mutua actione et passione; ac *teleologico,* seu (malitatis, quatenus alia aliis inserviant, ut mineralia plantis, plan-lie animalibus, animalia homini, et omnia in unum finem, ive singulis propnum, sive omnibus communem, conspi-rent[3].

VI. Licet autem Deus crearet alios et innumeros mundos, nostro perfectiores, haberent semper aliquam unitatem ordinis. — Nam eamdem semper primam causam i llicientem et finalem respicerent ; convenirentque vel in mi i lligere, vel in sentire, vel in vivere, vel saltem in esse ; et mutuam inter se exsererent operationem, ut possent in finem tendere : quia, cum non forent suus finis, deberent ad finem proprium operatione se ciere., el in finem I mnmunem operatione aliquatenus communi conspirare. Sapientis quippe est ordinare, scilicet non dissipatos effectus producere, sed omnes in unam compaginem (um debita harmonia adigere. Quicumque ergo admittunt aliquam sapientiam ordinantem debent eo ipso quamdam mundi unitatem profiteri[3].

1. Can. 5; Denzinger, 1805.
2. Cf. Vol. I *De Deo Uno Trino,* p. 53.
3. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* n, p. G8-70.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MALO

AD Q. XLVIII S. THOMÆ

I. **Quæstio dogmatica. —** Non ad philosophiam solani spectant quæstiones «le malo, sed dogma utique respiciunt, propter innumeros errores, qui notionem veri Dei veræqiu· creationis pervertere tentarunt quosque debuit Ecclesia compescere, et damnare.

Antiquissimus igitur est error| a Babylone, Chaldæa el Persia derivatus etiam ad Græcos, præsertim Pythagoricos, quem postmodum Mani et Manichaei in systema adegerunt, duo vigere principia opposita, nempe Lucis, in quo bonum omne includitur, et Tenebrarum seu Mali. Regno lucis præsidet Deus, regno autem tenebrarum præsidet Satanas, Diabolus. Sic igitur creatio materialis csl mixtio quædam boni et mali, et idcirco debet homo a mal cria abstinere.

Quapropter Manic haeus perfectus triplex debet ferre signa, ulum : nempe *signaculum oris,* ut ab impuris elementis caveat, *signaculum manus,* ne tangat res in quibus includuntur elementa tenebrarum, *ac signaculum sinus.* ut a copula et matrimonio abstineat.

Qui error per totum Orientem diffusus est, præsertim in partibus Persiæ, Indiarum ei Sinarum, a·· sæculo iv in Armenia, deinde in Bulgaria ac Macedonia, ac demum in Italia. Germania, Gallia, Anglia et ‹ æteris Europæ par-| ibus, ubi propugnatores habuit catharos et Albigenses.

Quoi irca maxime ad theologiam dogmaticam spectat veram de malo tradere doctrinam.

II. **Definitio mali ex ratione boni accipitur (a. 1). —** | Hum oppositorum ex altero cognoscitur, sicut tenebræ

I. Cl'. Γιχι nuci, *Histoire des dogmes,* i, 433 ss.

I» i lucem. Porro malum ‹ .1 oppositum boni. Ergo et) K ratione boni potest accipi cl definiri malum. « Si malum io ' i piatur quasi concrete, ul subjeci um quod dicitur malum, opponitur contrarie, sicut vilium contrarie virtuti opponitur; si vero accipiatur formaliter. ul ratio secundum quam aliquid dicitur malum, opponitur privative, et ita delinitur : *Privatio boni debili...* vel boni debili sibi, ul) um quid dicitur in se malum; vel boni debili allen, ut cum quid dicitur malum seu nocivum alteri.

Hinc intelligitur effatum : *Malum distal el abenle impliciter et a non ente simpliciter,* quia neque est sicut habitus neque sicut pura negatio, sed sicut provatio[2]»

I. **Bonum et malum in moralibus** (ad 2). — In moralibus privatio debilæ ordinationis in finem constituit differentiam constitutivam quæ malum a bono discernit.

Bonum et malum, ait Angelicus, non sunt differentiæ nisi in moralibus, quæ recipiunt speciem ex fine, qui est objectum voluntatis, a quo moralia dependent. Et, quia bonum habet rationem finis ; ideo bonum et malum sunt differentiæ specific» in moralibus; bonum per se, sed malum in quantum est remotio debiti finis... Unde malum, in quantum malum, non est differentia constitutiva, sed ratione boni adjuncti. »

IV. Hinc omnino liquet bonum non esse naturam, sed omnem naturam esse bonam. — Nam bonum dicitur quod est appetibile. Omnis porro natura est appetibilis. Urgo est bona. Declaratur min. Quum omnis natura appetat suum esse suamque perfectionem, liquid omnino esse cujuslibet naturæ et idcirco ipsam naturam habere rationem boni.

Confirmatur. Omnis natura vel est potentia, vel actus, vel compositum. At malum non est potentia vel actus, sed illorum privatio, nec composit um, sed potius illius corruplio. Ergo nulla natura est malum.

Quæ doctrina est omnino de fide'. Dicit quippe Aposto-

1. *Curs. Philos. Thomist.,* v, 142, 143.
2. *Tim.,* iv, 4.

Ins : ❙ Omnis ı·γ«·ı|ura Dei *bona* est. » Et S. Augustinus : ❙ Miiln igitur natura dicitur quæ corrupta est : nam incorrupta utique bona est. Sed etiam ipsa corrupta, *in i/iiunltim nalura esi, bona esi ; in quantum corrupta esi, mala esil.* »

Ecclesia fidem hanc professa esi dum praxi et vita sua Gnosticos et Manichæos damnavit et in conciliis « Manicliæorum anathematizat *insaniam,* qui duo principia posuerunt, unum visibilium, aliud invisibilium2. »

V. Inde etiam apparet qua ratione malum dicatur agere (ad 4). — Non dicitur agere per se et ratione sui, sed ratione boni cujus est privatio. Non enim potest agere ratione sui *formaliter,* eo quod omnis forma sit bonum quoddam; nec *efficienter,* quia omnis actio est ab aliqua forma et idcirco a bono ; nec *finaliler.* quia omne quod desideratur ut finis est perfectio aliqua. Itaque nec agil nec desideratur nisi ratione boni adjuncti.

VI. Malum existit realiter in mundo non ut ens quoddam positivum, sed ut realis privatio seu realis corruptio (a. 2). De fide est existere malum, imo tota Christiana oeconomia ad hoc reducitur, ut venerit Filius Dei in hunc mundum ut. nos a *malo* physico et morali *liberaret ;* sicut ipse Christus nos monet id in oratione Deo dicamus : *Libera nos a malo.*

Quum igitur existât malum, assignanda est ratio cur sit, et hæc ex perfectione universi desumitur.

Requirit perfectio universi quandam inæqualitatem, quæ importat ut omnes gradus bonitatis, saltem generici, in mundo concurrant. Porro gradus illi bonitatis ita disponuntur ut sit aliquod ens quod nullatenus deficere possit, el aliud quod, licet non deficiat in esse ipso, sicut substantia incorruptibilis, deficere tamen possit in operatione, el aliud quod etiam in esse deficere queat. Ergo requirit perfectio mundi ut existant entia defectibilia in. esse vel in operatione. Xtqui ratio mali in hoc consistit ut aliquid

1. S. Augustin., *De natura boni contr. Manich.,* c. vi; *P. L.,* xi.ii, 553.

2. Cone. tinrent., Decret, pro Jacobitis; Denzinger, 707.

n Ihhio deficiat. Ergo perfectio mundi requirit ut quoddam imiliiin in rebus inveniatur.

M porro requirit, non quidem ul sil natura mala, sed ut prini entia bona quæ *realilcr* i arcani seu *priventur* aliquo hiiiio vel perfectione, sibi debita : ac proinde non existit malum nisi propter *majus* bonum. Him effatum S. Augurlini : « *Melius* (Deus) *judicavit de malis bene agere,* quam mala nulla esse permittere[1]. »

\ 11. Ex quibus iterum sequitur malum esse in bono tamquam in subjecto (a. 3). — Bonum quippe non est, natura quædam, nec mera *negatio,* secus ea quæ nullo modo sunt mala essent ; sed est *privatio* boni debiti. Atqui omnis privatio requirit subjectum : si enim datur privatio, datur utique aliquid quod privatur, et idcir o idem est subjectum privationis et formæ. Ergo debet esse aliquod mali subjectum. Sed omne subjectum esi ens ei mune ens est bonum. Ergo non nisi bonum est subjectum mali.

VIII. Malum non potest totaliter destruere bonum; nod, licet removeat totaliter bonum sibi oppositum, nunquam tamen destruit subjectum in quo est, neque totaliter destruit habilitatem subjecti ad bonum, tametsi minuat i. 4). — Triplex in rebus invenitur bonum : subjectum ilicet, ac forma, seu perfectio ei naturaliter debita, et i opacitas respectu formæ, seu habilitas ad actum, sicut, in limnine est materia ut subjectum, anima ut forma, <4 habilitas ad bonum. Ex hoc autem triplici bono, secundum, nempe forma, totaliter tollitur per malum, sicut vita loi aliter subtrahitur per mortem : nam malum est privatio boni debiti, et ideo præcise quod privet bono, evacuat bonum.

Primum vero, scilicet subject um, nec tollitur nec minuilur per malum, sicut nec materia per mortem. Malum quippe nec aufert nec minuit id ‹ ui non opponitur; jam vero malum non opponitur subjecto sed formæ. Ergo subjectum nec tollitur nec minuitur.

I. S. Augustin., *Enchiridion,* c. xxvn ; *P. L.,* x1, 245.

Tertium autem, scilicet habilitas, minuitur. Sicut enim augeri potest habilitas, scilicet intensior fieri per dispo- iliones convenientes, ita potest minui, id est remissior Ituri, per dispositiones contrarias. Hinc tantum minuitur quantum illæ dispositiones contrariæ inducuntur; ai, quia intentio et remissio nequit esse infinita, nunquam potest ita minui habilitas ad bonum ut totaliter subtrahatur.

Quocirca malum nunquam potest esse integrum, quia, si non est subjectum in quo sit malum, nec malum erit, juxta axioma Philosophi : « *Si malum integrum sil, seipsum deslruell.* » Concini! S. Augustinus : « Ubi autem nullus modus, nulla species, nullus ordo est, nullum bonum, nulla natura est2. »

IX. In praesenti statu naturæ lapsae malum creaturæ rationalis est pœna vel culpa (a. 5). — Hæc conclusio ad dogma catholicum refertur, quatenus supponit traduci peccatum originale, Christum in hunc mundum venisse, ut nos liberaret a malo culpæ in præsente vita, a malo etiam pœnæ in æterna vita, et aliunde afflictiones quas justi patiuntur non inferri propter propria eorum peccata.

Recolatur malum dici *physicum* quatenus est privatio cujusdam perfectionis quæ *naluræ* debetur, *morale* autem quatenus est aliquid non conforme regulis *morum. Culpa* est malum *operationis,* quatenus vel non fit operatio vel non eo modo fit quo fieri deberet ; *pœna* autem est malum quod patitur *agens* propter culpam.

Divisio porro per culpam et pœnam non est divisio maliphysici simpliciter, quia in creaturis irrationalibus datur malum quoddam quod neque culpa est neque poena ; et cæterum potuisset in statu naturæ puræ existere malum, ut morbus, mors, etc., quin rationem culpæ vel pœna· susciperet. Intelligitur itaque conclusio de statu natura· lapsa· et pro creaturis rationalibus. Istis porro peculiari modo tribuitur malum, eo quod bonum oppositum cis peculiari modo conveniat.

1. Aristot., iv ; *Ethic.,* cap. v (al. xx).
2. S. Augustin., *De natura Boni coni. Manich.,* c. xxm ; *P. L.,* xi.ii, 558.

Quum malum sit privatio perfectionis debitæ, eo modo dividitur, sicut ipsa perfectio. \lqui duplex est in rationali creatura perfectio, una quidem ex parte actus primi, «Itera autem ex parte actus secundi. Ergo duplex malum •»cii duplex privatio, ex parte scilicet iu lus primi et ex parte actus secundi. Jamvero ex parle a, tus primi habet rationem pœnæ, ex parte vero actus secundi habet rationem culpæ. Ergo malum · reaturæ rationilis recte dividitur In malum culpæ et malum pœnæ. Explicatur. Prima quidem peifectio rei debita ex parte substantiæ attenditur, et est lorma vel integritas rei; altera vero ex parte operationis ‹ onsistitque in debito operandi modo. Hinc innotescit duplex esse malum, scilicet unum quod est privatio formæ vel alicujus ad rei integritatem pertinentis, et hoc est malum rei, seu ex parte actus primi ; alterum autem, quod «•si privatio debiti modi in operando et est malum operationis, seu ex parte actus secundi.

Malum porro rei habet rationem pœnæ. Nam pœna est quod contrariatur voluntati et per divinam Providenliam ordinantur ad ultionem culpæ. Atqui omnia mala rei in agentibus voluntariis ordinantur ad ultionem culpæ vel actualis vel originalis : hæc est enim summa fidei catholica·. creaturam rationalem conditam fuisse in statu inno- ' entiæ, in quo nulli privationi subjacebat quoad animam Mill corpus, sed omnia in plena integritate consistebant, i l idcirco, si nunc malo ex hac parte, subditur, id fit propter ı ulpam aut actualem aut originalem. Ergo.

Malum autem operationis habet rationem culpæ. Consistit enim culpa in voluntario defectu operationis debita· : liquet sane culpandum omnino esse illum qui esi dominus operum suorum et. tamen non agit quando vel quomodo deberet. Atqui malum operationis, prout explicatum est, i .l proprie defectus voluntarius opéraiionis debitae, quatenus vel non fit vel non eo modo quo fieri deberet. Ergo malum operationis rationem habet culpæ.

X. Plura notatu digna. Licet causa *reniola* tribulationum quæ in præsenl i statu hominibus eveniunt sit originale peccatum, non tamen dici potest : causam *proximam* malorum quæ patiuntur tales homines esse pro-

pria ipsoiiiiii peccata. Causa quippe hujusmodi et finis pu: uni assignari : sive majus meritum ipsorum, quod inde augeliir d perficitur, juxta illud : « Quia *acceptus eras l*›‹‹›, *necesse full ul lenlalio probaret* /e»; sive exemplum alio* mm. juxta illud : «Ut posteris daretur exemplum patientia) ejus, sicut et sancti Jobl » ; sive gloria Dei, quæ inde manifestatur : « Neque hic peccavit neque parentes ejus, sed ul manifestentur opera Dei in illo2.» Quapropter merito damnatur hæc propositio Baii : « Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum : unde el. Job et martyres quæ passi sunt, propter peccata passi sunt3. »

Recolatur etiam *lenlalionem* non esse novum ac speciale genus mali a pœna et culpa distinctum (ad 3). Ex parte quidem lentantis, qui vult in peccatum inducere, csl semper culpa; ex parte vero tentati, si consentit, seu si immutatur in malum a tentante, incidit in culpam ; si autem resistit, non incurrit malum, sed auget meritum.

XI. Culpa plus habet de ratione mali quam pœna (a. 7). — Quæ propositio, licet non sit his terminis definita, resumit tamen doctrinam fidei; nam clamat ubique fides catholica sufferenda esse omnia mala physica, ut vitetur malum culpæ, castigandumque esse corpus4,5eruendosve oculos, mortemque. eligendam, ne admittatur peccatum6.

Liquent omnino rationes theologicæ. Id sane quo quis fit proprie et simpliciter malus est majus-malum quam id quo fit malus secundum quid. Atqui homo fit proprie el simpliciter malus propter malum, non pcenæ, sed culpæ. Ergo majus est malum culpæ. quam pœnæ. Prob. min. Quum principale hominis bonum consistat in operatione el praesertim in operatione ordinata, quæ est bonus usus rerum habitarum et qua finem suum ultimum attingiI, idciico principale hominis malum consistere debet in ope-:

1. Tobias., n el xti.
2. Joan., ix, 3.
3. Propos. 72 : Denzinger, 1072.
4. *I Cor.,* ix, 23.
5. Mattii., v, 29.

i d ione inordinata, qua male utitur lebus et a fine suo idlimo avertitur. Atqui ratio culpæ habetur in illa operalione inordinata qua homo uveil il ur a suo fine ultimo per mahimvoluntatis usum. Ergo culpa ent præcipuum malum, ran plus habet de ratione mali quam poma.

Insuper. Quod bono divino opponitur esi. majus malum i-o quod bono creatura' lautum opponitur. Atqui culpa opponitur bono divino et poena bono créai ura· ; nam culpa opponitur impletioni divinæ voluntatis el amori quo debemus amare bonum divinum ut est in se, dum pœna divino bono non opponitur, nisi quatenus illud participatur a creatura.

Quapropter potest esse Deus auctor mali pœnæ, nullatenus autem mali culpæ.

ARTICULUS TERTIUS

DE CAUSA MALI

AD Q. XLIX S. THOMÆ

I. **Malum nonnisi a bono causatur (a. 1).** — Est **corollarium** eorum quæ de notione mali disseruimus. Malum, utpote privatio boni debiti, provenit ex aliqua causa rem extra suam dispositionem trahente, vel impediente. Sed causa hujus modi est ens et idcirco bonum. Ergo malum a bono causatur.

Confirmatur. Omnis ‹ ausa est vel materialis vel formalis, vel finalis vel efficiens. Sed omnes causæ habent rationem boni : materialis quidem, cum sit ens in potentia, est eadem ratione bonum ; formalis autem, utpote actus, est bonum actu ; finahs vero, quia appetitur, est bonum, cum bonum sit quod omnia appetunt ; agens quoque est actus, et idcirco bonum actu.

II. Bonum potest esse mali causa materialis, seu subjectum: causa autem efficiens, non per se, sed per accidens ; causam vero formalem et finalem malum non habet (a. 1). — Jam ostendimus malum , utpote privationem boni debiti, esse in *subjeclo* quod reapse privatur, et idcirco habere causam materialem, quæ nonnisi ens et bonum esse potest.

Causam formalem non habet malum, cum potius sit privatio formæ ; nec causam finalem, eo quod sit privatio ordinis in finem; nec. rationem utilis, si quidem utile dicitur quod ordinatui in finem.

Causa autem efficiens mali est bonum eo modo quo malum potest habere causam. Atqui malum non potest habere causam per se, sed per accidens dumtaxat. Ergo bonum csl causa efficiens mali solum per accidens. Prob. min. Produci potest malum vel in actione vel in effectu. In utroque autem casu producitur per accidens. Ergo. —

Malum quidem in actione non provenit ex virtute, sed ex defectu virtutis ; sicut in pueris defectus in motu provenit ' \ debilitate virtutis motivir , vel ex indispositione ins-Iminenti, sicut claudicatio ex curvitati' tibiae. Atqui *accidit* agenti quod defeci uni virtutis patiatur, siquidem agit nonin quantum deficit a viri ulc, sed in quantum habet virtutem. Ergo malum in actione per accidens lanium producitur. Hinc axioma : *Malum non habet causam efficientem, sed deficientem*[1].

Malum autem in effectu potest ex triplici capite provenire : vel ex virtute agentis, quando ad formam intentam ab agente sequitur alterius formæ privatio, ut quando ignis comburit domum, et tunc defectus non est per se et in effectu agentis, sed in alio et per accidens, quatenus ignis, inducendo propriam formam, corrumpit aliam per accidens ; vel ex defectu virtutis, ut quando ignis non calefacit, quia est debilis, et hoc est etiam per accidens, quia incidit agenti, ut diximus, pati defectum virtutis; vel demum ex indispositione materiæ, quæ non recipit actionem ignis agentis, et hoc etiam accidit agenti.

Unde concluditur non competere malo causam efficientem per se, sed solum per accidens.

HI. Deus nullo modo est causa mali culpæ ; est autem causa mali physici et pœnæ non per se, sed per accidens (a. 2).

Prima pars est de fide, tum ex Scriptura, ubi frequenter dicitur *Deus non volens iniquitatem ;* Ium ex de.fini-| ionibus Ecclesiæ. Cone. Later. IV profitetur malum culpæ ortum esse a creaturæ libertate : « Diabolus enim et alii dæmones *a Deo quidem creati sunt boni,* sed ipsi per se | icti sunt mali : Homo vero diaboli suggestione peccavit[2]. » Cone. Florentinum prædical : « *Itonus quidem* (creaturas), *quia a summo bono factæ sunl*[3]. |

1. Ad rem S. Augustinus : « Tunc enim, cum aliquid faciunt, *causas habent efficientes;* in quantum deficiunt, et ex hoc mala faciunt... *causas habent deficientes. «De Civil. Dei,* lib. XII, c. vm ; *L.,* XLI.

| 2. Cap. *Firmiter;* Dènzinger , 128.

3. Decret, pro Jacobitis; Denzinger , 706.

Gone. 'I ridenl inum definit : « Si quis dixerit non essi· m polcslnle hominis vias suas malas facere, Sed main <ip« r.i. ifa ut bona, Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie et per se, adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judæ, quam vocatio Pauli. A. S.1. »

Secunda pars etiam asseritur manifeste in Scripturis ubi dicitur Deus punire Ægyptios, Nabuchodonosor, Hebræos et Judaeos inobedientes, affligere Job et Tobiam, irno et Messiam propter nostra scelera percutere : « Propter scelus populi mei percussi eum2. »

Probatur ratione. Malum culpæ in defectu actionis consistit el ex defectu agentis provenit. Sed Deus nequii esse agens defectivum. Ergo. Insuper malum culpa· est aversio a Deo, defectus a regula, conversio ad bonum commutabile. Sed Deus nequit a seipso averti, nec deficere a regula, cum sit regula indefectibilis, nec esse causa ut quis avertatur ab ipso. Ergo nequit Deus esse auctor mali culpæ.

Prob. IIa pars. Agens quod sua virtute causât aliquam formam ad quam sequitur privatio et defectus est causa istius mali, sed per accidens, cum defectus per accidens sequatur nec intendatur ratione sui ab agente. Atqui Deus sua virtute causal aliquam formam seu perfectionem, scilicet bonum et ordinem universi, ad quam sequitur corruptio rerum corporalium, quæ est malum physicum, ut superius explicatum est. Ergo Deus producendo illam perfectionem causât per accidens malum physic um.

Item, Deus causai malum pœnæ. Nam causât ordinem totius universi. Sed ordo universi includit ordinem jus- liliæ, qui exigit ut peccanti condigna pœna infligatur. Ergo Deus est causa mali pœnæ ; at nonnisi per accidens, cum non intendat nisi ordinem justitiæ, cui conjungitur malum pœnæ in creatura.

IV. Corollaria. — Hinc eruitur : 1° Deum non per- mittere malum nisi ratione boni seu finis superioris3.

1. Suss. VI, can. 6.
2. Isa i., Mil, 8.
3. Cf. opus nostr. *Les vingt-quatre thèses thomistes,* p. 276-278.

i Hmm enim malum, pruwrl un culpæ, sit quædam miruptio vel deordinalio, non polesl provisor universali)· imus illud permittere, nisi · propter altiores fines, ut jieili. el concurrat ad rationem pul· hri.

Illi porro fines *altiores* isl i siiul : id inde habeantur diversi gradus in rebus; id agnoscatur liberius creata tqiisquc defectibilitas ; ut innotescant el suprema Dei Indi pendentia, quæ non Ienetur condere creaturas impeccabiles ;ejus justifia, quæ peccatum punit; ejus misericordia, quæ peccatores erigil, imo et damnatos punit citra ..... lignum ; el etiam quo perfectius homo virtutes colat, jicœnitentaam, humilitatem, gratitudinem, quæ, quanto hin jus fuit donum Dei miserentis, eo fit. intensior.

I Calamitates quæ homines affligunt ad bonum supernis a Deo ordinari. Calamitates non sunt malum *absolujuin,* sed sub directione divinæ Providenti® debent bono jncliori *inservire,* quatenus mentem nostram monent de line *supernalurali.* qui forte in prosperitate, negligilur. vel occasiones fiunt intensioris meriti et plenioris satisfac- quæ durior foret in altera vita. Unde recolenda ■uni verba Pauli : « *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*1. »

3° Diversimode Deum causare pœnas. Quædam est pu na damni ; et hujus causa est Deus, non quidem agendo, i‹c‹| potius non agendo, unde consequitur privatio gratiæ. Quaslam est poena sensus, quæ per aliquam actionem lidligitur et hujusmodi pœnæ Deus auctor etiam agendo2.

\. Repugnat existere summum malum quod sit malorum omnium causa prima (a. 3). — l auta iuest conclu- Bioni evidentia, ut sufficiat indicare rationes S. Thomæ.

I" Si daretur summum malum, ‹ ssel malum per essentiam. Atqui repugnat essentia luijusmodi. cum omnis c· ml ia sit ens et idcirco bonum. Ergo.

I Summum malum esset ab oimri bono separatum. ,'Mqui malum ab omni bono séparai uni implicat, quia sic pullum haberet subjectum ac proinde, nullatenus consi-

l *Hom.,* vm, 28.
Sy l v i u s, in h. l.

lilii, juxta clïatum : *Si maluin sil integrum, seipsum dctlruel.* Ergo.

3" Primum principium non est ali alio causatum ɳ‹·‹· est rausa per accidens, secus esset posterius alio, scilicet rausa per se. Sed malum et causatur ab alio, scilicet a bono et est causa per accidens, ut superius ostensum esi. Ergo rdtio primi principii repugnat absolute, malo.

QUÆSTIO QUINTA

Conspectus syntheticus totius doctrinæ catholicæ de Creatione

I. **De fide est Deum esse unum universorum** *principium* **a mundo distinctum.** — Constat ex tota Scriptura, ex omnibus symbolis, ex conciliis, præsertim Later. IV et Vaticano, prout supra exposuimus, q. i, a. 1.

II. **De fide est Deum esse mundi conditorem per creationem stricte dictam.** — Constat ex iisdem documentis, quibus Deus dicitur *creator,* vel qui producit ex *nihilo* omnes creaturas, et visibiles et invisibles, tum angelicam, tum mundanam, tum humanam. Ibid, et q. n, a. 1.

III. **De fide est non dari materiam improductam et Deo coaeternam.** — Scriptura id affirmat dum asserit Deum creasse coelum et terram et *omnia* quæ in eis sunt, et concilia pariter, dum definiunt ex *nihilo* res *omnes* huiusmodi a Deo productas, *secundum, totam earum substantiam.* Decr. ibid.

IV. **De fide est Deum creasse non ex** *necessitate,* **sed liberrimo consilio.** — Ita cone. Vaticanum, in quo tota Traditio resumitur. Id vero importat in Deo intellectum et voluntatem, et etiam *ideas exemplares.* Supra q. i, a. 2.

V. **De fide est Deum creasse non ex indigentia, non minuendam augendam suam beatitudinem, nec ad acquirendam, sed ad** *manifestandam* **perfectionem suam per bona quæ creaturis impertitur.** — Ita laudatum concilium. Quo habetur bonitatem Dei esse *finem* omnium seu illud creationis principalem et ultimum esse gloriam Dei extrinsecam, licet finis secundarius et proximus sit perfectio intellectualis. Q. i, a. 3.

\ l Est de fide *solum* Deum esse creatorem ; est doctimn certa, licet non definita, nullam creaturam posse adhiberi a Deo ut causam creationis principalem; est doctrina communior creaturam non posse adhiberi ut instrumentum creationis.

Prima pars a Scriptura el Traditione asseritur; secunda manifesta ratione probatur, quia creatio requirit virtutem infmitatm, quæ nulli ‹reaturæ potest communicari tertia pars ex eo vindicatur quod repugnet creationi, quæ esi ex nullo pi'ÆêSnpposito, illa actio propria prævia et dispositiva quam exercere debet instrumentum quæque in subjecto recipitur. Q. n, a. 1.

\ II. Est de fide mundum non esse ab æterno sed incepisse, seu conditum esse in principio temporis ; licet do possibilitate æternæ creationis libere disputetur.

Prima pars clare traditur a Scriptura et Traditione e| asseritur in conciliis; possibilitatem vero æternæ creationis affirmat omnino S. Thomas, negant multi, prie·sertim recentiores, dum alii distinguunt, concedendo quod entia permanentia, negando quoad entia sucessivaj Cf. supra, q. ni.

\ III. De fide est Deum esse auctorem distinctionis et inaequalitatis rerum. — Nam fides docet triplicis generis esse creaturam, *spirilualem, corporalem, mixtam,* se|i *humanam,* et singulas esse a Deo productas secundum *lotam earum substantiam.*

IX. De fide est omnem creaturam esse bonam, Deumqun nullatenus esse posse auctorem mali culpæ, sed solum mali physici et pœnæ, quod tamen ad finem altiorem ordinat. — Constat ex dictis superius de malo.

X Quid vero dicendum de cognoscibilitate creationi*. - Concilium Vaticanum delinit « Deum unum et verum, creatorem ac Dominum nostrum, per ea quæ failli sunt, naturali rationis humanæ lumine *certo cognosA posse'.* Intendebat damnare traditionalismum absolut um.

1. *De Hevelulionc,* can. 1.

V l etiam agnosticismum, qui ncganl existentiam Dei veri n mundo distincti posse a sola rulimie cognosci aut demon– ▸·|*ari|, at noluit cognoseilulilalem creationis expresse il› linire. ul aniinadverl.il ipsa Depulalio a concilio institua».

XI. **At, si cognoscibilitas non est definita, eruitur tninen ex concilio, ut conclusio certa**l. **Ni**.....leliuil .....ilium Deum verum naturali rationis lumine eognosc i wcr *ea quæ facia sunl,* additque Pius X, in juramento iuilimodernistico, *lamquam causam per effectus, adeoquc ueumnslrari eliarn posse.* Atqui, ut ratio certo cognoscat iPruin ul causam per effectus, adeoque demonstret, debet l'ognoscere et demonstrare ea quæ facta sunt esse a *solo* Deo producta, non ex aliquo præsupposito, secus daretur nliquod ens a Deo independens, nec idcirco esset *unus* kmis Deus ; sed *ex nihilo, secundum tolain subslanliam.* 1'irgo ex concilio Vaticano et juramento Pie X *concluditur* bosse, creationem naturali rationis lumine certo cognosci ld que demonstrari4.

Argumenta quibus creatio probatur sunt omnino co- g ulia. evidentia, apodictica. Supra, q. n, a. 1. « De facto imiien paucissimi fuerunt philosophi qui, revelationis imxilio destituti, genuinam creationis notionem attigerint, i.il.ilur Lucretius :

« Principium hinc cujus nobis exordia sumet.
« Nullam rem *e nihilo gigni* divinitus unquam5. »

I Sed forte is notionem illam a traditione accepit®.

I l Cf. quæ de his diximus *De Deo,* p. 36.
I ' Cf. *Acia,* p. 79.
I Cf. Pin'a r d, ari. *Création* iu *diction. Ihéol. calhol.,* eoi. 2192.
I l ll (le texte du concile) dii possibilité de connaître le vrai thi ii *qui est créateur,* el cela esl de foi; niais logiquement il est liipossible *d'arriver à une certitude,* nul renient qu'en connaissant bh n en *tant que créateur ;* il s'ensuit, connue une conclusion jimlogique certaine, qu'il est possible à livraison humaine, sinon ■ bin·' les individus, d'arriver par elle même, *naturali rationis* Biiiimr·. à saisir la nécessité d'une créai ion stricte *ex nihilo.* ·I lllriii. *ibid.,* col. 2194.
Kl. l rcRET, Lib. I, v. 148-149.
Ii. Ceterum, Lucretius potius negat aliquid *gigni ex nihilo* ■nun verum creationis conceptum tradit.

\n .lolelis piincipia *de aclu,* de *primo Motore,* login' . **irai** ionis doctrinam continent; attamen de ejus mcnle nun dare constat. Difficultatem pariunt textus in quibus ponit mundum ingenitum et aeternum[1] ; quos tamen interpretantur quidam hoc sensu quod mundus, licet a Deo creatus, fuerit ab aeterno, nec habueri generationem seu initium[2]. »

XII. Est doctrina Ecclesiæ angelos et mundum corporeum conditos fuisse *simul.*

Licet concilium Later, iv non intenderit hoc punctum definire, videtur tamen asserere *simultatem,* saltem *reluUvam,* nam dicit. Deum condidisse *simul ab initio temporis* creaturam spiritualem et corporalem, angelicam videlicet e.t mundanam, *ac deinde humanam.* Quæ verba ex loto contextu important non tantum *paritatem* creationis, sed et *simulianeurn temporis... in principio ac deinde*[3].

XIII. Quæstionem de diebus genesiacis Ecclesia non solvit, sed libertatem concedit exegetis qui veritatem Scripturae inconcussam tenent. — Tot fuerunt excogitata systemata, qua* fortunam successive habuerunt et amiserunt, ut. tutius sit quæstionem exegetis solvendam relinquere, Scriptura intendit nos docere Deum omnia creasse, singula distinxisse, sapientissime ordinasse, opusque **creationis** esse prototypum et fundamentum hebdomadacum suo sabbato : sex nempe sunt dies ad operandum et septima est requiei, eo quod Deus sex diebos **fecerit** œlum et terram et omnia quæ in eis sunt, et requieverit die septima, seu cessaverit a novis speciebus condendis.

Animadvertit Van Noort[4] : « Ut fundamentum hebdomads, assignari opus creationi», non prout reapse faci tum est. sed præcise prout habetur in Scriptura (et antiqui traditione, aut prout in visione Adæ fuit exhibitum) I nam eadem fere ratione Melchisedech assignatur ut lypu· C.hrisli, sempiternum sacerdotium habentis. Melchisedec li

1. Aiustot, *De Coelo el Mundo,* lib. I, texi. 102.
2. *Curii. Phil. Thomisl.,* n, 55.
3. De liis In tractatu de Angelis, q. vi, art. 1, n. vr.
4. Van Nooiit, *De Deo Creatore,* p. 26.

■Iquidem non realiter, sed solum secundum quod in Scrip- l nra exhibetur, erat « sim· paire, sine matre, sine genelogia, neque initium dierum iieqm iinem vitae habens. »

Concludimus verbis S. Thoma· : « In hujus modi quæs- hl milibus duo sunt observanda. Primo quidem, ut veritas K ripturæ inconcussa teneatur ; secundo, cum Scriptura divina multipliciter exponi possit, quod nulli expositioni idiquis ita præcise inhaereat, ut si certa ratione const i- Icrit hoc esse falsum quod aliquis sensum Scriptura· esse I redebat, id nihilominus assumere præsumat, ne Scrip- Lira ex hoc ab infidelibus irrideatur, et ne eis via credendi |iræcludatur'. »

XIV. Nec etiam quæstionem de origine specierum aolvit fides, quæ tamen excludit evolutionem mere paskivam, cum naturali tantum causarum irrationalium et fortuitarum concursu.

Evolutio *mere passiva* repugnat fidei, quatenus sic evacuat interventum Dei creatoris et gubernatoris.

At Ecclesia non reprobat sententiam evolutionis passi- \ n; *sub influxu Dei,* quæ vult Deum adhibuisse species Inferiores ad superiores progignendas, scilicet species Inferiores modificando, perficiendo et ad formam altio- l cin evehendo.

Nec etiam improbat sententiam *evolutionis aelivæ,* hoc sensu acceptæ, ut Deus in principio condidisset speries simul, non in forma actuali, sed in *virlule,* (omrnuni- l nudo scilicet primitivæ moneræ virtutem sese evolvendi ad statum vegetalium, ac deinde animalium, sicul Limen sese evolvendo fit planta vel brutum. Hæc enim ■unientia salvat interventum Dei creatoris, motoris et Biihernatoris, et aliunde congruenter solvil difficultates nine ab evolutionistis objiciuntur.

Γ Philosophice tamen et theologice probabilior est sentiintia de immediata omnium spocierum productione a tiro : tum quia non probatur scientiiice illa successiva et lonlinua specierum evolutio; lum quia specierum pro- Htiilio ad ipsam constitutionem naturæ pertinere videtur,

I. S. Thom,, I P., q. Lxviii, a. I.

»<· proinde ab ipso naturæ Auctore immediate procedi i ‹ll debet *.

XV. Ad hominem quod attinet, evolutio absoluta repo·· gnat doctrinæ catholicæ. — Nam doctrina est catholii il animam humanam a solo Deo immediate produci pad creationem. Quum anima nostra sit spiritualis, repugn.il *melaphysice* ut ex anima brutorum per evolutionem edul catur. Sub hoc respectu evolutionismus est contra cal hot licam doctrinam et intrinsece absurdus.

Repugnat *physice* ut corpus humanum ex corpore b< I- luino efformetur absque speciali Dei interventu, qui maim riam bclluinam immutaret aptamque redderet ad formant superiorem recipiendam. Licet porro non repugnet absolutd ille Dei interventus, non est tamen admittendus nisi ejj fontibus revelationis probetur. Jam vero Scriptura, nedum supponere permittat corporis humani productionem ⬇ corpore belluino, imo dicit Deum efformasse hominem fl limo terræ; quæ verba sensu obvio accepta indicant prolui parentem fuisse a Deo et quoad animam et quoad ‹ orpud immediate conditum.

Quapropter Ecclesia, licet nihil expresse definierit opinionem eorum qui cum Mivart falso contendunt corpu| hominis e corpore simii paulatim evoluto ducere originem, æquivalenter reprobat, dum mandat libros Leroy et Zabi qui hanc opinionem ut probabilem exibebant de medici tolli et removeri2.

XVI. De **antiquitate mundi Ecclesia nihil** detei minavit **sed non sinit antiquitatem hominis indefinite augere. -«** Dummodo admittatur Deum in principio temporis **i** nihilo condidisse creaturam corporalem et spiritualem ac indidisse primitiva: *nebulosæ,* ut aiunt, virtutem que evolveretur ac per diversos status transiret, .nihil obsta! quominus admittantur milliones annorum quos comput-tant plurcs scientific!, ut Dana, A. de Lapparent, etc3. I

1. Cl *Cnrs. Philos. Nat.,* II, p. 304-311; P. Melizan, O. P *Hernie Thomiste,* 1920-1922.

2. Cl. Pehi.ii, n. 108, Tanquerey, n. 839; I.. Janssen* t. VII, p. 008-718.

3. Cf. *Cnrs. Philos. Thomisl.,* II, 80-83.

i \l Scriptura non sinit antiquitatem hominis nimium |i^l< udi. Biblica chronologia non est in omnibus certa, |li'll concordant textus hebrnieiis el versio Septuaginta jtilciprelum. Admissa porro Septuaginta computatione, Bimuinis antiquitas intra octo ani decem millia annorum Iimiiprchcnditur, et hoc tempori» spatium plene sufficit Ilii congrue explicentur tum historica testimonia Ium facta ■lieutifica quæ objiciuntur[1].

I Quibus statutis de. creationis dogmate, jam disserendum ■(ml. de gubernatione et conservatione, quæ creationi Ile (essario connectuntur.

Licet ille tractatus post tractatus de Angelis et de Homine fc'i ete inseratur a S. Doctore, potest tamen hic absolvi, ut Mu r modum unius conspectus habeatur tota notio Dei Creatoris et Gubernatoris.

I I. « Qu'il soit nécessaire d'adopter la chronologie des septante, |nn qu'elle nous fournit un temps notablement plus long, nous ipii sommes convaincus, mais nous n'apercevons aucune raison It'd cadre cette chronologie au delà des huit ou dix mille ans qu'elle boni accorde comme un maximum. » Hamard, *La Science et l'Apo-* ■«»!/"· *chrétienne,* p. 31.

QUÆSTIO SEXTA

De Deo Gubernatore

AD QQ. CIII-CV S. THOMÆ

S. Doctor statuit imprimis dogma præcipuum Gubei nationis rerum in *communi,* q. cui ; deinde descendit ad considerationem in *speciali,* tum primi effectus, qui esi *Conservatio,* q. civ, tum alterius effectus, qui est *Mulatto* Creaturarum a Deo, q. cv.

ARTICULUS PRIMUS

DE GUBERNATIONE RERUM IN COMMUNI

AD Q. CIII S. THOMÆ

L Notio et definitiol — Sæpius gubernatio et providentia promiscue usurpantur, et hinc est quod textuu Scripturistici et documenta ecclesiastica utramque simul asserant et vindicent. Attamen interest opportunas distinctiones retinere. *Providentia* est *ratio* ordinis rerum in finem in mente divina existons et idcirco est simpliciter æterna ; *gubernatio* vero est *actualis direclio* rerum creaJ tarum in suos fines seu *exeeulio* præfati ordinis, ac proindu est temporalis quoad effectum (hic. a. 1, ad 2).

II. Errores. — Doctrina fidei. — Omnes qui providentiam negant gubernationem quoque inficiantur, ut antiqm philosophi, qui omnia vel ex fortuito casu vel ineluctabili iulo repetebant, et recentiores, quorum doctrina sic resii-

i. Cf. quii, dicta sunt de *Providentia,* in tractatu de *Deoi* p. 364 ss.

mil nr in *Syllabo* Pii IX : · Neganda est omnis Dei actio in nomines et in mundum[1]. Nonnulli quidem profitentur gubernationem quamdam communem, quæ tamen non rural de minimis, sed negant, specialem gubernationem quæ actus nostros liberos attingat.

l-'ides autem catholica di< il et dari gubernationem et li-que patere ac ipsam creationem, ita s< ilicei ul ea omnia qua- a Deo creantur, ab ipso quoque regantur seu gubernentur. Unde sit.

III. Prima conclusio : Deus mundum quem condidit mipientissime gubernat (a. 1). — Scriptura testatur : I" esse in Deo non tantum providentiam in mente, sed rl gubernationem in exeeutione : « Tua autem, Pater, providentia *gubernat*[2]. »

I 2° Sicut est Deus omnium, ita esse gubernatorem omnium. cujus *cura,* nihil negligil : « Non enim est alius Deus quam tu, cui *cura* est de omnibus[3]. »

3° Gubernationem illam esse *efficacissimam,* quæ simul *ullingit fortiter el disponit suaviter.* 4° esse *universalissimam,* quæ omnia *a fine in finem* dirigat : « Attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit suaviter[4]. »

Patres generatim probant simul Deum esse mundi *creatorem* el *gubernatorem.* Traditio quasi tota resumitur ni illo celeberrimo effato S. Ambrosii : « Necesse est eumih-m et creatorem esse rerum omnium et iis *providentem.* El quis operator negligit operis sui *curam*[5] ? »

Ex documentis autem ecclesiasticis constat : 1° Deum non posse renuntiare, gubernationi, quasi bonis relinquere! imi donaret suam omnipotentiam ; him· damnatæ sunt n S. Offi'io, sub Innocentio XI. sequentes propositiones®, ni leineriariæ ad minimum cl nova-: « Deus donat nobis omnipotentiam suam, ut ea utamur, simi aliquis donat

I. Prop. 2; Denzinger, 1702.
Sap., xiv, 3.
3. *Ibid.,* xii, 13.
-l. *Ibid.,* vin, 1.
:>. S. Ambros., *De Offic.,* i, 13 : /'. L·., xvi, 41.
(i. Decret. 23 nov. 1679 ; Denzinger, 1217, 1218.

alteri villam aut librum. Deus subjecit nobis suam omnipotentiam. »

·'« Drum non solum providere, sed etiam curare ‹l gubernare, ut exponit conc. Vaticanum : « Universa ver" qme condidit Deus providentia sua Luetur atque gubernat, attingens a fine usque ad finem fortiter et disponens omnia suaviterl. » Ubi quatuor simul asseruntur : 1° providentia ; 2° tuitio seu cura rerum ; 3° gubernatio ; 4° universalitas quia *universa, omnia,* attingit.

Ratio theologica S. Thomæ ‹onvincit. Res naturales ita opèrantùr, ut vel semper vel ut in pluribus ‹onsej quantur quod esi optimum. Atqui id non fieret, nisi res naturales per aliquam providentiam gubernarentur. Ergo datur divina gubernatio, quæ providentiam exequitur. Declaratur major exduplici ordine in rebus vigente : scilicet *dynamico,* quo res in se mutuo agunt, el *teleologico,* qw> in finem tendunt. Probatur minor, Impossibile est ea qua· non cognoscunt finem tendere in ipsum, nisi dirigantur n cognoscente finem. Ergo res naturales debent dirigi ‹l gubernari ab aliquo intelligente, qui finem cognoscat et exequatur ; si< que « ordo certus rerum manifeste demonstrat gubernationem mundi, sicut si quis intraret domum bene ordinatam, ex ipsa domus ordinatione ordinationis rationem perpenderet. » Confirmatur ex consideratione bonitatis divinæ. Quum optimi sit optima producere, oportet ut agens optimum producat optimum in rebus. Atqui perfectum, optimum et ultimum in rebus est conse‹utio finis. Ergo ad Deum optimum pertinet res in finem perducere, quod est gubernare.

IV. Hinc pietatis corollarium. — Maxime decet colere bonitatem Dei, quæ est simul et principium et finis omnium rerum ; nam Deus, sicut ex bonitate res in esse produxit. ita ex bonitate in finem conducit. Menti sunt alte figenda pulchra verba S. Thomæ : « Unde ad divinam bonitatem pertinet ut, sicut produxit res in esse, ita etiam •os ad finem perducat, quod est gubernare. »

1. Sess. III. cap i; Denzinger, 1784.

\. **Secunda conclusio : Finis ultimus gubernationis mundi est aliquid mundo oxtrinsecum, licet fines intermedii sint aliquid intrinsecum** (n ?). - Sicut ordo agentium i l ordo finium. Atqui primus agens seu prima causa i lli< it us rerum est quid mundo <xlrinsei uni, seu a mundo penitus distinctum. Ergo ultimus linis rerum el gubernationis eorum debet esse a mundo dis! inclus el supra lotum mundum elevatus. Finis quippe gubernalionis rerum, non potest esse bonum particulare, quod, ulpole ens per participationem, ordinatur ad bonum universale tanquam pars ad totum; sed debet esse bonum universale. Atqui bonum universale est mundo extrinsecuin et a inundo distinctum, quum omnia quæ sunl in mundo non nisi boni contingentis et participati rationem habeant. Ergo.

Finis autem particularis est perfectio cujuscumque miis, quæ est ipsi propria et intrinseca; linis vero universalis immediatus est perfectio totius universi, et hæc etiam est intrinseca mundol.

VI. Tertia conclusio : Unus est mundi rector et gubernator (a. 3). — Est de fide, nam eadem documenta quæ slat mint esse unum creatorem eodem jure affirmant esse imum provisorem et gubernatorem, præsertim textus qui dicunt esse *unum Dominum*2, nam Domini est gubernare. Pariter concilium Vaticanum, postquam asseruit proprie *unum* esse Deum verum, profitetur hunc *solum* Deum bonilalc. sua creasse et *universa* quæ condidit providentia sua l ucri atque gubernare3.

Probatur ratione. Quum finis mundi sil id quod est essentialiter bonum et. optimum, gubernatio quoque mundi quæ res in hunc finem perducit, debet esse optima, d reapse optima deprehenditur ex ordine dynamico el tideologico qui relucet in mundo. Atqui optima gubernatio est quæ fit per unum. Ergo gubernatio mundi debet esse ab uno rectore. Prob. min. Gubernatio est directio rerum gubernatarum ad finem <4 bonum, quod est unitas ;

1. Cf. supra, q. v, a. 3.
2. « Nobis unus est Deus Pater... el *unus Dominus.* » *I Cor.,* vm, 6.
3. Sess. Ill, cap. i ; Denzinger, 1782-1784.

nam unumquodque appetit suam unitatem sicut et suum esse, quia in lautum est in quantum est unum, et idcirco linis gubernantis multitudinem est unitas sive pax. Atqui causa unitatis per se, est id quod est per se unum ; nam plures non causant unum nisi quatenus sunt uniti, ac proinde id quod est per se unum magis causât unitatem quam plures uniti. Ergo gubernatio magis fit per unum quam per plures et ideo gubernatio optima est quæ fil per unum.

Confirmatur. Quum ordo finium sit secundum ordinem agentium et gubernatio respondeat effectioni ferum, non potest nisi unus gubernator ubi non est nisi unus conditor. Atqui non potest esse nisi unus conditor universi. Ergo nec esse potest nisi unus gubernator.

VII. Quarta conclusio : Gubernationis effectus principalis est unus, scilicet assimilatio ad bonum divinum; effectus autem generales sunt duo, nempe conservatio et motio ad bonum ; effectus demum in particulari sunt nobis innumerabiles (a. 4). — Conclusio ex ipsis terminis elucet. Omnia tendunt ad participationem et assimilatio·] nem boni divini et sic est unus finis. Creatura autem assimilatur Deo bono quia ipsa est bona et ad hoc requitin' ut in esse et bono accepto *conservetur ;* assimilatur autem Deo quatenus Deus est causa bonitatis, in quantum una creatura movet aliam ab bonitatem, et si· requiritur *molio* divina.

Apposite notat Cajetanus, in h. l. « Adverte quod, quia gubernatio non facit res gubernandas, sed supponit eas, ideo non creatio, sed conservatio ponitur primus gubernationis effectus. Et. quia naturaliter res prius in se conservatur quam promoveatur ad bonum, ideo secundus effectus ponitur motio ad bonum, sub qua comprehenditur actio post conservationem. »

\ 111. Quinta conclusio : Omnia etiam infima et minima divinro gubernationi subduntur (a. 5). — De fide, nam documenta quæ Providentiam et gubernationem asserunt, eliam universalitatem adstruunt. Liber *Sapientiae* affirmat generatim Deum absque distinctione curare omnia :

Pusillum et magnum ipse fecit, *el æqualiler cura esi illi (/< omnibusl2* » Christus ad singula descendit et exponit gubernationem Patris cceb-sti» extendi ad omnia, etiam qua· respiciunt lilia agri, volai ilia cudi et etiam capillos capitis nostri1.

Traditio catholica asseril ‹ um S. \ugustino « *etiam vilissimas abjeclissimasque particulas divina providentia regi* b »

Concilium Vaticanum profitetur gubernationem teque patere ac creationem : « *Universa quæ condidi/ Deus sua providentia luetur atque gubernatl.* » Ratio theologica esi perspicua. Tantum se extendit divina gubernatio quantum divina causalitas, quia ejusdem est rem producere, et ad perfectionem gubernatione perducere. Atqui nulla res est quæ a divina causalitate non pendeat. Ergo nec ulla est quæ divinæ gubernationi non subdatur.

Quod iterum liquet ex ratione finis. Tantum patet divina gubernatio quantum ordinatio effectuum in finem. Sed omnia prorsus entia ordinantur in finem, qui est bonitas divina. Ergo omnia omnino divinæ gubernationi subduntur.

IX. Sexta conclusio : Omnia immediate gubernantur a Deo quantum ad rationem gubernationis : sed quoad gubernationis exeeutionem, etiam causarum secundarum consortium Deus adhibet (a. 6).

Tribuendum est Deo quidquid est optimum. Porro, optimum est ut supremus gubernator nihil omnino præli rmittat quod pertinet ad rationem gubernationis et ut in exeeutione ordinis a se excogitati ministros adhibeat. Ergo stat utraque pars com lusionis. Prob. min. Quantum ad gubernationis rationem, perfectio gubernatoris in hoc. elucet quod singula provideat, secus vel ignorantia vel imbecillitate intellectus vel impotentia laborat; in exeeulione autem munificentia et perfectio postulant ut plures

1. *Sap.,* vi, 8.
2. Matth., vi, 26 ss. ; x sq. ; l.uc., xn, 7.
3. S. Augustin ; lib. V *De Genesi ad litter,* c. XXI ; *P. L.,* XXXIV, 336.
I. Denzinegr, 1784.

ministri ;i«lhiIx-ant ur, sicut melius est esse simul bonum «•l i ntiMiim bonitatis in aliis quam esse bonum in se dumtaxat.

X. Septima conclusio : Nihil potest evenire prætoi ordinem gubernationis generalis qua Deus ad finem ultimum omnia disponit : aliquid tamen potest contingero præter ordinem gubernationis particularis, qua Deus causas particulares ad finem particularem dirigit (a. 7).

Utraque. pars conclusionis ex ipsis terminis inotescil. Sicut nullus effectus contingere potest piæter ordinem causæ universalisai inæ, ita impossibile est ut aliquid contingat præter finem ultimum a supremo gubernatore efficaciter intentum, scilicet manifestationem gloriæ suæ ; at vero gubernator universalis providet unicuique secundum modum naturæ suæ, et, quia naturæ debili convenit ut quandoque a suo fine deficiat, permittere potest Deus ut aliquid ab ordine gubernationis particularis exeat.

Quod tamen sub alio respectu ad ordinem generalem reducitur. « quia hoc ipsum quod aliquid contingit præter ordinem causæ proximæ, est. ex aliqua causa subjecta gubernationi divinæ (ad 3). »

Quo sensu semper veritatem habent verba Scripturæ a « Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet[1]. »

XI. Octava conclusio : Nihil renititur, seu obedit quasi reluctans, ordini gubernationis divinæ in communi ; sed tantum in speciali (a. 8). — Declaratur Ia pars. Ordo gubernationis divinæ in communi totaliter in bonum tendit. Porro nulla res est quæ non tendat in bonum operatione et conatu. Ergo nulla est res quæ non obediat ordini gubernationis divinæ in communi. Insuper, impressio quæ est a primo movente non potest reluctare ordini divinæ gubernationis. Atqui omnis inclinatio creaturæ est quædam impressio a primo movente. Ergo, nedum res reluctent ordini gubernationis in communi, potius tendunt suaviter et naturaliter in finem a Deo intentum.

('.oustat etiam IIe pars. Dicuntur creaturæ resistere

1. Isai., XIΛI, 0 ss.

divinæ gubernationi in spe. udi. quatenus non assumunt media a Deo data nec adimplent præcepta ab ipso impolie. Hac distinctione conciliant nr l exi us Scripturæ quibus dicitur modo Dei *consilium* lirmum semper consistere : consilium meum *slabil'* ; el aliquando consilium Dei di spici seu non adimpleri : *Ifespc.i islis* omne consilium meum[1]. »

1. ISAI.. XLVI, 9 ss.
2. *Prov.,* i, 24. — Cf. qua· alibi dicta sunt de voluntate Dei antecedente et consequente.

ARTICULUS SECUNDUS

DE CONSERVATIONE RERUM

AD O. CIV S. THOMJB

I. **Notio. —** Conservatio *active* sumpta seu ex parte Dei est continuatio ipsius actionis qua Deus largitur esse; *passive* autem seu ex parte creaturæ est permanentia in illo esse. Prima autem dicitur *positiva,* quatenus influxu vero rem in esse retinet ; *negativa* vero, quatenus Deus res a se conditas non demolitur; iterumque positiva est *directa,* quæ in ipsam rem influit illud sine quo esse non posset, vel *indirecta,* quæ corrumpentia avertit.

II. **Quæstiones solvendæ. —** Quæritur utrum creaturæ indigeant influxu non tantum directo, sed etiam positivo, ut in esse perseverent, et utrum conservatio a creatione discrimine! ur. Sententia hodie certa, et omnino tenenda, contra paucos veteresl, requirit influxum directum et positivum. Pariter communis est hodie sententia S. Thomæ conservationem non fieri per actionem novam, sed per continuationem actionis quæ dat esse ; licet Henricus Gandavensis Aureolus, et Gregorius Ariminensis*, tenuerint actionem conservativam ab actione creativa specifice distingui.

HI. Prima conclusio : Creaturæ jugi et directo ac positivo influxu Dei conservantis indigent, ut in accepto esse perseverent (1. a). — Scriptura diversimode hanc doctrinam statuit. Psalmi recolunt vitam a Deo ita dependere

I. Pro confutatione hujus sententiae, cf. Lessius, *De Perfectionibus divinis,* c. iv.

.'. IIinhk . Ganday, *quodlib.,* x, q. vu, el *quodlib.,* i, q. ix; Airedi,., /I *Seni.,* lib. II, dist. 1, q. iv, a.2; Gregor. Arimin., *IV Seni.,* n, di I. I, q. vi. Pro illorum confutatione legatur Capreolus, odit. II i.ces, t. m, p. 41 ss.

ul sLatim *deficiat.* si Deus actionem suam retrahat : « *Adferes spiritum eorum el deficient ; emittes spiritum tuum el creabuntur*1. » Quæ verba innuunt jugem Dei influxum in nos. — Liber *Sapienti:!·* asserit. Spiritum. Dei *continere omnia*2, quod importai conservationem, et expresse monet ‹.cnservationem creationi continuari : « Quomodo posset aliquid permanere, nisi Iu voluisses ? aul quod a te vocatum non esset conservaret ur34? »

S. Paulus sæpius dogma illud vindieal. Conservatio est ita necessaria ut nos in Deo et vivamus el moveamur ‹'t simus, ul in Areopago dixit : « *In ipso enim vivimus el movemur el sumus**. » Quæ docet *ad Rom.* : « *Quoniam ex ipso et per ipsum el in ipso sunt omnia*5 ?, non tantum creationem sed et conservationem asserunt ; et pariter ad *Colos* : « *Omnia per ipsum el in ipso creata sunt,* et ipse est ante omnes et *omnia in ipso constant*6. » Quæ *consistentia* rerum est ipsa conservatio. Adhuc manifestius *ad Hebr.* : « *Portans omnia verbo virtutis suæ*7. » « Quæ metaphora vivide exprimit res omnes pendere a jugi illo influxu, quem si retraheret Filius, in nihilum inciderent, sicut frangitur vas, quum retrahitur manus qua portatur.

Patrum traditio est constans. Jam Hermas tradit totum universum *portari* a Filio Dei8. Athenagoras tria tribuit Verbo, creare, ordinare, conservare, nam 'quidquid est *ab ipso fit el ordinatur el conservatur*9. Verbum dicitur quoque a S. Gregorio Nazianzeno *Virtus conservatrix omnium*10. » S. Chrysostomus probat omnia pendere a Deo et addit *mirabilius* esse omnia conservare quam e nihilo educere11. S. Augustinus animadvertit Deum, etsi a creandis novis

1. Ps. cui, 29, 30.
2. Hoc quod *continet* omnia. *Sap.,* i, 7.
3. *Sap.,* xi, 26.
4. *Aci.,* xvii, 28.
5. *Horn.,* xi, 36.
6. *Colos.,* i, 16-17.
7. *Hebr.,* i, 3.
8. Hermas., Simii., ix, xix : Funck, i, 604.
9. Athenagor., *Legal.,* x : *IL* ‹·., vi, 908.
10. S. Gregor. Nazianz... *Orat.,* xxx, 19; *P. G.,* xxxvi, 129.
11. S. Chrysost. *in Episl. Hebr.,* i, 3 ; *P. G.,* ι.χιπ, 23.

spciirliic. i|Uh \riil, nihilominus adhuc operari, quia res conservai Creatoris namque potentia causa est subsiliendi omni ' reaturæ. *Quæ ab eis quæ creata sunl regendis, si aliquando cessaret, simul el eorum cessarent species, mnnisquc nalura concideretl.*[1] » — Eodem sensu loquitur S. Gregorius Magnus : « *Eorum essentia cursum ad nihilum lenderel, nisi eam auctor omnium regiminis manu relineretl.* »

Concilium Arausicanum II, an 529, definit : « Natura humana, etiam in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam creatore suo non adjuvante, *servaret*[3]. » Licet de gratia sit sermo, enuntiatur hic generale principium quod etiam pro ordine naturali, seu pro omni statu humanæ naturæ, valet.

Concilium Vaticanum loquitur potius de providentia et de gubernatione : « *providentia sua luetur alque gubernat.* « At, quia conservatio est effectus gubernationis, possunt aliquatenus hæc verba etiam de conservatione accipi.

Quamquam non est expressa definito, dictrina tamen de conservatione rerum ita clare in Scripturis et Patribus affirmatur, ul quicumque illam pertinaciter negaret *errorem* certissime assereret et *illative* hæreticus comprobaretur.

Ratio theologica est perspicua. Omnis effectus indiget influxu suæ causæ secundum omnia in qïiibus a causa dependet. Atqui omnis creatura, eo quod sit ens per participationem nec unquam habeat in se rationem sui esse,-pendet a Deo, non solum quoad fieri, sed quoad permanentiam in esse. Ergo semper indiget influxu divino ut in esse permaneat.

Eadem evidentia constat requiri directum et positivum influxum. Verba Scripturæ id important; nam, juxta librum *Sapienliæ*. Spiritus Dei *continet* omnia; juxta Paulum, Filius *portal* omnia, qui loquendi modus actionem directam et continuam asserit; imo eligit Paulus

I. S. Augustin., *de Genesi ad litteram,* lib. iV, c. xn ; *P. L.,* xxxiv, 304.

S. (ihi.goh. M., *Moral.,* lib. II, c. xn, n. 20. ; *P. L.,* 1xxv, 565.

3. Cati. 19; Denzinger, 192.

formulam quæ illum influxum exprimit : « *Cum ipse ilei omnibus vitam el inspirationem el omnia*l. »

Ceterum ex ipsa not ione conservationis id eruitur. Conservatio, cum sit continuatio ipsius a< l ionis ipia Deus largitur osse, eumdem influxum requirit. \tqui actio qua Deus argitur esse est omnino dirn<ia el positiva. Ergo et actio conservativa.

IV. Secunda conclusio : Conservatio rerum a Deo non est per aliquam novam actionem, sed per continuationem actionis qua dat esse (ad 4). — Ratio esi manifesta, cum ejusdem sit dare esse et continuare esse ne·· intelligatur creatio quæ non sit conservativa esse quod producit.

Differt tamen conservatio a creatione secundum rationem; quia creatio dicit *esse post non esse,* conservatio autem, *esse post jam esse.*

V. Tertia conclusio : Omnia conservantur immediate a Deo in esse ; quædam quidem a Deo solo, quædam vero mediantibus causis secundis (a. 2).

Dupliciter aliquid rem in esse conservat : *directe,* influendo id sine quo esse non potest ; *indirecte* et per accidens, removendo corrumpentia. Jam vero quædam) reaturæ non indigent conservatione indirecta, sicut substantiæ incorruptibiles. Unde, sicut nequeunt a creatura produci, ita nequeunt a creatura conservari. Aliquæ autem creaturæ possunt indirecte a causis secundis conservari ; sicut sal, ait Angelicus, impedii carnes a putrefactione, et simile est in mullis aliis.

Directe autem substantia (real a conserva! accidentia, quæ in ipsa recipiuntur; potentia vitalis conservat op< rationes vitales, quæ nonnisi ex influxu continuo subjeci i vitalis stare possunt.

Nulla autem substantia creata pol esi conservare directe aliquam *substantiam:* nam. sicul substantia creata non est immediate operative, sed operatur per sua accidentia, il a nequit in aliam influere nisi prius attingendo illius accidentia, et idcirco indirecte et mediate.

1. *Act.,* xvn, 25.

VI Quarta conclusio : Licet possit Deus omnia in nihilum redigore, nihil tamen unquam in nihilium rediget (an 3 cl -I). — Prima pars manifeste docetur in libro *Supirntin·*. ubi dicitur : « *Quomodo possel aliquid permanere nisi lu voluisses*[1]. » Tribuitur hic conservatio iberæ Dei voluntati; unde, sicut Deus libere conservat, ita possel libere annihilare.

Perspicua etiam est ratio theologica. Quum conservatio sit continuatio ipsius creationis, eodem modo' se habet Deus ad conservandum sicut ad creandum. Atqui liberrime creavit. Ergo liberrime conservat, ac proinde, sicut potuit non creare, ita, postquam creavit, potest non conservare sicque in nihilum redigere.

Quocirca non est concipienda annihilatio ut opus in quo positive intervenit omnipotentia divina, sed potius ut subtractio divinæ actionis, quatenus potentia divina cessat a continuando esse.

Quoad ultimam partem nulla est expressa definitio, sed ex revelatione scimus mundum præsentem, licet sit innovandus, semper tamen permansurum et beatos cum Christo gloriam æternam, sicut et damnatos cum diabolo poenam sempiternam, habituros[2].

Suadetur etiam ex textu quem (itat Angelicus : « Didici quod omnia opera quæ fecit Deus *perseverent in perpetuum*[3]. »

Halio sola id plane demonstrat. Quæ enim facturus est Deus proveniunt vel secundum ordinem naturæ vel miraculose. Atqui ostendit ratio neutro modo fieri unquam annihilationem. Ergo. Non secundum ordinem naturæ, s< ilicet operando secundum id quod convenit, creaturarum naturis, quia quædam creaturæ, sunt substantiæspirituales, et idcirco non habent potentiam intrinsecam ad non esse ; aliæ autem materiales et in perpetuum remanent sali em secundum materiam primam, quæ est incorruptibilis. Quapropter si Deus agit secundum id quod naturis rerum congruit, nihil omnino debet annihilare.

Nec per miraculum. Nam miracula ordinantur ad mani-

1. *Sap.*, XI, 26,
2. Cf. *Cone. Later.*, iv ; Denzinger, 429.
3. *Eccle.*, m. ii.

festationem gratiæ el bonitatis divinæ. Atqui hujus modi finis magis obtinetur per conservationem quam per annihilationem ; nam annihilat io est subtractio* divinæ actionis, dum conservatio est mani(e< tatio potentiæ infinitæ, quæ in creatione coni innat n requiritur.

VII. **Corollarium. —** Inde concludunt. l lmmisl.ii· quam irrationabilis sit opinio Scoti, Oet am, Biol, etc., qui volunt transsubstantiationem in Eucharistia esse annihilat ionem substantiarum'. Nos, e regione, reponimus : Si Deus nullam rem in nihilum redigit in universo, a fortiori non potest aliquid annihilare in Eucharistia, quæ est virtutis divinæ opus, amorisque mysterium, ac vitæ sacramentum.

ARTICULUS TERTIUS

DE MUTATIONE CREATURARUM A DEO

AD Q. CV S. THOMÆ

I. **Ordo quæsitorum. —** Exponit. Angelicus quomodo Deus moveat materiam ad formam, scilicet reducat materiam in actum, ipsi formam imprimat, ex materia et forma constituat compositum, a. 1 ; deinde quomodo illud compositum corporeum moveat , a. 2; et inde ad ordinem incorporeum assurgendo, quomodo moveat intellectum, a. 3, el voluntatem, a. 4; ac demum, ut doctrina integra stabiliatur, traduntur principia universalissima de motione Dei in omni operante, a. 5. — Ab art. autem 6 ad 8 resumitur catholica doctrina de miraculis. Quum vero mos invaleat disserendi de istis in tractatu de Revelatione, satius erit statuere special im doctrinam de divina motione.

II. Prima conclusio : Potest Deus immediate movere materiam ad formam (a. 1). — Conclusio ad doctrinam catholicam eo pacto refertur, quod, si quis ipsam negaret, infit iaretur quoque omnipotentiam divinam, quæ est de. fide; el colligitur ex facto quod revelatio testatur, scilicet Deum in productione hominis materiam ita disposuisse, ut reciperet formam, nempe animam viventem[1]. Ratio theologica liquet. Potentia passiva reducitur in actum per potentiam activam sub cujus potestate continetur. Atqui materia est in potentia passiva ad formam et continetur sub potestate Dei, utpote a Deo producta. Ergo potest a Deo immediate, moveri ad actum qui est forma.

Celerum, manifestum est. Deum sibi ipsi habere quod ‹ ausis secundis præstitit. Atqui causis secundis dedit potestatem reducendi potentiam materi» ad actum seu formam. Ergo.

1. *Genes.,* n, 7.

iII. Secunda conclusio : Deus potest quocumque motu corpora immediate movero (a. — Ex tota serie narrationis *genesiacæ* constat Drum corpora jam producta diversimode movisse, disposuisse., ordinasse.

Probatur ratione. Erroneum esi dicere Deum non posse immediate et per seipsum efficere qiiæi-uniqiie fiunt per causam creatam, quæ ab ipso accepil virlulem operandi. Atqui causæ creatæ possunt movere immediate, corpora. Ergo et Deus. — Animadvertatur tamen Deum nobiliori modo et in ordine superiori præstare quod facit creatura in suo ordine, v. g. præstare per modum causæ efficientis quod facit substantia creata in genere causæ materialis, v. g., sustentare accidentia, vel quod facit res creata in genere causæ formalis, v. g., terminare intellectum in visione beatifica, vel substantiam individuam in unione hypostatica[1].

Præsens conclusio ex praecedenti eruitur. Jam enim ostensum est Deum movere posse materiam et formam. Sed qui movet materiam ad formam, movel etiam corpus : ejusdem quippe est dare formam et dare motum, cum omnis motus vel sequatur formam, sicut in vivente motus sequitur animam, vel est via ad formam, sicut calefactio e«t via de formam ignis. Ergo.

IV. Tertia conclusio : Deus movet immediate intellectum creatum (a. 3). — Si conclusio sumatur universaliter tum in ordine naturali tum in ordine supernatural!, de fide est Deum intellectum «reatum movere saltem quoad actus *salutares.* Nam Paulus testaiur bonam cogitationem esse a Deo. « Non quod sufficientes simus *cogitare* aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra e.r Deo *esi*[2]. » Zosimus Papa pronuntiat in singulis nostris cogitationibus Deum intervenire : « In omnibus igitur actibus, causis, *cogitationibus,* motibus adjutor el prolector orandus est[3] ». Pariter, S. Cœleslinus Papa asserit illum divinum interventum in actibus tum intellectus Ium voluntatis, sive in *cogitatione,* sive in *consitio,* sive in omni *motu* liberi

1. Cf. *De Verbo Incarnato.*
2. *II Cor.,* m, 5.
3. *Epist. Tract., P. L.,* xx, 693.

arbitrii Quod ita Deus in cordibus hominum atque in ipso libero arbitrio, ut sancta *cogitatio,* pium *consilium umm guc motus* bonæ voluntatis ex Deo sit, quia per illum illiquid boni possumus, sine quo nihil possumus[1]. »

Doctor Angelicus in præsenti articulo attendit motum seu interventum divinum respectu duplicis forinæ qua fit intellectio, scilicet virtutis intellectivæ et speciei intelligibilis.

Potest discursus sancti Præceptoris sic resumi : Qui præbet intellectui creato duplicem formam quæ est principium intellectionis, movet intrinsece et immediate intellectum. Atqui Deus praebet utramque formam. Ergo. Declaratur min. Prima forma quæ est principium intelligendi est virtus intellectiva. Hanc vero causât directe Deus, qui. cum sit in summo immaterialitatis, est etiam in summo intellectualitatis, et idcirco est primum intelligens, a quo intellectus creatus derivatur et causatur. Altera forma est species intelligibilis, qua intellectus constituitur in actu primo, et hæc etiam a Deo derivatur, vel immediate per infusionem, vel mediate per res ipsas ex quibus ideæ eruuntur. Juxta S. Augustinum, duplex fuit in principio effluxus rerum[2] : unus quidem intelligibilis in mente angelica, per species infusas ; alter realis ad extra, quo res in propriis naturis productæ sunt. Quapropter Deus, qui producit res externas, ex quibus ideæ nostræ eruuntur, causât mediate ideas, et sic movet intellectum.

Tum intellectum tum species intelligibiles *tenet* et ‹onservat ; et insuper *applicat* ad actum secundum, ut constabit ex dicendis in art. 5; hinc principium S. Thomæ : « *Quanlumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur pefecla, non potest in suum actum prodire nisi moveatur a Deo*[3] »

\. Quarta conclusio : Proprium est Dei movere efficaciter voluntatem, sive moraliter, per modum objecti, sive efficienter, interius eam inclinando (a. 4). — Ut jam monuimus n. præced., de fide est Deum movere volun-

1. Denzinokr, 135.
2. S. Ai ‹.i sriN, *De Genesi ad lilterain,* lib. n, c. vm ; lib. IV, c. xxiv ; P. *L.,* xxxiv, 269 ss.
3. S. Thom., I» II»®, q. cix, a. 1. — Cf. nostr. Tract. *De Gralia,* in h. l.

latom saltem in online ad actus *salutares.* Huc faciunt textus Pauli « Deus esl qui operatur in vobis *velle* et perficerel », et declaratio Cœlestini Papa· jam recitata. « *Quod omnis molus bonæ voluntatis ex Deo sil.* »

Probatur ratione. Quum mobile non moveatur efficaciter nisi ab eo quod excedil vel ada-qual ipsius virtutem et id solum quod adæquat voluntatem sil bonum universale, illud tantum per modum objecti movet efficaciter voluntatem quod rationem boni universalis in se habet[2]. Atqui solus Deus est bonum universale. Ergo Deus solus potest efficaciter movere voluntatem per modum objecti.

Pari quoque jure ille solus potest per modum causæ efficientis voluntatem movere, eam interius inclinando, qui ipsam interiorem inclinationem dedit voluntati. Atqui Deus isque solus interiorem inclinationem dedit voluntati. Ergo Deus isque solus potest per modum causæ efficientis voluntatem movere, interius eam inclinando. Ratio minoris est, tum quia Deus est primum principium condens voluntatem, ille porro qui voluntatem causât potest illam inclinare ; tum quia Deus est primum movens et ultimus finis, et, cum inclinari sit tendere in bonum universale, « inclinare in bonum universale est primi moventis, cui proportionatur ultimus finis, sicut in rebus humanis dirigere ad bonum commune est ejus qui præest multitudini. »

VI. Solvitur difficultas de motore extrinseco. — *Objicitur* : Id ‹ ui proprium est moveri a principio *intrinseco* non potest moveri a principio *extrinseco.* \tqui proprium est voluntati moveri a primipio intrinseco. Ergo nequit moveri principio extrinseco quod est Deus.

Resp. : Dist. maj. : Cui proprium est moveri a prim ipio intrinseco tamquam a *proximo el immediato* primipio, non potest moveri a principio exi rinse.' o el immediato, concedo, a primipio extrinsei o *primo el universali,* quod ipsam inclinationem dedit, nego. Contra dist. min., et nego conclusionem ; quia Deus esl illud principium extrinsecum primum et universale quod et. voluntatem condidit et ipsi inclinationem indidit ad objectum, quod est bonum universale.

1. Phil ipp., ii, 13.
2. Cf. *Curs. Philos. Thoinist.,* vol. IV, tract. II.

ARTICULUS QUARTUS

UTRUM DEUS OPERETUR IN OMNI OPERANTE

AD ART. 5 S. THOM.E

I. **Duo extremi errores.—** Per excessum hac in re peccant qui dicunt Deum ita in rebus operari, ut nulla virtiià creata aliquid operetur, sed solus Deus immediate omnia operetur, ita scilicet ut ignis non calefaciat, sed Deus in igne, et similiter de omnibus aliis.

Per defectum vero qui contendunt Deum, præter creationem et conservationem, nihil actu in rebus influere, sed solum sinere ut creatur» utantur virtute a seipso indita.

Primus error dicitur *occasionalismus,* quem diversimode docuerunt plures philosophi veteres, deinde Arabes, ac. novo apparatu Malebranchius, qui putavit requiri in omni operatione virtutem infinitam et ea propter Deum solum operari, creaturasque non ut causas, sed solum ut occasiones ad biberex.

Alterum autem errorem docent omnes qui providentiam el gubernationem divinam negant, seu qui contendunt Deum creaturas semel conditas relinquere sibi ipsis. Imo quidam catholici cum Durando opinati sunt Deum hoc tantum sensu in creaturis operari, quod ipsis dederit naturam et virtutem, quæ est principium opeiationis, quin immediate in ipsa operatione interveniat.

Uterque error doctrinam catholicam saltem indirecte Ledit, propter consequer lias quæ inde profluunt, ut mox apparebit.

II. Priina conclusio : Occasionalismus est omnino rejiciendus. — Si substantiis rationalibus stricte appli-

1. MAl.ïÏlïiAM.ıı.. *Recherche de la vérité,* lib. VI, P. II, c. ni; — Jam S. I'iio m occasionalismum plene confutat in ***III*** *Cont. Gentes,* c. 1 x ix .

(aretur, hæresis evadere!, ‹llml «niis inde evacuaretur ratio merit i et demeriti et sequeret ш· nihil esse nobis imputandum, qui nihil prorsus operamur, sed soli Deo, qui omnia (.innine facit.

In se autem et gencratim inspi Ius, derogat attributis diviris. Bonitati quid *m et pol.ml.iæ. Nam, «i ‹reaturæ nihil agunt, subtrahitur ordo causa* el causali in reluis, sicque arguitur impotentia creantis, qui non potuit hunc ordinem procurare, deficit ejus bonitas, quæ non est diffusiva sui atque etiam sapientia*. Illius enim sapientiæ i st dare formas ad effectum. At frustra essent formæ el virtutes si nihil operarentur. Ergo[1][2]

IU. Secunda conclusio : Praeter creationem et conservationem, admittendus est *immediatus* Dei influxus in causis secundis, quoties actu operantur. — Altera opinio superius exposita essel hæresis, si respiceret etiam ordinem, supernaturalem, quia de fide est non sufficere influxum conservationis, qui omnibus creaturis adest, soil requiri gratiam supernaturalem ad actus *salutares** ; quapropter excipit. Durandus operationes quæ per gratiæ auxilium fiunt.

Ad ordinem autem naturalem restricta, est *error,* nec conciliari potest cum verbis Scripturæ quæ sunt universalissima : « *Omnia opera noslra, operatus es in nobis,* l (omine8. Operatur in vobis *velle el perficere**. » Ac præsertim verba Pauli in Areopago valent de motione Dei etiam in ordine naturali ; nam ostendit Apostolus Deum esse in omnibus quia in omnibus operatur : « Non longe esi ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus el movemur el sumus[5]. »

Doctrinam Ecclesia* egregie exponit (.ate‹ liismus Conflit Tridentini, qui, præter conservat,ionem, requirit etiam *virtutem, motionem*, actionem* Dei in causas secundas :

1. Quoad cetera argumenta el pro solutione difficultatum, cf. *Curs. Philos. Thomist.,* vi, 150 ss.
2. Cf. *Tract, de Gratia,* q. n.
3. Isa i., xxvi, 12.
I. Phil ipp., n, 13.
5. *Act.,* xvii, 27, 28.

« Λ'o/ι *solum* autem Deus universa quæ sunt providentia sua luetur atque administrat, *verum eliam* quai moveiilur et agunt aliquid *intima virtute ad motum atque actionem ila impellit,* ut, quamvis secundarum causarum rllicientiam non impediat, *prævenial* tamen, cum ejus occultissima vis *ad sinqula pertineat,* et, quemadmodum Sapiens testatur, *attingat a fine ad finem fortiter et disponat* omnia suaviter. Quare ab Apostolo dictum est, cum, apud Athenienses annuntiaret Deum, quem ignorantes colebant : TVon *longe esi ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, el movemur, el sumus*l. »

Ratione autem probatur Deum agere secundum tria quæ concurrunt in operatione, *finem, agentem* et *formam.* Dicitur agere Deus per modum causæ finalis in omni agente, quatenus omne operans appetendo bonum ul finem, implicite saltem appetit Deum, a quo bonum omne participatur. Dicitur agere quasi per modum causæ formalis, quatenus dat formam, quæ est principium actionis.

Dicitur agere per modum causæ efficientis, quatenus *applicat* res ad agendum et quatenus res agunt virtute ab ipso participata et communicata. Quum enim in omni operatione producatur *esse,* quod est infer omnia magis intimum in rebus, et est effectus proprius Dei. — si quidem effectus universalissimus, quod est esse, proprius est causæ universalissimæ, quæ est Deus — oportet ut interveniat Deus tamquam, prima causa producens esse *ul sic,* et applicans causam secundam ad producendum esse *hoc* vel esse *tale ;* sicut artifex, ait Angelicus, applicat securim ad scindendum. Breviter in forma : quoties producitur esse, Deus debet applicare creaturam ad productionem cesse. Sed in omni operatione producitur esse. Ergo in omni operatione Deus applicat causam secundam.

Quapropter, si Deus tantum conservat nec applicat, nunquam fiet operatio. Ergo constat influxum quo fit opei alio creature distingui omnino ab influxu quo res in esse conservantur.

Quum autem agatur hic de productione operationis in

1. *Catechism. Cone. Trident.,* P. I., n. 25.

ess·· physico, oportet ul influxus ilio divinus dicatur el sil *physicus.*

Motio quippe *moralis* dicil u r quæ se tenet ex parte *objecli* el respicit *specificationem* a‹ Iu;. . motio autem *physica* est ex parte subjecti et quoad ipsum *cjercilium* actus.

IV. Qualis autem debeat esse influxus, an prœvius an vero simultaneus tantum ? — Exponuntur sententiæ. Quæstio iterum resumetur in tractatu de *Gratia efficaci,* ubi sententiæ longius exponentur. Sufficiat hic conferre, sententiam olim communem Molinistarum cum sententia Thomistarum.

Juxta puros Molinistas, concursus est *simultaneus,* recipiturque non in facultate operative, sed in effectu, nec facit ut causa agat, sed agit *cum* ipsa : hinc actio procedit simul a Causa prima el a causa secunda ; ita quidem ut totus effectus sit a Deo et a creatura, non tamen a Deo vel creatura tamquam a causa totali, sed a causa partiali, quæ exigit concursum alterius partis. Exemplum tritum est duorum trahentium navim vel currum : totus motus esi ab utroque, non tamen ab utroque ut a causa totali motus, quia altera pars produit *cum* altera omnes et singulas partes ejusdem motus. Demum concursus ille est ex se indifferens, et a voluntate ipsa absque ulteriori auxilio determinatur.

Plures tamen neo-Molinistæ, cum nonnullis aliis theologis, admittunt quamdam *pfæmotionem generalem,* quæ voluntatem determinat ad bonum in communi, non vero *ad hoc vel illud* objectum : sicut, dum venins impediit navim, motus quidem navis est a vento liante el progressus navis vento tribuitur sed directio ipsa et ingressus in *hunc* vel *illum* portum adseribitur nani as, qui navim regit; ita quod voluntas impellatur ad bonum in communi provenit a motione divina, sed quod hoc vel illud bonum eligatur ipsi voluntati est tribuendum.

Juxta Thoinistas, e converso, influxus est prævius, qui recipitur in facultate, facultatemque *immutat, elevat el applicat,* ac proinde praa edit actum prioritate naturæ ‹l causalitatis, facitque ut facultas operetur, non tantum ad bonum in communi determinat, sed etiam ad hoc

\ cl illud m µ.. iali præmovet et prædeterminat, ita tamen ni vohiidns pi annota a primo Motore, seipsam moveat m Him proprio ordine, tamquam a proximo et immediato principio

\. **Tertia conclusio : Influxus divinus quo indigent causœ secundae ad operandum est prœvius et physicus, qui creaturam etiam liberam præmoveat et prædeterminet ad singulos actus, secundum modum qui creaturæ convenit, et intacta libertate. — Probatur ex S. Thoma. — Suf**ficiat quædam capita probationum indicare. 1° Doctor Angelicus ostendit præinotionem non repugnare, quia voluntas habet a Deo hoc ipsum quod seipsam moveat. « Cum aliquid movet seipsum non excluditur quin ab alio moveatur, *a quo habel hoc ipsum quod seipsum movet, el sic non répugnai quod Deus esi causa actus liberi arbitrii*I. » Unde, juxta S. Doctorem Deus ita movet voluntatem ut causet hoc ipsum quod voluntas se moveat. Porro causare motum voluntatis importat ut Deus sit motor et voluntas mobilis. *Sed molio moventis,* ait ipse, *præcedil motum mobilis ratione el causa3.* Ergo illa motio est praevia, seu præmotio.

2° S. Thomas *distincte* ponit omnia quæ in præmotione physica concurrunt. Præmovcri a causa prima est *applicari* ab ipsa et agere, *in ejus virlule.* Atqui duæ illæ conditiones expresse indicantur ab Angelico : « Sic ergo Deus est causa actionis cujuslibet in quantum dat virtutem agendi et in quantum conservat eam et in *quantum applicat actioni el in quantum ejus virlule omnis alia virtus agit*4. » Ergo expresse tradit Angelicus nostram doctrinam de præmotione, etiam quoad creaturas liberas, nam concludit:

I. Pro expositione prioris sententia?, cf. Molina, *Concordia :* Li>"ii s,/)e *Gratia e/ficaci;* Mazzella, etc.; pro sententia Ihomislirn : \ı \ Am·-/., *De Auxiliis;* Lemos, *Panoplia;* Goldin, *Metaphysial ;* l)t mmi.hmith, S. *Thomas et doctrina præmolionis physica,* IKHG; *De/cnsio doctrinæ* S. *Thomæ de præmotione physica;* Del Piiado, *De Gratia et Libero Arbitrio.*

'i. V· I‹·» *ih· Malo,* a. 2 ad 4.

3. *II I Coni. Genl.,* cap. cxl.

4. Q. m, *De Potentia,* a. 7.

Ipse in quolibet operante immediate operatur, non exclusa operatione *voluntatis* et natura'. »

3° In praesenti articulo Sw/mn.r *Theologicae* dicit Deum *applicare* formam quam ipse dedil, sii ut artifex applicat securim ad scindendum, qui lanicii interdum formam securi non tribuit. Atqui influxus quo ari ilex movel securim est ulique praevius et physicus, sicut geueratim instrumentum operatur quia physice præmovetur a causa principali.

Ceterum, principia quæ statuit Angelicus in 111. *Cunt. Cent.,* c. 1 x v ii et 1 x v ii. et IV *Coni. Geni.,* c. x l iv, hanc doctrinam de præmotione physica et asserunt et probant of vindicant.

VI. Probatur ex Catechismo Concilii Tridentini. — Jam retulimus illa aurea verba : « Verum etiam quæ moventur et agunt aliquid *intima virlule. ad molum atque actionem Ha impellit, ul, quamvis secundarum causarum efficientiam non impediat,* pr æ v en ia t *tamen. cum ejus occultissima vis ad singula pertineat.* » Sermo esi de influxu *physico,* seu de virtute intima; influxuque *prævio.* cum efficientiam secundarum *praeveniat ;* atque *universali,* I mu ad singula pertineat ; qui movet *secundum modum •pii creaturis competit,* si quidem earum efficientiam non impedit.

Tota igitur nostra doctrina de prævio influxu breviter cl efficaciter defenditur : quæ non est Bannezii inventum, iquidem fuit approbatus ille Catechismus an. 15G6, fere \ iginti annis priusquam Bannez primum opus suum edidisset.

VII. Probatur argumentis metaphysiois. — Imprimis ox actuali dependentia cujuslibet causœ creatœ a prima Causa. — Sicut omne ens in ratione entis actualis pentld actu et immediate a Deo, ita omnis causa in ratione i iiusalitatis actualis debet a Deo aclu et immediate pendere. Atqui hæc dependentia el subordinatio nonnisi per pi.emotionem physicam salvari potest. Ergo.

Major ex ipsa comparatione innotescit : Deus quippe non est minus causa prima quam ens primum, ac proinde, ki ut omne ens subordinatin' Deo ut primo enti, ita omnis

causa dcbel l›co ul primæ causæ subordinari actu in opt··! rando el causando.

Probatur minor. Ut causa secunda actu subordinetur I›ι·‹· m ratione actualis causalitatis, oportet ut actualis inlluxus causæ primæ in ipsa causa secunda recipiatur, non in solo effectu ; secus solus effectus, non ipsa causa, subordinatur. Porro influxus qui recipitur in causa esi prævius seu præcedit actionem ratione et causa. Ergo, ut salvetur subordinatio causalitatis, admitti debet, concursus prævius. In concursu autem simultaneo Deus el creatura se habent ut duo trahentes navim aut currum. At duo trahentes hujusmodi sunt duo cooperatores, qui remanent sibi æquales, sed neuter alteri subordinatur. Dicit quippe subordinatio unum sub alio, et idcirco ordinem prioris et posterioris. Jam vero non datur hæc prioritas in concursu simultaneo, jjam neutra causa exercui prius suam causalitatem. Ergo non salvatur in concursu simultaneo subordinatio causæ secundæ a prima.

Objicilur 1° : In concursu simultaneo salvari subordinationem dignitatis et universalitatis.

Resp. : Inter creaturam et Deum non est tantum subordinate illa, sed etiam subordinatio *causalilalis adualis,* quæ nullatenus in hac sententia explicatur.

Objicilur 2° : Sufficienter salvari, eo quod actio créai ura supponat actionem Dei, non autem vice versa.

Resp. : Negatur omnino. Non enim, quia rationalitas supponit animalitatem, nec vice et versa, concludi potest rationalitatem animalitati in ratione causæ actualis subordinari. Requirit absolute subordinatio *aditalis* causarum, non tantum ut effectus unius pendeat ab effeclu alterius, sed ut una causa ab alia pendeat in ipsa actuali causalitate, quod non nisi per influxum prævium habetur.

\ 111. **Confirmatur ex eo quod, sublata præmotione, nequeat causa secunda constitui in ratione principii in actu secundo causantis.** — Sublata præmotione, remanent tria in agente : virtus operativa, ipsa operatio, el concursus simultaneus. Nullum porro ex his constituit causam in ratione principii *aclualis.* seu in actu secundo causantis. — Non virtus operativa, nam hæc quantumvis

perfecta ponatur, non esl sua nil inia actualitas in ordine operative, id autem quo causa constituitur actu causans (.l ultima ordinis operative m l militas. — Non ipsa operalio. Hæc enim est effectus se· nudus causæ jam in actu secundo constituta;, seu, aliis verbis, est actus secundus *causatus* supponens aliud prius, quo agens reponatur in netu secundo causante. — Non concursus sinndl anens, qui non attingit causam sed effectum. Id sane quo conii ituitur causa in actu secundo causante debet esse prius operatione, quæ inde causatur, sicut causa est prius causato. Atqui concursus simultaneus non est prior operatione, sed simul cum ipsa. Ergo nequit constituere causam in ratio principii in actu set undo causantis. Nec Deus' extrinseee assistens. Nam, nisi causa fiat in se virtuosior, effieacior, actualior, non exit a sua inertia. Atqui non fit *in se* virtuosior et efficacior, nisi recipiat *in seipsa influiruin* novum, qui reducat ipsam in actum, ac proinde actui prævium.

IX. Probatur ex ipsa ratione primi Motoris. — Necesse est ut omnes motores secundi moveantur actu a primo Motore. Atqui motio qua motores secundi moventur actu a primo Motore est præinotio physica. Ergo admittenda est præmotio physica.

Probatur min. Motio illa est *prævia* seu *præmolio.* Nam subordinatio motorum requirit ut creatura sit mobile el Deus movens. Atqui, ut audivimus ex Angelico, *molio moventis præcedit motum mobilis ratione el causa'.* Ergo motio Dei *præcedit* motum creaturæ ac proinde esi *prævia.*

Rursus, motio a Deo impressa esi ejusdem ordinis in quo Deus est primus motor. Sed Deus est primus non in ordine morali dumtaxat, sed el in ordine physico. Ergo motio quam causæ secunda*, imprimi! esi *physica.*

In concursu autem simuli anco unus motor agit quidem in effectum alterius motoris, al neuter est proprie *sub* nlio, cum ambo simul procedant, sicut duo artifices.

X. Probatur ex eo quod esse sit effectus Dei proprius.

I. *III Cont. Gent.,* cap. oxL.

quem creatura nequit attingere nisi ut instrumentum a **Deo** prminotum. — Ubicumque agens principale habet ı ŤĨııťıuıı proprium, agentia secundaria nequeunt illum attingere nisi ut instrumenta. Atqui esse *ul sic* est effectus Dei proprius, cum sit effectus universalissimus qui causai universalissimal adseribit ur. Ergo creaturaI nequeunt osse ut sic attingere nisi ut instrumenta Dei. Jam vero in omni operatione producitur esse ut sic, prout superius explicatum est. Ergo in omni operatione causæ secundæ debent a Deo moveri ut instrumenta, et idcirco *præmoveri.* Cum enim instrumentum non agat virtute propriæ formæ, non agit nisi ut prævie motum ab agente principali, juxta effatum Angela ı : « *Esi ralio instrumenti, in quantum esi instrumentum, ul moveal motuml.* »

Itaque *præmolio physica* ex ratione instrumenti necessario colligitur, el ratio instrumenti necessario competii causæ secundæ quoties operatur.

XI. Probatur demum ex eo quod sublata prædeterminatione physica maxima actualitas Deo subtrahitur. — Transitus, ad actum secundum liberum est maxima perfectio, utpote ultima potentiæ actualitas. Atqui, nisi admittatur prædeterininatio physica, ultima illa actualitas Deo subtrahitur. Ergo. Prob. min. Tribui nequit Deo quatenus ipse dat et conservat virtutem agendi, nam hir est tantum influxus habitualis, qui locum habet etiam quando non iit operatio; nec quatenus præbet concursum simultaneum, nam hic est indifferens, nec transitum confert de potentia ad actum; nec quatenus præbet præmotionem generalem ad bonum in communi, nam hæc relinquit adhuc *polenlialilalem* in causa.

Id quod est *maximum,* non est impulsio generalis, sed vere ac proprie determinatio ad *hunc* vel *illum* actum liberum ; nam in hoc reponitur totum meritum, totaque corona liberi arbitrii. Si hæc determinatio non est a Deo' *prædeterminante, maxima actualitas* divinam præterfugit causa» litatem.

Objicitur 1° : Determinatio ad hunc vel illum actum non

1. *De Veritate,* q. xxvu, a. 4.

i :.i entitas nova, sed solum modus in actu. Deus itaque producit entitatem physicum producendo actum indeliberatum, vel motionem, cl volunlas ponit *modum,* qui est determinatio libera.

Resp. : Nego assertum. Tanta quippe eniitas el perfectio est hæc déterminai io, ul in ipsa reponatur discrimen insigne inter potentiam et ultimam act ualilatcm, illud que ratione cujus boni et sanci i a malis discrepant. Quod sane *maximum esil.*

Objicitur 2° : Si Deus prædeterminat, jam aufert indifferentiam *activam* a voluntate. Atqui, si aufertur indifferentia activa, non jam remanet libertas. Ergo, si Deus prædeterminat, libertatem aufert.

Resp. : Dist. inaj. : Si Deus prædeterminat, nihil relinquendo voluntati faciendum, aufert indifferentiam activam, concedo; si prædeterminat modo qui congruat voluntati, scilicet ita præmovendo ut sub illa motione voluntas scipsam moveat et determinet in suo ordine et tamquam causa proxima, nego ; sed potius prædeterminalio causât indifferentiam et libertatem. Et nego conclusionem. « Cum l'iilur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur quod fiunt ea quæ Deus vult fieri, sed et quod eo modo liant quo Deus ea fieri vult[2]. »

Iterum ergo cum Catechismo Concilii Tridentini jam citato concludamus : « *Intima virtute ad motum atque actionem ita impellit, ul, quamvis secundarum causarum* efficientiam NON IMPEDIAT, PRÆVENIAT TAMEN, *CUin ejus occultissima vis ad singula pertineat.* »

I. Hæc responsio iterum redit *J)e Gratia, q. iv,* art. 2.
l P., q. xix, a. 8.

TRACTATUS DE ANGELIS

S. Thomas vocatur *Angelicus* non ideo solum quia sublimitatem angelorum attingit, eorum nempe puritatem et Intelligence modum, sed etiam quia de angelis mirabiliter disseruit.

Quæ enim in diversis Patrum et ecclesiasticorum scriptorum operibus dispersa vel quasi disjecta erant ipse in unum doctrinæ corpus eximia arte adegit, et, ope analysis et synthesis, naturam et operationem angelicam investigando et scrutando, scientificum illud ædificium exstruxit, quod est tractatus de Angelis.

Hinc jure merito tractatus de Angelis dici potest *egregium* Doctoris Angelici opus. Quapropter illius methodo, principiis ac divisionibus erit insistendum. Quadruplex præsertim pars hic evolvitur, cui addenda est ultima pars (ex q. 106-114), de ministerio angelorum. Completus ergo l ractatus sic exhibetur :

I. De substantia angelorum.
II. De intellectu angelorum.
III. De voluntate angelorum.
IV. De his quæ pertinet ad creationem angelorum.
V. De ministerio angelorum.

Methodus in hoc tractatu adhibenda erit simul *positiva,* ul fundamentis Scriptura' el Traditionis nitatur, et *speculativa,* ut vi et ope theologi· i rat iocinii, analysis et synthesis, scientificum opus stabiliatur. Licet pauca sint revelationis documenta, inde tamen legilimæ fiunt inductiones et deductiones, et semel st alui a vera psychologia angelorum, valet humana ratio infallibili processu solidas dicere conclusiones, quæ nequeant a vero theologo respui.

Quocirca vere scientificus vereque theologicus est Tractatus S. Thomæ de Angelis; imo tanti pretii ac momenti i sl ut eapropter meruerit ipse plæclarum *Angelici* titulum.

QUÆSTIO PRIMA

De substantia Angelorum absolute

AD Q. L S. THOMÆ

Rectissime considerat Angelicus substantiam angelorum tum absolute tum per comparationem ad corporalia. Quæ autem disserit de. substantia ipsa absolute spectant) l ipsam existentiam, et ipsam naturam, quæ omnino spiritualis est, absque ulla compositione materiæ et forma; (aa. l et 2) iliorumque multitudinem (a. 3), differentiam ab invicem (a. 4), ac immortalitatem (a. 5).

ARTICULUS PRIMUS

DE ANGELORUM EXISTENTIA

AD ART. I S. THOMÆ

I. **De ipso vocabulo. —** Quærit S. Thomas in art. l utrum existant aliquæsubstantiæ incorpore» seu pure spirituales, homini præstantiores, quæ *angeli* vocantur.

Angelus, gr. ἀγγελο , hebr. *malâlc,* idem sonat ac *nimiius* ; unde est nomen officii, non naturæ, ut animadvertit S. Augustinus, exponens verba Ps. cm : « *Qui facis angelos luos spirilus.* » Litterali quidem sensu intelligi potest de ventis, quatenus ventos, seu spiritus, facit Deus ministros suos ; at, propter analogiam quæ inter ventum et naturam spiritualem viget, accipitur etiam de natura spirituali, quam Deus ut ministrum adhibet, quasi diceretur : eos qui sunt natura spiritus facis esse ministros tuos. Quem locum interpretatur S. Paulus de angelis x. Pulchre scrihil

1. *Hebr.,* i, 7 : » Et ad *angelos* quidem dicit : qui facit angelo® ' suos *spirilus* el ministros suos flammam ignis. »

Augustinus : « Cum spirilus mini, non sunt angeli ; cum mittuntur, fiunt angeli ; angelus enim officii nomen est, mm naturæ. Quæris nomen hujus naturæ, spiritus est; quieris officium, angelus esi

Inde fit ut in Scripturis nomen angeli usurpetur ad illos designandos qui specialem a Deo missionem seu munus accipiunt, vel Deum specialiter représentant. Quapropter hoc nomine designatur : 1° Verbum Incarnai um, quippe quod, ut nuntius Patris, vocatur *angelus* Testamenti' ; •'° ministri Dei, qui munus sacrum gerunt in tradendo scientiam legis et res divinas, sicut de sacerdote dicitur : I Labia sacerdotis custodient scientiam et legem requirent e\ ore ejus, quia *angelus* Domini est[3].» 3° Præcursor Domini : « Hic est enim de quo scriptum est : « Ecce ego mitto *angelum meum* ante faciem tuam, qui præparabit viam I nam ante te[4]. »

Proprio autem sensu, angeli dicuntur substantiæ creatæ intellectuales, perfecte incorporeæ et subsistentes, homini superiores, quibus Deus tamquam ministris in ordine ad suam providentiam præsertim supernaturalem utitur. Quæ definitio angeli ex toto tractatu innotescit.

II. Errores de angelorum existentia. — Duplex fuit apud veteres erroris species. Alii enim admiserunt formas ■paratas a Deo distinctas, sed perverse explicarunt : Pia-: Ionici quippe inter nos et summum Deum quatuor ordines ponebant, scilicet deorum secundorum, intellectuum separatorum, animarum coelestium et dæmonum bonorum et malorum; dum Aristoteles duos lautum ordines intellectualium substantiarum ponit, scilicet substantias separatas, quæ sunt fines motuum coelestium corporum, et •mimas orbium, quæ sunt moventes per appetitum et desiderium[5].

Quam formam alio apparatu proposuerunt Gnostici,

I. S. Augustin, *In Ps.* cui, *Enarrat. /*, n. 15; P. X., .xxxyiii |348.
F 2. Malach., hi, 1.
3. Malach., h, 7.
I Matth., xi, 10.
i t>. S. Thom., Opusc. XV, e. i el n.

qui ;roiu ci æonum series adstruebant[1] : Alii, e regione cxi: l. nli.nn angelorum et generatim substantiarum separa! arum infitiati sunt, ut Epicurei et materialistæ apud Græcos, Sadducæi[2] et Samaritani[3] apud Judæos.

Isi is adhærent rccentiores pantheist®, positivistæ, materialist®. Juxta Anabaptistes et Protestantes liberales, angeli quos Sacra Scriptura commemorat non sunt nisi manifestatio divinæ potentiæ, vel bonæ inspirationes a Deo immissæ, vel homines quos Deus ad alios erudiendos mittit.

Plures veteres scriptores ecclesiastici, admissa angelorum existentia, erraverunt circa naturam seu spiritualitatem angelorum, vel circa cultum angelis reddendum[4].

III. De triplici via qua possit angelorum existentia demonstrari. — Prima et infallibilis via est *revelatio,* quæ in Scriptura et Traditione manifestissime se prodii. Alteram viam præbent argumenta *melaphysica,* qualis est ratio quam hic evolvit S. Thomas. Tertiam viam suppeditant argumenta quasi *historica, ex* manifestatione virtutis angelicæ in tota mundi historia.

IV. **Argumentum scripturisticum.** — Esse Angelos et Archangclos, ut ait S. Gregorius M., pene omnes sacri eloquii paginæ testantur[5]. Non fuit hæc doctrina a Persis ad Hebræos, post exsilium, derivata, ut contendunt recen- liores rationalistæ, sed in libris sacris ante exsilium scriptis, imo in ipso Pentateucho, disertissime traditur. Scriptura porro angelos esse testatur sive illorum operationes vel apparitiones des< ribendo, sive illorum existentiam directe asserendo.

Quia innumeri sunt textus, sufficiet pauca testimonia

1. Gf. Duchesne, *Diction. Apol. Gnose et Gnosticisme.*
2. Matth., xi, 10.
3. /Ici., xxiii, 8.
I. C.i. Baheii.le, *Angélologie d'après les Pères,* in *Diction, theol. calhol.,* I, cl *Iteoue Thomiste,* mars 1900.
5. S, Guigou. M., *Homil.XXXIV, in Eoang.,* n. 7 ; *P. L.,* lxxvi, 1249.

indigere. Cherubim custodii atrium paradisi1*; angelus gohitur Agar fugientem'; angeli apparent Abraham; liberant Loth3?* manifestantur Jacob*. Angelus primogenitos Ægypl,iorum peri· uti P ; angelus præcedit castra I .rai I ; corripit Balaam, etc.". Angelus apparet Gedeoni ; ■inscii urum Samson præniunl at.'. .Angelus pascit, Eliam m deserto89 angelus castra Sennacherib disperdit" ; Angelus Tobiam comitatur. Angelus custodii Judith10. Prophet® docentur ab angelis11. Facta angelorum in libr. *Machab.* narrantur12.

In Novo Testamento, angeli apparent Zachariæ, B. Virgini13, S. Joseph14, pastoribus15, ministrant Christo in deserto16, Christi resurrectionem nuntiant17?9

In *Actibus Apostolorum*13 frequentissime introducuntur imgeli, sicut etiam in *Apocalypsi*13. »

Exhibentur porro angeli in Scripturis, non ut abstracliones vel allegoriae, sed ut person® reales'' quibus actus personales tribuuntur ut ostendunt citati textus21; actusque proprie morales, ut *mereri* et *demereri',* nam ex angelis nlii suum principatum servaverunt, merendo, alii principatum amiserunt peccando, seu propria libertate abu-

I. *Genes.,* m.
?. *Genes.,* xvi.
3. *Genes.,* xvin, xix.
I. *Genes.,* xxu, xxvm, xxxu.
i>. *Exod.,* xii.
li. *Exod.,* xiv, xxiii ; *Num.,* it.
7. *Jud.,* n, vi, xiii.
s. *Il Reg.,* xxiv.
9. *IV Reg.,* xix.
H). *Tob.* et *Judith.*
II. Isai., v; *Dan.* m, vi, ix, xxiv; *Zuchar.,* i.
17. *// Mach.,* m.
13. Luc., i.
14. Matth., i.
13. Luc., h, 13.
16. Matth., ii.
17. Matth., xxviii ; Maki:., xvi ; l.i <:., xxiv ; Joan., xx, xxi.
18. *Aci.,* i, 10, v, 19, vin, 26, x, 3, etc...
19. *Apoc.,* vu, vin, xn, xv, xxn.
\'0. *Il Pet.,* il, 11.
'I. Cf. Dom Legeay, *L'Ange et les Theophanies,* in *Revue Tholio/e,* x 138 SS?, 495 ss.

Lendo, quo·. l ⅄ us ætemis suppliciis addixit : « Deus angelis ρι·< ‹ uni ibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in l art urum tradidit cruciandos in judicium reservari[1]2 »

" \ngelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni dici, vim ulis aeternis sub caligine reservavit[3]. »

Imo scriptura naturam angelorum sufficienter describit. Sunt nempe *substantiae,* quibus illi actus morales ‹ ompetunt Suntque substantiæ *spirituales,* Jiam vocantur ab Apostolo administratorii *spiritus*[3] ; et *intellectuales,* quia vident faciem Patris[4].gaudium habent de peccatore poenitentiam agente[5], etc. / '

Sunl. autem substantiæ ‹ reatæ : « In ipso (Christo) condita sunt universa in cœlis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Ihroni, sive dominationes, sive principatus) sive potestatis : omnia per ipsum et in ipso *creala* sunt[6]. » Sunt hominibus superiores, quod constat tum ex nominibus quæ ipsis tribuit Scriptura, *Principatus, Virtutes, Potestates, Dominationes,* tum ex disertis testimoniis, quæ recolunt hominem esse angelis minorem et angelos esse virtute majores : « *Minuisti* eum *paulo minus* ab angelis[7]8. » Angeli fortitudine et virtute cum sint *majores*[3]. — Demum a Deo mittuntur in ordine ad suam providentiam, præser-. tini supernaturalem. «Nonne omnes sunt *administratorii* spiritus, in *ministerium missi* propter eos qui hæreditatem capient salutis® ? »

VI. Traditio patristica et declarationes Ecclesiae. — Nullum dubium apud Patres etiam primi ævi movetur de existentia angelorum, licet plures dubii hæserint de tempore quo fuerint angeli conditi, utrum ante creaturam corporalem an simul cum ipsa, aut veram spiritualitatis

1. *II Pel.,* II, 11.
2. JüD., G.
3. *He.br.,* i, 14.
I. Ma t t ii., x v iii, 10.
F». Luc., XV, 7.
6. *Colos.,* i, 16.
7. Pe., vni, 6.
8. *II Pel.,* n, 11.
9. *Hebr.,* i, 14.

notionem non attingerint, ut mox exponetur, ad art. 2. \l quoad existentiam oimics ‹I« «lesiastici scriptores tradunt quæ scribit Augustinus : \ngelos novimus ex fide, et multis apparuisse scriptum legimus ue‹· inde dubitare fas nobis est[2] »

Existentiam angelorum testantur symbola, dum dicunt Deum esse factorem créai lirarum *invisibilium-* ; definit expresse concilium Lateranense IV : « Qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque tie nihilo tori didit creaturam, *angelicam* videlicet et *mundanam,* ac deinde *humanam,* quasi communem ex spiritu et corpore constitutam[3]. » Quam definitionem confirmat concilium Vat icanum[4].

Quod hic directe asseritur est creatio et existentia creaturas angelicæ ; quod etiam innuitur vel quod certo ex textu eruitur est perfecta spiritu alit as angelorum : sunt puri spiritus, nec corpore constant, quia distinguuntur a creatura *humana,* quæ ex spiritu et corpore constituitur. — Sed de his infra, sicut etiam de tempore creationis angelorum.

VII. Argumenta metaphysica. 1° Quoad possibilitatem. Ratio humana probat possibiles esse substantias separatas absque ullo ordine ad materiam, quas angelos dicimus. Demonstrat enim ratio existere substantiam spiritualem incompletam, quæ est forma corporis et tamen extra corpus oram vitam vivit; hæc enim tria ex philosophia constant : el animan esse spiritualem, et esse immortalem extra i orpus, et esse formam corporis, et idcirco substantiam spiritualem incompletam. AI. si possibile esi imperfectum alicujus generis, e.t perfectum possibile eo ipso censendum est ; si possibile est formam corporis extra corpus vivere, a fortiori possibile est existere extra torpora substantias t ompletas quæ nullius corporis sint formæ. Ergo ostendit

1. S. Augustin., *In Ps.* cui, *Enarrat. /,* n. 15; *P. L.,* xxxvui, 1348.
2. Cf. Denzinger, 9, 13, 19, 51. 86.
3. Cap. *Firmiter,* Denzinger, 128.
I. *De Deo rerum omnium creatore,* Denzinger, 1783.

ratio possibiles osse substantias spirituales completas, «pias angelos dicimus.

\ ll I **2" Ad factum quod attinet, existentiam substantiurum spiritualium completarum, seu angelorum, optime suadent, licet non apodictice demonstrent, argumenta a priori[4].**

Arg. IUm, ex corp. ari. Requirit universi perfectio ul sint aliquae substantia; quæ Deo perfectissime assimilentyr, in quant um possibile est. At perfecta assimilatio fieri neqfiil nisi dentur substantiæ homini superiores ac penitus immateriales. Ergo existant hujusmodi substantiæ, quæ apgeli dicuntur. Ratio majoris est quia Deus universum condidit ad suam bonitatem participandam et manifestandam, quæ quidem manifestatio sufficiens non erit nisi sint substantiæ similes in eo similitudinis gradu qui possibilis est.

Probatur minor. Perfecta assimilatio effectus ad causam attenditur ex eo quod effectus causam imitetur seeunduni eam rationem qua causa operatur. At Deus operatur per intellectum et voluntatem. Ergo perfecta assimilatio ad Deum requirit ut existant substantiæ spirituales secundum intellectum et voluntatem perfectæ. — Nec reponatur assimilationem illam in anima nostra sufficienter salvari ; nam anima nostra non est natura, sed pars naturæ, nec nisi imperfecte gradum intellectivum participat, eum sit essentialiter forma corporis. Ex quo eruitur.

Arg. IIum. Ubicumque datur imperfectum alicujus generis, dari debet et perfectum etiam in ordine creato ; ratio est quia finis créai ionis esi perfectio universi, el quia dedecet genus remanere mancum et imperfectum. Atqui datur imperfectum in genere intellectivo, nempe anima humana, substantia spiritualis, sed corporis forma. Ergo existere debet perfectum in genere intellectivo creato, neiiqa substantia spiritualis, seu angelica, omnino separaln, qua· nullius corporis sit actus.

Him optima datur gradatio in partibus universi : sunl sub laul ia· orporeæ sine spiritu; suntque spiritus cor-

1. Heprliliir hic doctrina quam exposuimus iu nostro *Curs. Philos. Thomisl.,* I. V. p. 243-246.

poribus uniti; sunt ileniipir spiritus sine corpore, id est fingeli '.

Arg. IIIum. Cum finis creationis sil manifestatio divinæ bonitatis, non solum objectiva·, sed etiam *formalis,* dari debent substantiæ spirituales <μιιι· sini perfectionis illius lestes, quæ nempe Dei opera plene cognoscant ac ipsum Deum ut par est laudent. At testes perfecti non sunt nisi substantiæ spirituales completæ, scilicet angeli : homo enim, cum opera Dei nonnisi imperfecte cognosc al. non est (reationis sufficiens testis. Ergo debent esse substanti» spirituales completæ, nempe angeli.

Quæ argumenta rem omnino suadent, licet non sint absolute cogentia nec necessitatem pariant : Deus quippe non tenetur absolute quod est perfectius condere, et aliunde gloriam suam in anima humana per *ordinem supernaluralem* sufficientissime manifestat. Congruit tamen omnino ul hæc manifestatio in ordine etiam *naturali* per creationem angelorum effulgeat.

Quapropter congruenti» illæ quas suggerit. S. Doctor, sicut sunt pulcherrima:, ita intellectum proprie quietant.

IX. Argumenta a posteriori et quasi historica, ex manifestatione virtutis angelicae. — Unanimis fuit humani generis consensus in asserenda existentia substantiarum homini superiorum, quas diversis nominibus insignivit. Licet autem reponi possit id ex primitiva quadam revelatione provenire, potest etiam manifestationi horum spirituum tribui. Oracula et mirabilia in fanis deorum, sortilegis, miri effectus qui etiam hodie, præsertim in infidelium partibus, fiunt, videntur arguere exislenl.iam substantiarum homini superiorum'.

1. Hinc intelligitur qua ratione angeli dicantur *medium* inter Ileum et substantias corporeas, ad l. Heus est ih summo immal.erialitatis ; angeli sunt immediate post Deum, utpote formae extra materiam, sed compositae ex potentia el actu; anima nostra est infra, utpote forma sine materia sed in materia. Infimo autem gradu sunt substantiae corporeae.

2. Id animadvertebat Tertullianus : « Porro si et magi phantasmata edunt, et jam defunctorum infamant animas; si pueros in eloquium elidunt, si multa miracula *circulatoriis praestiyiis* ludunt,

Non ponminl enim illi effectus Deo tribui, rum pravi sini i l bru injuriam irrogent. Nec etiam animabus sep.i nilis : non quidem animabus sanctorum, quæ in *manu !)vi sunt* e! nullam possunt injuriam ipsi irrogare ; nec ani- iqabus damnatorum, quia non videtur anima séparai a majorem habere virtutem quam in statu unionis, aut posse alia corpora movere nisi mediante proprio corpore : unde, si non valet post mortem proprium assumere corpus, re- surgendo, nec, a fortiori, potest alia movere1. Ergo a</s- cribendi sunt illi effectus substantiis separatis, quæ angeli dicuntur. *1*

AI t amen cert itudo absoluta non semper paritur, quia non facile statuitur critérium ad virtutem animæ separata· delimitandam. « Quare Scripturarum auctoritas aut Eccle- siae judicium requiritur ut ex operationibus ad existentiam spirituum sive bonorum sive malorum absque ullo dubio concludatur2. »

si el omnia immitunt liabeales semel invitatorum *angelorum el daemonum assistentem sibi potestatem,* per quos et *aapree et mensae divinare consueverunt. » Apol.,* c. xxm, *P. L.,* i, 410-411.

1. i.l' s l'hom., l P., q. cxvii, a. 4.

2. !.. Ia^ssknb, O. S. B., *De Deo Creatore et de Angelis,* p. 462. Cf. commentatores *Summae Theologicae,* in li. 1., Cajetan, Bannez, Joan, a S. Thom., Syi.v., Gonet, Billuart, Janssens, Lépicier.

ARTICULUS SECUNDUS

DE ABSOLUTA SPIRITUALITATE ANGELORUM

AD ART. 2 S. THOMÆ

I. Opiniones. — Ex primo articulo constat existere angelos, seu substantias incorporeas homini superiores. Inquirendum venit utrum illa incorporeitas tanta sit ut excludat compositionem materiæ et formæ, an vero sit in angelis aliqua materia saltem tenuissima.

De hoc puncto erraverunt, non solum philosophi Arabes, qui ponunt angelos compositos ex materia et forma, quosque confutat hic S. Thomas, sed generatim omnes quotquot veram spiritualitatis notionem non attingunt.

Ad scriptores ecclesiasticos quod attinet, hæsitatio diu permansit, vel saltem confusio, quia nondum erat determinatus proprium immaterialitatis conceptus[1][2].

Errori occasionem praebuit apocryphus *Liber Enoch*, qui lapsum angelorum repetit ex concupiscentia mulierum; hinc plures Patres cap. VI *Geneseos* de carnali commercio filiorum Dei cum filiabus hominum intelligunt de angelis. S. Justinus carnale peccatum in angelis admittit[3], et pariter Athenagoras[3][4]. Tertullianus, qui angelos lapsos vocat *desertores Dei, amatores fœminarum*[4]; Clemens Alexandrinus[5][6], S. Cyprianus[6], Lactantius[7], S. Ambrosius[8].

A sæculo autem IV Patres Græci immaterialitatem angelorum omnino efferunt, illosque vocant incorporeos et spiri-

1. Bareille, *Diction. theol. cathol.*, « *Angélologie d'après les Pères* ».
2. S. Justin, *Apol. II*, *P. G.*, VI, 432.
3. Athenagor., *Leg.* 24.
4. Tertull., *De Idol.*, IX; *P. L.*, I, 671.
5. Clem. Alexandr., *Pæd.*, III, 2 et *Strom.*, III, 7; *P. G.*, VIII, 576, 1161.
6. S. Cyprian., *De habit. virg.*, III; *P. L.*, IV, 453.
7. Lactant., *Divin. Instil.*, II, 15; *L. P.*, VI, 333.
8. S. Ambros., *De virg.*, I, 8; *P. L.*, XVI, 203.

Inalr: demml iamque dicunt putare in corporeas substantias corporibus esse copulatas1.

Miiiiol·· illi Patres, sicut et Doctorcs Latini, nondum expoliunt plenum immaterialitatis conceptum, quæ materiam omnem, etiam subtilissimam, excludat. S. Augustinus dubium interdum movet nec audet aliquid definire'.

At recolendum est *corporeum* nonnunquam sumi pro eo quod est *reale* et *subsistens,* quo ratione non nulli Deum vocarunt corporeum ; vel pro eo quod est circumscriptum et limitatum, quo sensu solus Deus est sine corpore et, materia, id est sine potentia, cuncta vero creata materiam habent, seu potentiam. « Solus Deus, ait Joannes Thessalonicensis, incorporeus et incircumscriptus est, intelligibiles vero creaturæ non penitus incorporeæ sunt et invisibiles sicut Deus ; ideo in loco sunt et circumscribuntur3. » Scribit pariter S. Gregorius M. : « Ipsi (angeli) comparatione quidem nostrorum corporum spiritus sunt ; sed comparatione summi et incircumscripti Spiritus, corpus4. » Ipse tamen S. Gregorius spiritualitatem proprie dictam angelorum propugnat : « Spiritualis autem natura non ita est, quæ ex mente et corpore *composita dupliciter non est*3. »

Gregorio generatim consentiunt posteriores scriptores. Verum nonnulli adhuc rem sub dubio relinquunt, ut S. Bernardus® ; imo Magister Sententiarum putat angelis ‹ompetere corpora aerea, in quibus dæmones sustinent pcenam ignis7.

II. Doctrina S. Scripturæ. —Licet conceptum spirituali-

1. Cf. Tit. Bostr., *Coni. Man.,* i, 21, *P. G.,* xvm, 1096 ; EusEB., *Demonsl. Euang.,' iv ; P. G.,* xxn, 252; Didym., *De Spirit. Sanci.,* i, 5; *P.* G., xxxix, 1037 ; S. Basil., *Quod Deus non sil auclor mali,* 9; *P. G.* xxxi, 349; S. Chrysost., *In Genes.,* homil. xxn, 2, *P. G.* lui, 187-188.

2. Cf. Augustin., *Episl.* xcv, 8; *P. L.,* xxxm, 355.

3. Apud Harduin, Collect, iv, 294.

I. S. Gregor. Magn., *Moral.,* π, 3; *P. L.,* lxxv, 557.

5. Ibid., 7, 8, col. 559.

6. *Semi. V el VI super Cantica; P. L.,* clxxxiii, 800, 801, 803 et ee.

7. De illa quasstione legi possunt Petav., *De Angelis,* c. n; G. Baiieii.i.e, *Diction, lheol. « L'Angéologie d'après les Pères »;* Laurent Janssens, in. h. l. Sum. Theol.

latis perpolitum non exhihenl S. Scriptura,solutionis prin- l ipia præbet, quibus possumu. urguendo spiritualitatem crruere. Primo quidem, nomina quæ angelos designant nullum innuunt ordinem ad materiam : vocantur quippe *spiritus, spiritualia* in coelestibus'.

Imo potius in Scripturis spiritus oppoiitur carni et sanguini, et corpori : « Spiritus carnem et ossa non habet sicut nic videtis habere[1]. » Insuper Scriptura angelis attributa el operatione adscribit quæ materiæ opponunt ur. Angeli enim utuntur cibo invisibili et potu, qui ab hominibus videri non potest[3] ; dicuntur administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis[4];* quæ omnia spirituale munus important. At præsertim angeli *vident* faciem Patris qui in coelis est[6], visio porro intuitiva nonnisi substantiæ omnino spirituali potest tribui.

Indirecte confirmatur ex eo quod Scriptura reprehendat Sadducæos, qui negabant angelos et spiritus esse[8]. Si autem angeli non essent substantiæ mere spirituales, non luisset ratio impugnandi illorum existentiam.

Quod autem objicitur ex lib. VI *Genes,* non est hodie ivtinendum; nam *filii Dei* in hoc loco non sunt angeli, sed lilii Seth, qui commercium carnale habuerunt cum filiabus Gain[7].

III. Declarationes Ecclesiae. — Quidquid sit de hæsilalionibus plurium scriptorum ecclesisasticorum, doctrina paulatim elucidatur, et a dubiis et umbris ila absolvitur ul concilium Lateranense IV spiritualitatem perfectam pronuntiet : « Qui sua omnipotenti virtute simul ab initio b-mporis utramque de nihilo eondidil créai uram, *spiri-*

1. *Ephes.,* vi, 12.
2. Luc., xxiv, 39.
3. *Tob.,* xii, 19.
I. *Hebr.,* i, 14.
Matth., xviii, 10.
G. Matth., xxii, 23; *Act.,* xxin,
7. Inter Patres qui confutant ilium tabulam quæ volebat gigantes luisse al> angelis procreatos citandus esi S. Ephraem Syrus, *De Mulo contra Manichæos,* apud Assimimm. *liiblioth. Orient.,* i, p. 128.

lualem el *corporalem, angelicam,* videlicet et *mundanam;* ac deinde *hiimanam,* quasi *communem* ex spiritu et corpon , cou,si il nl am '. » Quæ verba repetit concilium Vaticanum·, Ex until hesi quæ hic statuitur inter naturam *angelicam* (l *corporalem* d *humanam* spiritualitas perfecta vindicatur corporalis est absque spiritu; humana est simul ex corpore et spiritu constituta; ergo angelica debet esse absque ulla materia, seu pure spiritualis omnino.

Quocirca jam a tempore concilii Lateranensis IV nullus fuit theologus qui illam perfectam et omnimodam spiritualitatem inficiatus sit[3].

IV. Rationes theologicæ. — Si angelis competeret aliqua materia, vel esset ejusdem rationis cum nostra materia, vel diversæ rationis. Sed utrumque répugnai. Ergo repugnat quæcumque in angelis concipiatur materia. Prob. min. Non potest esse ejusdem rationis ac nostra, nisi ponatur angelum non differre ab homine. Sicut repugnat duas formas recipi in una numero materia, ita et a fortiori implicat formam spiritualium et formam corporalium recipi in una parte materiæ, secus enim una numero res esset corporalis et spiritualis. Ergo in diversis partibus recipereretur. Sed habere partes convenit soli quantitati. Ergo angelus subjiceretur quantitati et esset divisibilis, quod est impossibile et contra conceptum substantiæ angelica·, quæ concipitur ut absolute simplex et indivisibilis. — Nec potest esse in angelis materia quæcumque diversa a nostra. Cum enim operatio cujuslibet rei sit secundum modum substantiæ ejus, oportet ut ubi operatio excludit omnem matenam, etiam substantia sit omnis materiæ expers. Atqui in angelis operatio propria omnem materiam excludit ; est quippe intellectio, quæ fit per abstractionem ab omni

1. Gap. *Firmiter,* Denzinger, 428.
2. /.)<· Deo *rerum omnium creatore,* 1783.
3. I'.sl singularis opinio quam exponit Cajetanus, non quidem in ('\<>nl11K-il1. *Summe Theologicæ,* sed in *Comm. Epist. ad Hebraeos,* ubi ndinil.lil diemonibus inesse corpus quoddam sensibus ignotum, subtile, simplex, incorruptibile, natum moveri localiter. —VerunV ex hac opinione sequeretur angelos habere corpora sibi naturaliter unitu, non vero esse compositos ex materia et forma.

materia, ita quidem ni ni altior d perfectior sit intellectio quo major est abstrai lio. Ergo oporlel ut substantia angeli omnem materiam excludat.

Confirmatur. Substant ia· qua· suul in supremo gradu realurarum intellectualium debent esse ab omni materia independentes nec ullum habere ordinem ad materiam : id præcise requirit finis creationis el harmonia mundi ut sint in creatione omnes perfectionis gradus, \tqui angeli supremum gradum tenent creaturarum intellectualium. Ergo sunt ab omni materia segregati et independent es nec ullum ordinem habent ad materiam.

V. Solvuntur difficultates et dubia elucidantur.

Objicitur 1° : Ubicumque est compositio generis et differentiæ habetur compositio materiæ et formæ. Sed in angelis st genus et differentia. Ergo.

Resp. : Habetur materia analogice sumpta, nempe, poIentia, et forma sumpta pro actu, concedo : habetur compositio materiæ proprie dictæ et formæ, nego. « Intellectualitas linita et limitata, indeterminate accepta, est aliquid vagum el commune, quod potest esse magis vel minus perfectum, secundum quod magis vel minus accedit ad actum purum, scilicet Deum. Hæc igitur communitas et indeterminatio intellectualitatis tenet locum generis; major autem vel minor accessus ad actum purum tenet lo< um differentiæ[1]. »

2° Quod est forma tantum absque compositione est. actus purus. Sed angelus non est actus purus. Ergo compositionem admittit.

Resp. : Quod est. forma lanium absque composilione essentiæ et esse, substantia· el facultatum, facilitaium el operationum, est actus purus, com edo ; quod est forma tantum excludens tantum materiam, non vero alias compositiones, est actus purus, nego.

Unde in angelis remanet multiplex compositio: 1° ex eo *quod* est et ex eo *quo* csf. scilicet ex essentia et esse ; 2° ex essentia et subsistent ia, nam diam in angelis persona differt a natura ; 3° ox substantia el facultatibus et 4° ex

1. *Curs. Philos. Thomist., Logic.,* p. *>l.

facullid ihii cl operationibus ; nam in ipsis nec substantia esl ini I'lli'cl us nec intellectus est intellectio 1.

3° Iὸγιιιi ipi;e non recipitur in materia est infinita. Sed forma angeli non est infinita. Ergo in materia recipitur.

Hrsp. : Forma quæ non recipitur in materia nec recipit acliim ulteriorem est infinita simpliciter concedo ; quæ non recipitur in materia, sed recipit ulteriorem actum, est infinita secundum quid, seu inferius, concedo, est infinita simpliciter, tum inferius tum superius, nego. Contradis!, min. et nego conseq. — Actus proprie infinitus est actus irreceptus et irreceptivus : unde, si existentia ab essentia non differret, esset infinita simpliciter, quia nec reciperetur in subjecto a se distincto, nec reciperet ulteriorem actum, cum esse sit ultima actualitas omnis formæ2. At, si forma recipit esse, jam est limitata superius, jamque conpositioni subjicitur34

VI. Hinc apparet pulchritudo et excellentia doctrinæ S. Thomæ. — Hæc enim evincit vigere in creatione omnes perfectionis gradus, angelosque. summum locum obtinere ; subjici quidem compositioni, sed aliunde supra cætera creata eminere ; potentiæ admisceri, sed. quia non sunt finiti inferius, universalitate quadam gaudere et ad actum purum accedere, quo fit ut in ipsis genus ex potentia desumat ur et differentia ex accessu ad actum purum Deum. Unde, sicut major esi unitas, ita *mullo nobilior esi personalitas in angelo quam in homine*.*

1. Hinc propositio VII approbata a S. Gong. Studiorum. « CreaIuu·u *spiritualis esi in sua essentia omnino simplex. Sed remanet in en compositio dupler : essentiæ eum esse et substantiæ cum accidentibus. » Acta Apostolicæ Sedis.,* vol. VI, p. 383, ss.

2. Gf. nosl. *Curs. Phil. Thomisl.,* t. V, 4l. 71, 73.

3. Gf. Prop. 1l el III., S. Cong. Studiorum, *Act. Apost. Sedis,* loc. cil.

4. S. Thom., *II Seni.,* dist. 3, q. 1.

ARTICULUS TERTIUS

DE NUMEHO t .VCEI.DHI' M

AI» ART. 3 S. THOMJE

I. Opiniones. — Præter opiniones quas refert et confutat hic S. Thomas, variæ sunt sententiæ, quas ‹ ommeinorare sufficiet. Plures enim SS. Patres existimant numerum angelorum beatorum esse nonagies novies majorem numero hominum, nitunturque parabolæ evangelicæ de ove perdita el nonaginta novem quæ remanent in montibus[1]. Ovis una homo intelligendus est, nonaginta novem angeli boni. Ha præsertim S. Hilarius, S. Ambrosius, S.Cyrillus Hieros., S. Gregorius Magnus[2]. Aliunde putatur tertiam partem angelorum cecidisse ; hinc nova ratio attendenda, ut computetur omnium angelorum multitudo.

Alii sancti Doctores volunt angelorum numerum esse «lupio majorem hominum sanctorum numero, quia homines sufficiuntur in locum angelorum, quorum tertia pars cecidit.

Alii tamen tenent tot futuros esse homines sanctos quot permanserunt angeli boni .Ita S. Anselmus, Petrus Lombardus, etc.[3].

Alii opinantur numerum angelorum excedere omnia individua creata ; alii demum excedere omnes species creatas et omnia individua humana.

II. Prima conclusio : Ingens est angelorum multitudo, quæ nulla certa ratione definiri potest.

Ingentem illam multitudinem Sacra Scriptura perpetuo

1. Matth., xviii, 12; Luc., xv, I.

2. S. Hilar, *in Matth.,* xvm, 6, /'. ix, 1020; S. Ambros., *in* Luc . vu, 15. *P. L.,* xv, 1756 ; S. Cyiu11. Hieros., *Catech.,* xv, 24. *P. G.* xxxiii, 904. Cf. ellam S. Gregor. M., Homil. XXXIV, in *Euang.,* n. 3, *P. /..,* i.xxvi, 1247.

3. S. Anselm., *Cur Deus Homo.,* liL». I, c. xvm ; *P. L.,* clviii, 389 ; Petr. Lombard., *II Seni.,* dist. 9.

proclamai, ubi angeli *exercitui* et *militiæ* comparantur. ‹ Nuuiquid esi numerus millium ejus|2? » « Millia millium minislialianl ei, et decies centena millia -assistebant ei*. « Ilie muli iplicantur numeri nobis notiores, nempe decies, centena, et millia millium, ut idea ingentis numeri nobis ingeratur. « Et subito facta est cum angelo multitudo milii ia· cælcstis laudantium Deum et dicentium : Gloria in altissimis Deo3. » — « Et erat numerus eorum millia millium4. »

Sancti Patres non sunt concordes, ut vidimus, in determinando angelorum numero ; sed omnes concludunt esse ingentem, imo plures asserunt non posse talem numerum determinari, qui est αναρίθμητο , vel ἀναρίθμο 5.

Cæterum, ipsa diversitas sententiarum evincit non posse multitudinem angelorum certa ratione definiri.

III. Secunda conclusio : Rationabiliter dici potest angelorum multitudinem excedere numerum substantiarum materialium quasi incomparabiliter.

Probatur ratione maximæ congrucntiæ, quam evolvil in corpore articuli S. Doctor.

Quanto aliqua sunt perfectiora tanto in majori excessu, vel secundum molem seu magnitudinem, vel secundum multitudinem, sunt creata a Deo. Atqui angeli sunt perfectiores inter praecipuas creationis partes. Ergo illas omnes excedere debent, non quidem mole, qua carent, sed multitudine.

Explicatur argumentum Deus res condendo debet id intendere et consequi quod est finis creationis. At finis creationis est perfectio universi, quæ obtinetur per productionem eorum quæ sunt perfectiora. Ergo oportet ut perfectiora in natura sint producta in majori excessu. In corporibus quidem hic excessus in magnitudine attenditur,

1. *Job.,* xxv, 3.
2. *Daniel,* vu, 10.
3. Luc., n, 13-14.
•I. *Apor.,* v, 11.
5. Cf. S. Cvnii.i.. Hier os, *Catech.,* xvi, 23, *P. G.,* xxxm, 949; S. C.t y h ii.i . \i ix a n d r ., *Oral, pasch.,* xn, 2, *P. G.,* l x x v ii, 673; S. C.h h v s d *. i.. *t'.onl. Anom.,* n, 3, *P. G.,* xi.vm, 1714; Dio n y s., *Cælest. Hierarch.,* vi, *G.,* ni, 231.

unde corpora perfectiora «irleslia excedunt alia secundum magnitudinem quasi incomparabiliter, ut sol terram, etc.; m aliis vero excessus esse debet secundum multitudinem. iTanlictum effatum inlelligitur de partibus præcipuis i real ionis, seu de gradilius cut is. qui sunt esse in corporibus, *virere* in plantis, *senlire* in animalibus, *ratiocinari* in homine, *inlelligere* in angelis; et de. entibus per se intentis, nempe de speeiebus aut de individuis quæ speciei æquivalent ratione suæ nobilitatis el perpetuitatis. Individua vero corruptibilia non intenduntur per se a Deo vel a natura, sed solum propter conservationem speciei. Itaque species plantarum majores esse debent, numero speeiebus corporum, speciesque animalium majores numero speeiebus plantarum. Quia vero homo est in gradu altiori et quia quodlibet individuum humanum est per se. intentum et æquivalet uni speciei, convenit ut numerus bominum excedat numerum specierum animalium. Tandem numerus angelorum debet excedere numerum hominum quasi in< omparabiliter. Herum archangeli debet numero excedere angelos, et principatus archangelos, et ita porro.

IV. Præfatum axioma experientia quadantenus com-probatur. — Nam corporum simplicium species sunt ' irriter 70, corporum vero compositorum circiter 300, dum plantarum species sunt 12000, vel juxta quosdam scientifc os 20000 ; animalium autem species sunt 400000, imo, ut nonnulli autumant, circiter 700000. Hominum autem numerus cæteras species incomparabiliter excedit. Quam doctrinam pulchre exprimit Bossiielius : « Comptez, si vous le pouvez, ou le sable de la mer, ou les étoiles «lu ciel, tant celles que l'on voit que celles «pie l'on ne voit pas, et croyez que vous n'avez pas atteinl l« nombre «les anges. Il ne coûte rien a Dieu de multiplier 1rs choses excellentes ; cl ce qu'il y a de plus beau, c'est, pour ainsi dire, ce qu'il prodigue le plusl. »

1. Bossuet, *Elévations sur les mystères,* Ie semaine, Ire élévation.

ARTICULUS QUARTUS

QUOMODO ANGELI AB INVICEM DIFFERANT

AD ART. 4 S. T1I0M.'E

L Quid certum, quid libere controversum.

1° Imprimis de fide est angelos non esse ejusdem speciei cum animabus humanis : ‹ onstat ex damnatione Origenistarum, qui somniarunt animas esse angelos in corpora, propter scelera vitæ anteactæ, detrusos1. 2° De fide esi pariter dari in angelis gradus superiorum et inferiorum, nam subordinationem quamdam inter angelos manifeste asserunt Scriptura et Traditio, quin tamen determinent in quo sit reponenda. 3° Certum est, licet non definitum, esse in angelis *hierarchias* et *choros* ; quæ doctrina ita est recepta in Ecclesia, ut illam respuere dicatur saltem temerarium. De his infra.

Differre igitur inferse angelos, est sententia catholica; de modo autem quo "differant libere controvertitur. Scriptura enim de hac re silet, et Patres ignorantiam confitentur. Nota sunt verba S. Augustini : « Esse itaque Sedes, Dominationes, Principatus. Potestates, in coelestibus apparatibus, firmissime credo, et *differre inler se aliquid, indubilala fide leneo.* Sed, quo me contemnas, quem magnum putas esse doetorem, quænain ista sint et *quid inler se* differant nescio2. » — « Quid inter se distent... dicant qui possunt, si possunt probare quod dicunt ; ego me ista ignorare confiteor3. »

Quum ergo solutionem non præbeat Revelatio," quæstio csl ex principiis philosophicis dirimenda, argumentis scilicel quæ sive notio et analysis substantiæ spiritualis sive legitimæ analogiæ suppeditant.

1. U.uiiiuil nr hic error a Vigilio Papa, 543. Cf. Denzinger, 203.
2. S. Ai '.i siin„ *Cont. Prise.,* xiv ; *P. L.,* x1 ii, 678.
3. *Ençhiriil.,* 58 ; *P. I..,* x1, "259.

II. **Præcipuæ theologorum sententiae**1.

Tres communiter recensent m·. Prima vult omnes angelos esse ejusdem speciei, si< ul homines, ei differre inter se tantum gradu et dignilale. Ha \lex. Halensis, Scotus, Durandus, Henricus, Gandavensis, Toletus, et multi recentiores, præsertim Palmieri, \ltera sententia ponit specie quidem differre angelos, sed solummodo secundum diversum ordinem vel diversam hieran hiam, ita ul non nisi tres admitti queant, vel ad summum novem angelorum species. Ita, inter alios, Gabriel Biel. Dionysius Carthusianus. Tertia sententia docet omnes angelos differre specie. Ita Thomistæ communiter et plures alii scholastici cum sancto Præceptore ; sed iterum duplicem formam induit hæc sententia : alii enim theologi dicunt non posse lieri ut sint plures angeli ejusdem speciei, ut Cajetanus, Joan, a S. Thom., Gonct. Billuart, etc. ; alii ve.ro existimant posse creari angelos ejusdem speciei qui solo numero differrent; ita præsertim Sylvius, qui plures Thomistas insignes pro hac opinione refert2.

III. Conclusio : Omnes angeli specie differunt.

Arg. Ium. *Ex conditione naturæ angelicae.*

Quæsunt idem specie et differunt solum numero habent materiam signatam quantitate. Sed natura angelica caret materia. Ergo quæ habent naturam angelicam non possunt esse idem specie et differre tantum numero ; ergo in angelis lot sunt species quot sunt individua.

Probatur major. Ut aliqua possint multiplicari numero in eadem specie debent habere principium el distinctionis a cæteris et incommuni· abililalis, nam individuum est distinctum a cæteris et penitus incommunicabile. Atqui principium distinctionis ·■! incommuni· abilitalis est materia signata quantitate. Ergo,- Principium quippe hujusmodi non est forma, qua· esi potius principium communicabilitatis, utpote largiens gradum specificum, ex se communieabilem ; nec existenlia vel subsistentia, qui sunt

1. Cf. Commentatores S. Th., in. Ii. 1. Diversas opiniones refert L. Jansens, t. VI, p. 501 ss.

2. Cf. Sylv., Comment, in h. I.

ïi‹·l n . . h in l‖is. supponens rem jam individuatam. Si ‹| esl mid l'l'ia signala quantitate : cum enim duæ quantitate,·, sini vi sui distinctae, materia quæ respicit hanc quantitatem eril distincta a materia quærespi< it aliam quantitatem, forma quæ recipitur in hac materia erit distincte a forma qua· recipitur in alia materia, et consequenter erit incommunicabilis alteri materiæ quæ aliam respicit quantitatem. Unde, si desit materia signata quantitate, deest principium distinctionis numericæ, et remanet tantum gradus specificus '.

Arg. I Ium. E.r *analogia el inductione.* In inferioribus rep<-ritur mira specierum varietas, eo quidem major quo perfectior est entis gradus. At non videtur credibile hanc varietatis pulchritudinem vigere tantum infra, nec elucere potius in summo gradu entis intellectivi, ubi optime congrueret. Ergo concludendum est miram esse in angelis specierum varietatem. Aliunde nulla apparet ratio multiplicationis numericæ : hæc enim fit propter conservationem speciei, in angelis vero species salvatur in uno individuo, cum ipsa sit incorruptibilis. Quapropter in ipsis* tot erunt species quot individua.

Arg. II"‖'. *Ex unioersi perfectione.* Deus diversitatem induxit in mundo quo melius divinæ perfectiones manifeslarentur. Porro multiplicatio specifica melius et efficacius ad hunc finem ‹ onfert quam multiplicatio numerica, cum species sit individuis potior. Ergo ad mundi decorem plus confert angelos esse specie diversos quam solo numero distinctos, præsertim quum non videatur ratio multiplicationis numericæ quando species in uno semper conservatur.

I ⅄. Quid censendum de sententia quæ tenet angelos, licet de facto differant specie, POSSE tamen ABSOLUTE esse solo numero distinctos.

Si al tenderentur solum secundum et tertium argumentum, qua· congruentiam tantum præstant, posset sententia propugnari. Al prima ratio illam simpliciter excludit.

1. De principio individuationis, cf. quæ disseruimus in *Cura. Philos. Thomisl.,* I. II, p. 236-247 ; Salmanticenses, t. 1.

Xain. si verum est a maleria signata desumi individualionis principium, jam conditio el natura substantiæ angeli. a· impedit multiplicationem,: a·· subinde, si Deus angelos .rcat, illos condit prout rcquiril natura, omnes specie differentes.

Quapropter asserit S. Doctor *quod* impossibile *sil esse duos angelos unius speciei.*

V. **Concludendum** doctrinam S. Thoma·., etsi non cogat absolute, non esse antiquatam aut parvi faciendam, ul innuere videntur plures recentiores ; nam sententia de principio individuationis est omnino fundata, et aliunde vigent plures congruentiae.

Videtur fuisse illa doctrina primum reprobata ab Uni-\ersitate Parisiensi, an. 1277 ; at postea, inserto D. Thoma in albo sanctorum, an. 1323, fuit revocata damnatio1. Sententiae autem S. Praeceptoris semper adhæserunt et adhaerent Thomistæ.

1. Cf. Jourdain, *La philosophic de saint Thomas,* n, 48 ss ; Hauréau, *Histoire de la philosophie scolastique,* n, 96. De mente sS. Patrum et plurimum scholasticorum, cf. L. Janssens, t. VI, pp. 512-522.

ARTICULUS QUINTUS

DE INCORRUPTIBILITATE SEU IMMORTALITATE ANGELORUM

AD ART. 5 S. THOMÆ

I. Notiones præviæ. — Incorruptibilitas et immortalitas, promiscue usurpantur, hoc tamen paeto ut incorruptibilitas dicat solum inamissibilitatem esse, immortalitas vero inamissibilitatem vitæ. Cum autem in viventibus vivere sit esse, incorruptibile, est etiam immortale. Incorruptibile *ab intrinseco* dicitur quod ex natura sua corrumpi nequit : nec per se, quatenus non constat partibus essentialibus quæ dissociari possint, nec per accidens, quatenus non dependet ab aliquo ; incorruptibile autem *ab exlrinseco* est, quod nequit amittere esse per potentiam agentis extrinseci.

Incorruptibilitas et immortalitas *per essentiam* ei tantum competit cujus esse et vita cum essentia convertuntur ; in cæteris autem est immortalitas *per participationem.* Hinc effatum S. Pauli de Deo, *qui solus habet immortalitatem*[1]. Quo etiam sensu intelligendi sunt Damascenus arg. 1 citatus et alii Patres qui Deo reservant immortalitatem, id est essentialem.

II. **Doctrina catholica. —** De fide est angelos esse immortales. « Ite in ignem *æternum,* qui paratus est *diabolo* el *angelis* ejus[2]. » Hic asseritur ignem ideo esse æternum, quia ademi sunt angeli, quibus paratus est. Quod adhuc (liserlius recolit alibi Christus : « Illi qui digni habebuntur simulo illo el resurrectione ex mortuis neque nubent neque duceni uxores ; *neque enim ultra mori poterunt : æquales*

1. *I Tim.,* vi, 16.
2. Ma t t ii., x x v, 41.

enim angelis sunt[2] » Ilie itaque praenuntiatur homines in resurrectione id fore per gratiam quod angeli sunt per naturam. Quocirca non solum immortalitas angelorum, sed et immortalitas per naturum, asseritur.

De angelis valent, imo a Imi imi. verba concilii Lateranensis V sub Leone X, damnantis « *errores...* donatura præsertim animæ rationalis, quod videlicet mortalis sit*. » *Veritas* ergo eot animam rationalem esse immortalem non solum per gratiam, sed et per naturam, quod angelis applicari utique debet. Quocirca, sive ex verbis Christi allatis sive ex definitione concilii Lateranensis V colligitur immortalitas naturalis angelorum.

Hinc rejicienda sententia Scoti, Gabrielis Biel. Vasquez, etc., qui contendunt immortalitatem sive angelo sive animæ humanæ non esse naturalem, sed gratuitam, vel saltem non posse immortalitatem naturalem per solam rationem demonstrari, sed solum ex principiis fidei[3].

III. Demonstratur angelorum immortalitas ab intrinseco. Duplex est argumentum quod evolvil S. Thomas, primum ex notione, formæ subsistentis, alterum ex notione operationis angelicæ.

Arg. Ium. Cum esse sit inseparabile a forma, id quod est forma tantum non potest amittere esse, sed est incorruptibile ab intrinseco. Atqui angelus est forma tantum. Ergo angelus est ab intrinseco incorruptibilis. Explicatur major, lisse convenit formæ, non per aliud vel per accidens, sed immediate et per se. Unde, si producitur forma, esse per se. convenit ipsi. Quod autem convenit alicui per se inseparabile est ab ipso. Ergo esse est inseparabile a forma. Revera, corruptio fit. non quatenus esse a foi nui separat ur, sed quatenus forma separatur a materia, seu subjecto. Quare, ubi mm est materia, esse non potest separari, quia forma non separatur a seipsa[4].

1. Luc., xx, 35-36.
2. Denzinger, 738.
3. Cf. Comment. S. Thomæ in Ii. I., præsertim Cajetan., Sylv., Gonet, et quæ disseruimus in *Curs. Phil. Thomisl.,* t. III, p. 100-113.
I. Cf. Curs. *Phil. Thomisl.,* t. II, p. 139, 141.

Arg. II|"". Operatio manifestat naturam rei, et ipso operui io ex objecto innotescit. Ex quo sic arguitur : Cum ol'jccl uni intelligibile sit propria intellectus perfectio, viget atlir<|ual.io quædam inter intelligibile et intellectum, ita ut quod convenit intelligili et intellectui convenire debeat.. Atqui objectum intelligibile est omnino incorruptibile, sicut, etiam est ab omni materia abstractum. Ergo et incorruptibilis est intellectus et ipsa essentia a qua dimanat.

IV. Demonstratur immortalitas ab extrinseco.

Licet possit Deus absoluta potentia angelos annihilare, ratio tamen *sola* probat angelos nunquam annihilatum iri, nec attent o ordine naturali et consueto, nec per miraculum. Non quidem attento naturæ ordine. Nam Deus auctor na- l uræ non subtrahit rebus quod est proprium naturis carum. Atqui proprium est naturis spiritualibus esse immortales. Ergo Deus non subtrahet illis immaterialitatem attento naturali ordine. — Nec etiam per miraculum. Ordinatur quippe miraculum ad majus bonum, scilicet manifestationem gratiæ. At redigere in nihilum non manifestat gratiam, sed melius ostenditur Dei bonitas conservando quam destruendo. Ergo nihil unquam in nihilum redigetur[1].

V. Qua ratione dici possint angeli corruptibiles, seu defectibiles. — Primo dicuntur mutabiles, quia transierunt de non esse ad esse, per creationem in tempore. Secundo (plia possent, absolute, loquendo, in nihilum a Deo redigi. Tertio, quia etsi in æternum maneant, non habent esse a seipsis, sed a Deo creante et conservante. Quarto quia possunt deficere in operatione, peccando. Quinto, quia etsi facultates et operatio naturalis sint indefectibiles, sunt tamen in angelis accidentia quædam defectibilia, nempe illa omnia contingentia quæ perpetuo in ipsis adveniunt et l ranseunt.

Sidus itaque Deus est plenissimo sensu immortalis et immutabilis[2].

1. Cf. S. Iik im., // *Coni. Geni.,* c. 1 v, et I P., q. 104, aa. 3 et I.
2. Cf. I P., <|. o. 2.

QUÆSTIO SECUNDA

De comparatione angelorum ad corpora

AD Q. LI S. THOM.'E

Perspicuus est ordo quem ipse Angelicus indicat : in <|. Li sermo fit de comparatione ad corpora generatim, in q. 1 ii de comparatione ad loca corporalia, in q. 1 iii, de comparatione ad motum localem.

Quæstio præsens duplicem excludit errorem, et eorum qui volunt angelis competere corpora naturaliter unita, et eorum qui, e regione, absolute negant angelos assumere corpora ; et, vera sententia stabilita, explicatur utrum in corporibus assumptis exerceant angeli opera vitæ.

ARTICULUS PRIMUS

UTRUM ANGELI HABEANT CORPORA SIBI NATURALITER UNITA

AD ART. 1 S. THOM.'E

I. **Ratio articuli. —** .Non redit hic qmesilum quod jam luit solutum superius, aa. I et 2 ; nam ibi ostensum fuit angelos non esse substantias extensas, sed incorporeas, nec ‹ ompositas ex materia et forma, sed penitus spirituales. Verum potest substantia spiritualis uniri corpori essentialiter, seu natui aliter, sicut anima humana. Unde inquiri udum superest utrum angelus, licet in se spiritualis, conjungatur tamen, alieni corpori saltem tenuissimo, per modum formae substantialis.

II. **Veterum opiniones. —** Huc etiam recurrunt **quæ** nd art. 2 superioris quaestionis animadvertimus; qui enim

exist iimiiil angelos esse corporeos vel materiales a fortiori adsi ribunt ipsis corpora naturaliter unita. Platonici pra·· seri im hanc opinionem induxerunt, eo quod putarent esse qmedam animalia aerea, quæ dæmones nominabant. His ad laeserunt Origenistæ, nec non plures SS. Patres. Ipse S. Augustinus anceps hæret, ac interdum videtur tribuere angelis corpus quoddam æthereum, cæleste, quasi spin tuale[1].

Similem sententiam proposuit, coram Patribus concilii Nicæni II. Joannes Thessalonicensis; at synodus ipsa id solum retinuit, posse ' angelos sub imaginibus corporeis depingi, quia constat ipsos in corporibus apparuisse ; intactam vero reliquit quæstioncm utrum angeli habeant corpora sibi naturaliter unita[2].

S. Bernardus etiam existimat angelos habere corpora tenuissima, ut in animas nostras agere et in inter se conversari possint[3].

Huc etiam redit singularis opinio Cajetani, de qua alibi.

III. Doctrina catholica. — Scriptura, licet apparitiones corporales angelorum frequenter commemoret, innui | aliunde angelos non esse corporibus essentialiter unitos, dum dicit spiritum non habere carnem et ossa[4], vel angelos uti cibo invisibili et potu, qui ab hominibus videri non potest[5]. Certitudinem vero præstat declaratio concilii Lateranensis IV : « Simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam[6]. » Ex quo arguitur : Si angeli haberent corpora sibi naturaliter unita,

1. S. Augustin., *Serm. CCCLII,* 17; *P.L.,* xxxix, 1622; *Epist.* ix, 3, *P. L.,* xxxiii, 72: *In. ps.,* cxlv, 3, xxxvn, 1185 : *Relracl.,* i, 26, *P. L.,* xxii, 626.

2. Cf. Harduin, Collect, iv. 294, ss.

3. Cf. S. Bernard., Serm. V et VI, *Super Canlica ; P. L.,* ci.xxxiii, 798-806. De mente S. Bernardi, cf. L. Janssens, op. cil., p. 535-538.

4. Luc., xxiv, 39.

5. *Tob.,* xii, 19 .

6. Cap. *Firmiter,* Denzinger, 428.

constituerentur essentialiter ex corpore et spiritu. Atqui, juxta concilium, sola sbstanlia humana est ex spiritu et corpore constituta, non autem angelica, seu spiritualis. Ergo ex concilio colligit ur angelos non habere corpora sibi naturaliter unita.

IV. Rationes theologicae. — \rg. I"lll. \ alet iterum ratio quæ superius allata est ad probandam angelorum existentiam quamque recolit.. S. Doctor in line articuli. Cum Deus in creatione intendat perfectum, oportet ut in quocumque genere invenitur imperfectum, et perfectum existât. Atqui in genere, intellectivo invenitur imperfectum, scilicet anima humana, quæ habet corpus sibi naturaliter unitum. Ergo in eodem genere debet esse perfectum, non habens corpus sibi naturaliter unitum.

Arg. IIum, quod evolvitur in prima parte articuli.

Quod non est de ratione alicujus naturæ, sed ei accidit, non invenitur universaliter in natura illa, ita ut sint quædam habentia naturam, quin illud habeatur. Atqui habere sibi naturaliter corpus unitum non est de ratione substantiæ spiritualis, sed ei accidit, et convenit alicui propter suam imperfectionem. Ergo habere corpora sibi naturaliter unita non convenit omnibus habentibus substantiam spiritualem, et idcirco sunt quædam substantiæ spirituales quæ non habent corpora sibi naturaliter unita, et illas dicimus angegelos.

Major intelligenda est de aliqua perfectione quæ ita generi accidit ut tamen sit essentialis vel propria alicui speciei sub genere content® : sic haberi-, alas accidit generi animalis, ita tamen ut sequatur naturam alicujus speciei, scilicet avis.

Prob. min. Cum intelligerc non sil actus corporis, sed fiat per abstractionem a materia, uti corpore ad intclligendum non est essentiale substantia- intellectuali, sed competit solum alicui propter imperfectionem, quia hæc est in potentia, plenitudinem scientia- non habens vi sui, sed acquirens per sensus corporeos a rebus sensibilibus. — Quod est itaque intrinsecum intellectioni est attingere objectum spirituali; quod autem attingatur objectum ministerio sensuum vel aliter non est intellectioni essentiale : unde

poleril «Inii mlellectio quæ fiat per spécies a Deo inditas \i·l min .i>. rl «lari etiam intellectio quæ fiai per specie» n sriisiliililms abstractas.

\. Cur angelus non vivificet corpora (Ex. resp. ad 3), *Objicilur* : Omnis perfectio quæ convenit animæ etiam angelo competit. Sed vivificare corpus est perfectio quæ competii animæ. Ergo et angelo competii.

Besp. : Dist. maj. : omnis perfecto *simplex* quæ competii animæ competit etiam angelo, concedo ; omnis perfectio secundum quid quæ competit animæ et angelo competii, nego ; secus angelus in ordine inferiori reponeretur.

Contradist. min. : Vivificare *formaliter* est perfectio secundum quid, concedo, perfectio simplex, nego. Et nego conseq. — Vivificare formaliter est esse partem intrinsecam compositi animati, et idcirco importat limitationem et imperfectionem ; vivificare autem efficienter est præstare vitam, seu dare actum, ac subinde perfectionem tantum audit.

Quocirca Deus non potest vivificare formaliter, eo quod non possit gerere vices causæ formalis[1], sed potest vivificare efficienter, quatenus est causa infundens vitam. Anima vero humana vivificat formaliter, quia est imperfecta in genere intellectualium, utpote actus corporis ; non tamen vivificat efficienter immediate, quasi largiens ipsa vitam, sed solum immediate, in quantum transmutat el efficit ut materia recipiat formam vitalem. Angelus demum non vivificat formaliter, quia est perfectior anima ; non vivificat autem efficienter nisi mediale, quia est imperfectior Deo nec in sua virtute continet, ut Deus, creaturarum vitam.

1. Gf. *Curti. 1'IuiIoκ. Thoinist.,* I. VI, p. 126, 127.

ARTICULUS SUCI XI)US

DE APPAHITION IHI'S ANGliJlHUM LV *CDRPOHIHUS ASSUMPTIS*

AD ART. 2 ET 3 S. THOMÆ

I. **Quaestiones solvendæ. —** Multiplex quæstio **hic** movetur : de ipso facto, seu de objectiva realitate, apparitionum angelicarum in corporibus assumptis ; de modo quo liant ; ac prætera an omnes apparitiones Dei vel sanctorum liant per angelos; et demum an in corporibus assumptis exerceantur opera vitæ.

II. Angeli assumunt quandoque corpora ; ita nempe ut eorum apparitiones contingant, non secundum imaginationem tantum, sed secundum corpora realiter assumpta. Doctrina certissima, quam testantur S. Scriptura, SS. Pa- l res, Ecclesia Catholica, quamque ratio theologica optime (Iinfirmât.

S. Scriptura utidusqué Testamenti apparitiones narrat Angelorum ; nam angeli apparent Abrahæ, Loth, Tobiæ, ile., muntiantque Christum nascentem et resurgentem l. SS. Patres ex apparitionibus angelorum inferunt diorum I xistentiam : « Angelos novimus ex fide, el mull is apparuisse riptum legimus, nec inde dubitare fas nobis est'. »

Ecclesia huic doctrina? ila firmiter adhaeret ut festum instituerit, quo recolerentur apparitiones S. Michaelis \rchangeli et S. Raphaelis. Ratio theologica est perspicua, i iiiod communiter, constanter el uniformiter ab omnibus \d a multis videtur non esi visio imaginaria, sed realis. \lqui corpora ab angelis assumpta visa sunt a multis, et

I. *Genes.,* xvni, xix ; *Tob.* ; l.i n ; Mattii., xxviii, Marc., mi ; Luc., xxiv ; Joan., xx, x.\i.

[2. S. Augustin., *In Ps.* cm. *Enarr.* i, n. 15; *P. L.,* xxxvm. 1318.

modo consimili. Id manifestum est ex apparitionibus «pur faci le Html Abrahæ, Loth, Tobiæ, mulieribusque in resurroc«| liom* (hrisli1. Ergo corpora illa non fuerunt imaginaria, sed renfiler assumpta.

Major ex se innotescit, secus esset deceptio universali ·, quam Providentia permittere nequit. Apparitio quidem potest esse objectiva, tametsi non percipiatur ab omnibus ; quia, sicut potest beatus species sui corporis gloriosi relinere, ne videatur ab omnibus, licet alicui se exhibeat visi-l bile2 ; sic potest angelus actionem corporis a se assumpti ita dirigere et disponere ut hæc sensum alicujus persona· afficiat, non vero cæterarum.

Tunc ex diversis adjunctis judicari potest utrum sil apparitio objectiva an subjectiva. Sic ex multis factis constat apparitionem B. Virginis in rupe Lourdes fuisse corporalem, licet ab una puella tantum perciperetur.

At, si ab omnibus vel a multis et constanter videtur apparitio, indicium certum et infallibile habetur non esse imaginariam, sed objectiva realitate gaudere.

III. De conditionibus ad assumptionem requisitis. — Tria requiruntur. Oportet 1° ut angelus sit quoad substantiam intime præsens corpori assumpto secus non esset apparii io angeli vera. 2° Ut conjungatur corpori tamquam motor mobili, quippe qui non potest tamquam forma uniri. 3° Ut uniatur tamquam signo apto ad repræsentandum intelligibiles angeli proprietates, vel personam quam gerit angelus ; quia aliud est movere, aliud assumere corpus, seu apparere in corpore assumpto : ad hoc enim requiritur ut corpus repræsentare valeat personam et proprietates aut angeli, aut Dei, aut sanctorum. Quocirca, si repræsentatur persona ipsius angeli, dicitur apparitio angelica ; si persona Dei, apparere dicitur Deus ; si persona B. Virginis, dicitur apparere B. Virgo.

IV. De modo quo fiat assumptio. — Communiter scholasl,i< i mm D. Thoma opinantur corpus assumptum effoj-

1. Cf. Matt ii., xxviii, 5 ; Marc., xvi, 5 ; Luc., xxiv, 4.
2. Cf. S. Thom., III P., q. lvi, a. l ad 2.

mari ex aere condensato (tui 3). Sicut enim potest angelus iutciu movere, ita potest aerem condensare in figuram corporis visibilis et resistentis, prout requirit finis ad quem corpus assumitur. Nonnulli theologi ss ientificum modum excogitarunt quo explicetur apparitio1; satius est reponere corpora assumpta elTormari ex elementis externis quæ aptiora sunt ad hujusmodi configurationes el repraisent.titiones.

V. Utrum omnes apparitiones Dei factæ fuerint per angelos. — Posset quidem Deus assumere corpus et in Irorpore assumpto apparere : sicut enim potest uniri corpori hypostatice., seu substantialiter, ita potest conjungi accidentaliter, ut motor mobili. Quæstio igitur est de Lheophaniis veteris Testamenti, in quibus divina persona manifestatur. S. Justinus et cum eo non pauci Patres, sive Græci sive Latini, opinantur theophanias esse secundæ personæ, Lilio, proprias2; at S. Augustinus el deinceps scriptores ecclesiastici ac theologi reponunt apparitiones illas osse loti Trinitati communes, seu 1res personas in illis repræsenlari3.

Docent porro mulli scholastici cum S. Thoma præfatas apparitiones contigisse ministerio angelorum, licet alii theologi contradicant, quorum sententia remanet libera in Ecclesia. Eodem modo contingit sicut in missione visi bili Spiritus Sancti, in qua « creaturæ visibiles formatæ sunt ministerio angelorum, non tamen ad significandum personam angeli, sed ad significandum personam Spiritus Sancti. Quia igitur Spiritus Sanctus erat in illis creaturis visibilibus, sicut signal um m signo, propter hoc secundum i as Spiritus Sanctus visibiliter milii dicitur el. non angelus4. » Et hæ·· est pariter sententia S. Augustini®.

1. Cf. Palmieri, *Pneumatol.,* Thru. Ill, deinonl. 3 part. *
2. Cf. hac de re D. Legeay, O. S. H , *I Ange el les theophanies,* lu *Revue Thomiste,* an. 1902, p. 405, an. 1902, p. 46 ss., 125 ss.
3. Cf. S. Augustin., *De Trinil.,* lil>. Il el. Ill, *P. L.,* xi.ni, 845 us., 867, ss. Cf. quæ disseruimus alibi de missionibus divinarum personarum, p. 450 ss.
4. S. Thom., I P., q. x l iii, a. 7 ad 5.
5. S. Augustin., III *Trinil.,* c. I, tv, v, ix, *P. L.,* x l iii, 871-879.

Quæ iln probatur. Si ratio esset ponendi Deum ipmilH assumpsisse corpora et immediate apparuisse, id sane forni in iis lo· is ubi Deus proprio nomine et ea loquitur quæ nonnisi Deo conveniunt. Atqui ex ipsa Scriptura eonslul eaedem apparitiones factas fuisse per angelos. Ergo nullu est ratio supponendi Deum aliquando assumpsisse corpul et immediate apparuisse. Prob. min. Deus dicitur apparcrd Ahrahæ in valle Mambre1, et aliunde Paulus dedaral Abraham suscepisse angelos2 ; Deus dicitur apparere Moysi in rubo : « *Ego sum Deus patris lui... Ego sum qui sum*3 ▮„ et testatur Stephaniis apparuisse angelum in flamma rubi45 Deus dat legem Moysi, et nihilominus docet Paulus id contigisse ministerio angelorum : *ordinata per angelos*3. 1

Censendum est igitur Deum, propter suam altissimam majestatem, numquam apparuisse immediate, sed]»«›▮ angelos, qui sua natura sunt medii inter Deum et creaturam corporalem .Et idcirco movere valent corpus eo quod nulli corpori sint alligati. Quia tamen apparitio fit nomine Dei, non vero nomine angeli, dicitur apparitio Dei, non autem apparitio angelica.

Notandum est, ex resp. ad 1, omnes apparitiones Veteris Testamenti ad illam apparitionem ordinatas fuisse, qua Filius Dei apparuit in carne. Cum igitur jam sit peracta illa Dei manifestatio in carne, mirum non est rariores esse angelorum apparitiones corporales in nostra oeconomia praesenti.

VI. De apparitionibus Christi. — Visus est Christus corporaliter in Loto vitæ decursu ; deinde post resurre* - tionem, sive privatim sive omnibus discipulis manifestus apparuit et ipsis cernentibus est elevatus in coelum, ul canit Ecclesia in Praefatione Ascensionis Domini. Personaliter etiam apparuisse B. Paulo post Ascensionem ex eo eruilur quod Paulus asserat se esse, sicut et cæteri apostoli fuerant , resurrectionis dominicæ testem : « Deinde visus

1. *Genes.,* xvm.
2. *Ilehr.,* xm.
3. *Exod.,* in, 2, 6, 14.
4. *Aci.,* vu, 30.
5. *Gal.,* in, I!).

‹ l .Jacobo, deinde apostolis omnibus ; novissime autem [niunium tanquam abortivo visus esi *el mihil.* » Ergo vidit Christum in propria persona shut el cietcri apostoli.

\on constat alias Christi apparitiones in propria persona rmiligisse, sed omnes apparitiones Homini qua· narrantur pn vitis sanctorum eodem pacto explicari possunt sicut apparitiones Dei in Veteri Testamento, scilicet per ministerium angelorum ; qui est modus naturalis ; ul diximus.

VII. De apparitionibus B. Mariæ Virginis et sanctorum.

L· Posset B. Virgo, virtute gloriæ, assumere corpus et in illo se conspicuam exhibere, quum virtute gloriæ angelis munibus præstet. At convenit ut ordo naturalis generatim urvetur et fiant apparitiones B. Virginis mediantibus angelis. sicut de apparitionibus Christi dictum est.

Animæ vero separatæ non possunt naturaliter assumere i orpora ; quia, Jutpote formæ commensuratæ propriis torporibus, non possunt alia nisi mediantibus propriis movere. Unde, si propria corpora non valent assumere, nec a tortiori alia[2].

\ttamen ex *virlule gloriæ* aliqua potentia animalius sanctorum dari potest « per quam possint mirabiliter apparere \ i\ entibus eum voluerint ; quod alii non possunt nisi interdum permissi[3]. »

I lie etiam tenendum est servari generatim ordinem *naluiiilein seu consuetum,* qui est per ministerium angelorum, nisi exceptio probetur.

Theologi porro nonnullas admittunt exceptiones : 1° apparuisse ipsam animam Samuelis. qui dicitur prophetasse post mortem[4] ; 2° animam ipsam Moysis in ‹lie Transfigurationis ad Christum accessisse. - Quod non esi. mc intelligendum, ait S. Thomas, quasi anima Moysi suum corpus resumpsisset; sed quod anima ejus apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut angeli apparent. Elias nutem apparuit in proprie corpore, non quidem de cœlo

1. *I Cor.,* xv, 7-8.
2. Cf. S. Thom., I P., q. cxvn, a. 4.
3. *Supplem.,* q. l x ix , a. 3.
I. *I Reg.,* xxviii ; *Eccli.,* x i.v i, 23.

<·πιρ\i▮<···. allui um sed de aliquo eminenti loco, quo fueral iu curru igneo raptus1. »

\ 111. **De apparitionibus dæmonum. —** Factis innuincris constat apparere dæmones in forma sensibili, ut testatur S. Augustinus2.

Cum enim virtus assumendi corpora sit angelo naturalis et naturalia in dæmonibus integra permanserint, valent, dæmones in corporibus assumptis sese manifestare. Discrimen est tamen attendendum inter apparitiones sanctorum angelorum et apparitiones dæmonum : quia divina virtute adjuvantur angeli boni ad corpora efformanda vel movenda, nunquam diaboli ; et insuper quia potest impedire Deus ne dæmones tota virtute sua naturali abutantur contra ordinem divinæ providentiæ.

IX. Angeli in corporibus assumptis veras exercent operationes ; quæ non sunt tamen vitales proprie et intrinsece, sed similitudinarie vel extrinsece dumtaxat (art. 3). — Operationes quæ fiunt in ‹ orporibus assumptis non esse illusiones vel mera præstigio, sed vera facta, constat ex ipsa Scriptura ; nam ‹ orpus ab Archangelo Raphæle assumptum realiter movebatur et realem edebat sonum. Verum illa: actiones non sunt proprie vitales. Dicuntur operationes quædam vitales *extrinsece,* quæ fiunt quidem a vivente, ut movere, sonum edere, et., sed quæ possunt tamen a principio extrinseco elici ; nam motus localis potest a motore, extiinseco repeti, et sonus, cum fiat per collisionem acris, potest ab agente extrinseco produci. Operationes autem vitales *intrinsece* non possunt nisi a principio intrinseco, procedere, ut sensatio, nutritio, generatio3.

Quocirca nulla fit sensatio in corporibus assumptis. Nec nutritio aut comestio proprie dicta: nutrio enim sensu omplelo non est abque assimilatione. Licet autem comestio x il.ili . intrinsece non importet conversionem alimenti in substantiam comedentis (nam Christus post resurrcctio-

1. S. Thom., Ill I*., q. xlv, a. 3, ad. 2.
2. S. Am.i 11\,, *De Civil. Dei,* lib. XV, c. x.xui : *P. L.,* xi.t, 4G8.
3. Ct. *Curs. I'hilos. Thomist.,* t. 111, p. 30, 55 ss.

nem vere comedit absque illa conversione), requirit tamen ul procedat a principio intrinseco, sᴋ ilicet ut comedens verum habeat corpus ac vivum, in quod possitcibus converti. Unde comestio angeli non foil nisi apparens et figurative spiritualis comestionis.

Generatio quoque viventium csl actio essentialiter el. intrinsece vitalis nec polesl nisi viventi adscribi. Posset quidem diabolus, per semen alicujus viventis acceptum, foecundationem artificialem procurare; sed facta hujusmodi quæ narrantur minime sunt probata nec ullatenus credenda.

X. De symbolica ratione corporis assumpti. — « Exprimunt pedes et manus virtutem movendi et agendi ; pectus domicilium omnium virtutum, ac imprimis amoris castissimi ; caput in cœlum erectum insinuat divinæ esentiæ jugem contemplationem; oculi cognitionem significant ; aures promptitudinem audiendi divina jussa et fidelium preces; nares figurant vim discretivam inter bonum et malum, os et lingua repræsentant facultatem enunciandi et explicandi oracula et voluntates Dei. Alæ insuper angelis adduntur ad coelestem agilitatem exprimendam. Apparent autem in blanda juventute ad connotandam integram floridamque beatitudinem[1]. »

1. Laurentius Janssens, op. cil., p. 547.

QUÆSTIO TERTIA

De loco et motu locali angelorum

AD *Q.* LII s. thomæ

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSO LOCO ANGELORUM

AD *Q.* LUI S. THOMÆ

I. Doctrina catholica de loco Angelorum. — Angelos esse de facto in loco, aliqua saltem ratione, perpetuo recolit S. Scriptura, quæ angelos ut in coelo residentes exhibet[1], vel quæ testatur angelos venire in locum, vel mitti in locum, vel ligari in loco, ut quum dicit duos angelos venisse Sodomam[2], Gabrielem missum esse in civitatem Galilææ[3], alligatum esse dæmonem in deserto superioris Ægypti[4]. SS. Patres, dum ponunt angelos esse m coelis, diversosque esse coelos pro diversorum angelorum dignitate[5,6] aliunde cavent ab errore Theodori Mopsuesteni, et Theodoreti, qui contendebant angelos esse ita loco affixos ut repugnet ipsos ante mundum corporeum exstitisse. Sic S. Gregorius Nyssenus optime explicat naturam intelligentem et materia carentem esse a loco independentem®.

Doctrina igitur catholica in his paucis resumitur : 1° an-

1. *Genes.,* xxi, 17, xxn, 11 ; Tob., x ii, 20 ; Matt ii., x x ii, 30.
2. *Genes.,* xvm, 22.
3. Luc., i, 26.
4. *Tob.,* vm, 3.
5. Cf. S. Ilii.ah., *In Ps.* cxxxv, 10; *P. L.,* ix, 774.
6. S. ilui.ooit. Nyssen., *Cont. Eunom.,* lib. I, *P. G.,* x l v, 302. « Loci enim positiones proprie sunt corporum ; at quod natura sua spirituale C'l et omnis materiei expers, ei omnium confessione, • circumscriptio loci non competit. »

:'<dos absolute loquendo posse extra locum existere. cum ml substanti» pure spirituales, quæ subinde possent ante mundum corporeum creari, el adhuc in esse persisterent in hypothesi (non tamen admittenda) qua mundus corporeus annihilaretur. "?0 Angelos tamen de facto esse in loco, ut ex praedictis testimoniis Consi al. 3<> \<m esse *ubique,* nam is modus illi soli competii qui esi virtutis infinitæ. Hinc temeraria vocatur sententia Durandi, qui. non asserendo, sed inquirendo, putat angelos esse ubique præsentia ordinis1.4° Non esse in loco *circumscriptive* ; quia is modus importat dimensiones, vi quarum locatum applicatur loco el. continetur loco, angeli autem dimensionibus, sicut et materia, carent, et locum potius continent quam a loco continentur. Unde 5° remanet ut sint in loco *definitive,* quatenus, licet non circumscribantur a loco, nequeant lamen in aliis locis esse, dum illorum virtus in uno definitur ei restringitur®.

II. De ratione formali qua angeli sunt in loco : variae sententiae3. — Docet hic S. Thomas angelum esse in loco *per applicationem virtutis suæ ad locum.* Aliqui Thomistæ, ‹ um Sylvio, interpretantur de applicatione virtutis etiam effectu non secuto, absque præsentia operationis. Alii communius intelligunt de operatione actuali effectum produ- ' ente, saltem si agatur de præsentia completa.

Extra scholam D. Thomæ, variæ sunt sententiae. Prima, quæ tribuitur Scoto. quamque amplectuntur Molina, Valentia, vult angelos fisae in loco immediate per suam subslant'am. Altera, quæ estSuarezii, priesentiam explicat per aliquem modum intrinsecum distim tum a substantia el. pertinentem ad prædicamentum ubi. Teri ia, quæ est Vasquezii, per modum quemdam unionis physicæ a voluntate productum4.

1. Cf. Durand, *l Seni.,* dis!.. 37, ·' part., q. i, n. 26.

2. Recolantur quæ disseruimus, q. vm, de præsentia Dei in rebus, et in *Curs. Philos. Thomisl.,* f. 11. p. 196 ss., t. 111, p. 191 ss.

3. Cf. Commentatores S. Thoma·, in h. 1., Cajetan, Bannez, Joan, a S. Thoji., Suarez,' Molina, Sylvius, Gonet, Salmant„ Billuart, Gotti, et ex recentioribiis L. .lanssEns, t. VI, p. 556-573.

t. Cf. Vasquez, disp. clxxxviii, *P. i·,* cap. ult. ; Suarez, *De \ngelis,* lib. IV, cc. n, m, vn, vm.

111 **Conclusio : Angeli sunt in loco, non ratione ipsius ■ubntnntii», nec ratione alicujus modi intrinseci aut physici, sed per applicationem virtutis proprie dictam, quæ est ipsa operatio (a. 1).**

Probatur 1a pars. Non potest angelus esse præsens in loco nisi per id ratione cujus habet veram habitudinem ad locum. Atqui per suam substantiam angelus nullam habel ad locum habitudinem : nec contenti et mensurati, cum sit conditionum corporalium expers ; nec formæ, cum sil perfecte spiritualis ; nec agentis, cum substantia non sit immediate operativa. Ergo non potest angelus esse in lo< o præsens ratione suæ substaniiæ immediate. Insuper, majorem vel minorem locum potest occupare angelus. At id esset impossibile, si ratio essendi in loco foret substantia, cum hæc sit invariabilis nec suscipiat magis et minus. Ergo.

Probatur IIa pars. Modi illi quos ponunt Vasquez vel Suarez non attingunt punctum diffcultatis nec pertinent ad angelos. Omnia quippe quæ ad naturam spiritualem spectant debent vel ad substantiam vel ad virtutem referri. Quapropter non concipitur in angelis nisi duplex præsentiæ modus : aut per substantiam aut per operationem.

Probatur II la pars. Cum esse in loco importet realem habitudinem ad locum, id est ratio formalis essendi in loco per quod angelus realem consequitur habitudinem ad locum. Atqui habere ad locum habitudinem realem est tangere locum realiter. Ergo id est ratio formalis essendi in loco per quod angelus tangit locum realiter. Sed non tangit locum realiter per contactum quantitatis, qua caret. Ergo per contactum virtutis realem, qui est actualis operatio. Re quidem vera, applicatio virtutis absque effectu non est realis applicatio nec idcirco rea lis contractus.

Quapropter tota conclusio his paucis demonstratur: esse in loco esi realiter tangere locum, et tangere locum realiter **esi operari** actualiter in locol.

I\. **Solvitur difficultas. —** *Objicilur :* Prius est esse **quam operari.** Ergo est prius esse in loco quam operari in loco.

1. Cf. Gonet, disp. IV, a. 1.

Resp. : Licet prius sil esse simpliciter quam operari simpliciter, non tamen prius csl , . c in loco quam operari in loco ; nam esse in loco esi Iangere locum, et quod tangit locum jam operatur in loco. Nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter, quod non est prius quantum ad hoc : sicut corpus subjectum est ju ins superficie, sed non quantum ad hoc quod est colorari ; el similiter prius simpliciter est corpus quam tactus; tamen ipsum est in loco per tactum dimensivæ quantitatis ; et similiter angelus per l actum virtutisl, »

V. **De præsentia angelorum in loco violento.** — Angeli unt in loco violento per aliquam passionem ab agente extrinseco inflictam. Sicut enim sunt in loco naturali per contactum, activum, seu liberam virtutis applicationem, ita sunt in loco violento seu innaturali per contactum passivum. Est autem contactus passivus vera quædam passio, quatenus angelus agenti corporeo, v. g. igni, alligatur, et detinetur et impeditur ne possit alibi pro libitu operari.

VI. Secunda conclusio : Angelus non potest esse naturaliter in pluribus locis adæquatis simul ; bene tamen esse potest simul in pluribus locis inadæquatis, etiam distantibus. intra sphæram suæ activitatis (a. 2).

Locus *adæqualus* dicitur qui toti virtuti respondet, seu qui totam virtutem angeli adæquat. Cum au em angelus sit virtutis finitæ, si totam huic loco virtutem applicat, non potest illam alibi exserere. Ergo nequit esse in pluribus locis adæquatis simul. Locus autem inadæqualus censetur qui totam virtutem non adæquat ; ac subinde. cum angelus sit in loco per liberam virtutis applicui ionem, potest illam exserere ubi vult, ibi vel ibi, intra sphaream propriae activitatis, idcirco in pluribus hujusmodi locis operari et esse. Imo distinctis, ita ul operetur et sit in quatuor angulis aulæ, non autem in medio. Qui enim non pendet a medio in applicanda virtute potesl esse in distantibus, seu in punctis extrem e,quin sil in medio..Atqui angelus, utpote substantia pure spiril ualis, non pendet a medio,

1. S. Thom., *quodlib.*, q. i, a. l ad 1.

sicid ne< pemlc.t a loco. Ergo potest in extremis esse el operari, non aulein in medio, dum tamen remanet intra splwrnm propriæ activitatis, quæ semper est finita.

\ 11. **Tertia conclusio : Plures angeli non possunt esse in eodem loco formali et adaequato ; bene tamen in eodem loco materiali, vel etiam formali inadaequato (a. 3).**

Prob. Ia pars. Idem effectus non potest a duabus causis totalibus et adæquatis ejusdem ordinis procedere[1]2 At. si plures angeli in eodem loco formali adæquato consisterent. idem effectus plures haberet causas totales ejusdem ordinis. Ergo. Prob. min. Angeli dicuntur esse in eodem loco formali, non quatenus retinent camdem distantiam ad centrum mundi, sed quatenus eidem rei applicant suam virtutem ad unum eumdemque effectum, et in eodem loco adæquato quando suam virtutem applicant ad producendum effectum qui virtuti unius angeli respondet. Porro, si plures angeli eumdem effectum praestant, qui respondet virtuti unius, jam idem effectus habet plures causas totales. quia producitur totaliter per virtutem uniuscujusque angeli. Ergo.

Proh. 1'1« pars. Ex Evangelio constat multos dæmones fuisse in eodem homine : « El interrogabat etim : quod libi nomen esi ? El dicit ei : *Legio mihi nomen est. quia mulli sumus**. »

Esse quippe in eodem loco materiali est producere in eadem re. multos et diversos effectus ; quod quidem sæpissime. contingit. Esse autem in eodem loco formali inadæquato est concurrere partialiter ad eumdem effectum producendum ; nihil autem officit eumdem effectum a pluribus partialibus causis procedere.

Possunt etiam plures angeli esse in eodem loco violento, quatenus pati possunt ab eodem corpore, v. g. igne, a quo alligant ur et detinentur ; vel in eodem loco qui est naturalis uni r-l violentus alteri, ut quum angelus superior in loco existons ibi alligat inferiorem[3].

1. Cf. ‹ nr\. *Phil. Thomist.,* t. VI, p. 108 ss.
2. Ma k c., v, 9.
3. Cf. *Tob.,* vili, 3.

ARTICULUS SECUNDUS

DE MOTU LOCALI ANGEI.OKUM

AD g. LUI S. THOMAS

I. **Ratio et utilitas hujus quaestionis. —** Licet multa subtilia hic moveantur, quæstio tamen haud mediocris utilitatis et momenti est : tum quo facilius explicentur S. Scripturæ, quæ perpetuo recolunt angelos descendere <le coelo in terram, abire, exire, recedere de una civitate in aliam ; tum quo plenius innotescat psychologie angelica, ex modo quo substantiæ illæ spirituales locum attingunt vel deserunt.

II. Angeli moveri possunt localiter, motu sive continuo, sive discreto, sive per accidens, sive per se[1] **(a. 1).**

Probatur Ia pars. Innumeri sunt textus S. Scripturæ: *Missus* est angelus Gabriel a *Deo in civitatem* Galilææ[2]. » - « Et ecce Angeli *accesserunt* et ministrabant ei[3]. » — Angelus enim Domini *descendit* de eoelo et *accedens* revolvit lapidem[4]. »

Cum moveri localiter sequatur modum essendi in loco .Ii angeli sint in loco per contractum virtutis, moins eorum localis nihil aliud est quam contactus diversorum locorum, non simul sed successive. Atqui angeli, emn non sini ubique, possunt diversa loca, unum post aliud, contingere. Ergo possunt moveri localiter. Tola hæc doctrina tria suppponit : 1° angelos esse in loco, non esse ubique ; 2° non esse in loco circumscriptive, sed 3° lanium denitfiive.

1. Cf. De hac re Gonet., disp. v, n. 2 ; et quæ disseruimus de loco, spatio, et continuo, *Curs. Philos. Thomist.,* t. **u.**
2. Luc., i, 26.
3. Matth., iv, II.
4. Matth., xxvhi, 2.

Hi. jam hiat.iitis, palam est angelos moveri localiter, non lumen ad modum corporum.

Pandit ur I Ia pars.

Moveri localiter motu continuo est deserere successive et per partes locum occupatum, et alium successive et per partes occupare ; motus autem discretus est quo angelus simul et semel totum locum occupatum deserit ad alium occupandum. Porro, cum angelus libere applicet suam virtutem loco, potest, locum vel successive et per partes vel totum simul deserere. Ergo et motu continuo et motu discreto potest angelus moveri '.

Probatur 11 Ia pars. .Moveri aliquid per accidens est moveri ad motum alterius cui conjungitur : si · anima movetur per accidens ad motum corporis et Christus in Eucharistia ad motum specierum ; moveri autem per se est transire de loco in locum, non tamen ad motum alterius. Atqui angelus potest moveri ad motum alterius, nempe corporis assumpti, cui conjungitur ut motor ; vel absque motu alterius, quia non tenetur corpus assumere. Ergo potest tum per accidens tum per se moveri.

Motus igitur localis per se in eo reponitur quod angelus variet operationem circa diversa corpora, quatenus transit operatio de uno corpore in aliud ; ut autem intelligatur esse transitus, oportet ut divéïsa corpora absque media quiete successive tangat.

III. Quando angelus movetur motu continuo, necessario transit medium ; quando autem movetur motu discreto, potest vel per medium vel non per medium transire, (a. 2).— Probatur Ia pars, de qua non est spe ialis difficultas. Moveri localiter motu continuo est deserere successive ei per partes locum occupatum et novum successive et per partes occupare. Atqui deserere successive et per partes el occupare successive et per partes est transire per medium. Ergo.

I [**.. il>ililiilem motus discreti negant inter alios Scotus et .Molina. Kipildem fateor me non videre qua ratione haec possibilitas possit solide negari. » L. Janssens, op. cit., p. 577.

IIa pars negatura pluribus cum Toleto[1] et recentissime a Palmieri[2].

Probatur tamen ratione qua· vitietur obvia. Ille qui non pendet a loco nec pendet a medio, quia, si liber est in applicanda virtute, potest illam applicant uni extremo, et, eo relicto, applicare alteri extremo, quin applicet in medio. \tqui angelus, utpote substantia perfecte spiritualis, non pendet a loco, sed virtutem liberrime applicat loro. Ergo nec pendet a medio, ac proinde potest unum loi um deserere ‹ t alium contingere, non transeundo per medium[3].

IV. **Si tamen angelus movet corpus de loco in locum, debet moveri motu continuo et transire per medium. —** Tunc enim movetur ad motum corporis et debet illius conditionem sequi. Porro motus corporum non potest esse nisi continuus et per medium. Ergo in hae hypothesi debet angelus motu continuo et per medium moveri.

V. Motu sive continuo sive discreto nequit angelus in instanti moveri (art. 3). — In motu continuo partes deseruntur *successive,* quod fieri in instanti manifeste implicat. Ad motum vero discretum requiritur et derelictio prioris loci i·! acquisitio novi, ac subinde duæ concurrunt operationes, una qua angelus sit prius in loco qui relinquitur et altera qua sit posterius in loco novo qui acquiritur. Atqui duæ operationes diversæ important duo saltem instantia. Ergo motus discretus fieri nequii in instanti.

VI. Quanam duratione mensurentur angeli motus. — Occasione motus angelorum, solent theologi disserere de iilorum duratione[4][5] Sufficiat breviter recolere doctrinam quæ alibi exponitur[6].

1. Cf. Tolet., Comment, in Ii. I., conci. II et III.
2. Palmieri, tlies. ix, n. 7.
3. Quo sensu dicantur mediare influit:i inter duo extrema intelliaritur ex notione continui, in quo sunt indivisibilia tam continuativa partium quam terminativ n extremitatum. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* t. II, p. 186 ss.
4. Cf. Gonet, disp. vi.
5. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* I. II, p. 212-228.

I" SiiIih Iuni ia ipsa angeli mensuratur ævo, quod esi , duriilio entis immutabilis quoad substantiam, mutabilis vero quoad arridentia.

2° Visio beatifica in angelo mensusraturæternitateparticipata.

3° Operatio indefectibilis m angelo, ut est cognitio pro priæ essentiae, habet modum æviternitatis.

4° Operatio in qua est prius et posterius, ut diximus de motu, mensuratur aliquo tempore, vel continuo vel discreto, secundum rationem ipsius motusl. Cum autem motus angelorum dicatur æquivoce a motu nostro, ita tempus in operationibus angelorum est divers® rationis a tempore nostro.

VII. De facultate motiva in angelis. — Ex dicendis in quæstione sequenti non est in angelis alia facultas præter intellectum et voluntatem. Quocirca potentia motiva est. ipse intellectus ut motus a voluntate et efficaciter imperans motum ad extra. De his iterum infra.

1. Cf. ibidem., p, 223-224,

QUÆSTIO QUARTA

De cognitione Angelorum

AD Q. LIV-LVIII S. THOMÆ

Hic fit gressus ad secundam partem tractatus de Angelis, in qua, sicut in ceteris, perspicuus est ordo quæstionum. Sermo fit imprimis de *virtute* t ognoscitiva, deinde autem <ie *medio* cognitionis, postea de *objecto* cognitionis, ac demum de *modo* cognitionis angelicæ

ARTICULUS PRIMUS

DE COGNITIONE ANGELORUM IN SEIPSA

AD Q. LIV S. THOMÆ

I. De distinctione inter substantiam angeli et ejus intellectionem[1] (a. 1). — Sententia communis est apud scholas- | icos, ne illis quidem exceptis qui discrimen reale non ignoscunt essentiam inter et existentiam, operationem angeli differre ab essentia. Vult tamen Durandus[2] operationem quamdam in angelo ab essentia non distingui, scilicet intellectionem qua seipsum inteiligit, dum intellectio qua cognoscit alia a se realiter discriminatur.

Tribuitur autem Averroi sententia quæ vult essentiam et operationem in substantiis separatis non differre[3].

Argumenta autem S. Thoma· omnimodam certitudinem pariunt.

Arg. Ium. Plus differt *actio* rei a substantia ejus quam

1. Consulantur præsertim Ca.ii i anus, Bannez. h. 1., Joan, a S. Thom., disp. xxi ; Gonet, disp. vn.
2. Cf. Durand., *II Sent.,* diet. 3, q. 5, ad. 1,
3. Cf. *Comment,* in xn *Melaphys.,* text. 5'2.

ipsum i··· ·' ' jus, quia actio est remotior a substantia quam esse, sicut pii us corn ipitur res existens quam operans.

Al qui m omnibus creatis esse differt ab essentia. Ergo in omnibus creatis actio differt a substantia.

Arg. I Ium. Si actio intellectiva esset ipsa substantia, esset actus purus, seu irreceptus et irre optivus. Atqui absurdum posterius. Ergo et prius. Prob. maj. Si intellectio est ipsa substantia, est actus irreceptus, cum non habeat subjectum a se distinctum, in quo recipiatur ; et irreceptivus cum actio sit ultima actualis substantiæ vel essentiæ. Ergo erit actus purus.

Arg. IIIum. Si intelligere esset substantia, jam esset subsistens. Atqui intelligere subsistens non est nisi unicum. Ergo unum foret intelligere, quod est absurdum.

Prob. min. Forma non multiplicatur nisi sit aliquid quod illam sus ipiat ./el contrahat. Sed intelligere subsistens nec recipitur nec contrahitur, cum in summo et ultimo sit actualitatis vertice. Ergo non multiplicaretur intelligere, atque idcirco intelligere angeli nec a substantia .Dei ne< a substantia alterius angeli discriminaretur. Hinc eruitur.

Arg. IVum. Non essent gradus in intelligendo. Gradus quippe in intelligendo desumuntur ex diversa participatione ipsius intelligere. At intelligere subsistens nullimode pan icipatur, sicut nec recipitur nec contrahitur. Ergo non possent esse gradus in intelligendo perle tius vel minus '.

II. De distinctione inter intelligere angeli et ejus esse (a. 2). — Constat jam int· lligere distingui a substantia, quæ est actus primus ; sed inquirendum restat utrum intelligere. quod est actus secundus, et esse quod etiam est a< tus se undus, realiter discriminentur.

S. Doctor quæstionem plene solvit, ostendendo a-tionem angeli, sicut cujuscumque creaturæ, differre ab ejus esse.

1. Huc spectui thesis a S. Congregatione studiorum approbata. « II \rlu· ulpole perfectio, non limitatur nisi per potentiam, quæ est capacitas perfectionis. Proinde in quo ordine actus est purus, in eodem nonnisi illimitatus et unicus exist it ; ubi vero est finitus ac multiplex. In veram incidit cum potentia compositionem. » *Acia Aposl Sedi»*., vi, 3R3, ss.

Duplex est'actio, scilieel transiens et immanens. Atqui neutra converti potest cum esse. Ergo. Non transiens ; quia, eum sit effectus agentis in passum, est aliquid ad extra, dum esse est maxime ad intra, oinninoque intrinsecum.

Nec. immanens. Actio quippe immanens de sui ratione habet infinitatem, vel simpli, iler ve! secundum quid. Porro esse cujuslibet creaturæ, nedum habeal infinitatem, est determinatum ad unum secundum genus el speciem, si ut esse hominis est hujus speciei, et esse equi est illius speciei. Ergo in nulla creatura actio est esse.

Explicatur major. Cum actio ex objecto spe. iiicetur infinitatem habet simpliciter illa cujus obj ctum nullam sus, ipit limitationem, sed ad omnia se extendit ; sicut objectum intelle .tus et voluntatis, quod est ens illuminatum sub ratione veri et boni. Igitur intellec Lio el volitio sunt aliquid illimitatum cf. infinitum simpliciter. — Infinitatem vero secundum quid retinet actio quæ intra aliquod genus non patitur limitationem, sicut visio, quæ apprehendere valet omnia colorata ; et ita de cæteris sensibus.

Confirmatur. Actio quæ esset ipsum esse, foret actus substantialis, sicut substantia quam ponit operantem. Sed in omnibus creatis actio est actus accidentalis. Ergo repugnat ut sit ipsum esse.

III. De distinctione inter intellectum angeli et ejus essentiam (a. 3.). — Recurrit eadem controversia quæ de anima humana movetur. Reale discrimen negant qui contendunt substantiam esse immediate operalivam, ut nominales, dynamistæ, cartesian], ducesquc Philosophiae Novæ,et generatim qui rejiciunt accidentia realiter a substantia distincta12Sententia tamen qua· male discrimen propugnat defenditur a SS. Patribus, præsertim S. Augustino, qui scribit : « Non igitur anima, sed quod excellit in anima *mens* vocatur*. » quasi intenderet : mens, seu facultas intellectiva, est essentia· addita el ab illa distincta.

1. Cf. hac de re *Curs. Philos. I'hoinisl.,* I. Ill, p. 207 ss. ; I. VI, p. 15, ss, 158. ss.

2. S. Augustin., *De Trinit.,* lib. XV, c. vu ; *P. L.,* x1h, 1065. Cf. *De Orig. Aniin.,* lib. I, ‹. xvi, *Confess.,* lib. X, c. vu et ss. ; *P. L.,* XLiv, 489 et xxxn, 784 ss.

S. Thomas in hoc articulo perspicua ratione probat intellectum angeli, sicut facultatem cujuscumque creaturæ, uh essentia realiter discriminari. Actus quippe formaliter d nda-qualc diversi realiter diversas requirunt potentias. Al esse el operari sunt actus formaliter diversi. Ergo realiter diversas potentias requirunt. Sed potentia respectu esse, dicitur essentia, potentia autem respectu operari est facultas. Ergo facultas in creatis realiter distinguitur ab essentia. — Ratio majoris est quia potentia speciem desumit ex actu; unde, si differunt actus ipsi, et potentiae debent discriminari. — Constat minor ex præeedenti articulo, ubi ostensum esi differre in creatis realiter *inielligere ei esse.*

Sub alia forma proponi solet argumentum : Actus et potentia ad illum essentialiter ordinata sunt in eodem genere. Atqui operatio est actus in genere accidentis. Ergo potentia ad operationem essentialiter ordinata, seu facultas, est in genere accidentis, ac proinde ab essentia, quæ est in genere substantiæ, est realiter distinguenda[1][2]

I\. Facultas intellectiva in angelis non dividitur in intellectum agentem et possibilem (a. 4). — Conclusio S. Thomæ recipitur communiter a cholasticis ; Scotus tamen el qui putant angelos posse sibi comparare ex rebus cognitionem videntur adseribere angelis intellectum quemdam agentem.

SS. Patres, licet de hoc argumento non directe edisserant, æquivalenter tamen illam doctrinam tradunt et vindicant, dum recolunt angdos esse simpliciter *spirilus, menles, inlelligenlias, vov. , splendores,* qui lumen spirit uale a primo lumine directe suscipiunt, ut exponit S. Gregorius Nazianzenus : « *Splendores secundos primi splendoris adininislros, spirilusgue intelligentes**. » Porro hæc mirabilis præstantia et eximia supra homines excellentia, quam efferunt Patres non jam salvaretur, si retinerent angeli nostrum intelligendi modum, qui Γl ope intellectus agentis et possibilis.

Probatur ratione. Intellectus possibilis est facultas in-

1. Cf. *Cure. I'hilos. Thomist.,* toc. cit., et t. V,. p. 43-44.
2. S. Ghei.oii. Xazianz., *Oral.* Λ7.K, n. 5; *P. G.,* xxxvi, 629.

Ii llectiva prout est in potcnlia ul intellectionis actum et eapropter dicitur *possibilis,* quia p< test omnia fieri, assimilando sibi omnia, intellect m autem agens est facultas intellectiva quatenus munus habet illuminandi phantasmata ei reddendi intelligibiles act u res mal rir.les, quæ non sunt intelligibiles nisi in potentia, \tqui in angelis facultas intellectiva non esc in potentia ad actum, sed semper est in actu, saltem respectu quorundam objectorum, secus angeli non dicerentur proprie spiritus et inl.elligentiæ ; nec. debet facultas intellectiva illuminare phantasmata, nam objectum proprium intellectus angelici est quidditas rei immaterialis, quæ est intelligibilis actu. Ergo distinctioni inter intellectum agentem et possibilem non est in angelis locusl.

Sensu quodam lato etæquivoce admitti posset illa divisio in angelis, quatenus intellectus agens diceretur facultas quæ elicit intellectionis actum vel illuminat alium angelum et intellectus possibilis facultas quæ potest ad actum secundum transire vel quatenus illuminatur de supernaturalibus mysteriis. Sed de hac acceptione non est curandum (ad 3).

V. In angelis non est alia cognitio præter intellectivam (a. 5). — Objectiones in contrarium procedunt vel ex falso fundamento, videlicet ex opinione quæ ponit angelos esse corporeos vel habere corpora sibi naturaliter unita, vel ex figurato modo loquendi, quatenus per similitudinem t ribuuntur angelis ea quæ de ‹ ognitionc sensitiva proprie accipiuntur.

Conclusio manifeste probatur. Cum angeli non habeant corpora sibi naturaliter unita, ex diversis anima· potentiis illae tantum possunt angelis › ompclcri· quæ non sunt actus eorporis, seu organo corporeo non ailixa·. \tqui potentiæ non afïixæ organo corporeo non sunt nisi intellectus et voluntas. Ergo non competunt angelis nisi intellectus et voluntas atque ideo nulla est in angelis cognitio præter intellectivam.

1. De his quae spectant ini elici t mu agentem et possibilem corumque discrimen et munus. Cf. *Cnrs. Philos. Thomist.,* t. IV, Tract. I.

('.onlirnuil m·. Ordini et speciei universi convenit ut in illo vigciinl omnes gradus entium cognoscitivorum. Porro in istis gradibus creatura infima sibi vindicat tantum cognitionem sensitivam, creatura autem media cognitionem sensitivam simul et intellectivam. Ergo perfectio et harmonia universi requirit ut creaturæ perfectæ cognitio tantum intellectiva sit propria.

VI. Nec est concipienda in angelis virtus motiva ab intellectu et voluntate distincta. — Praeter opinionem singularem Cajetani (in Comm. *Episl. ad Hebr.)* ponentis in angelis corpus quoddam spirituale, aptum moveri localiter, est sententia plurimum Scholasticorum cum Suaeziol potentiam motricem in angelis esse facultatem specialem spiritualem ab intellectu et voluntate distinctam.

Doctrina tamen communior, praesertim inter Thomistas2, asserit nullam praeter intellectum et voluntatem dari posse in angelis potentiam, ut monet ipse S. Thomas, non solum hic, sed et in aliis locis : « Non est inconveniens quod angeli, aliqua corpora solo imperio voluntatis moveant, motu dumtaxat locali3. »

Probatur ratione. Cum angelus sit substantia pure spiritualis et in summo gradus intellectivi, non possunt ipsi competere nisi facultates quæ agradu intellectivo derivantur. Sed facultates quæ a gradu intellectivo repetuntur non sunt nisi intellectus et voluntas. Ergo non competunt aliæ, sed ambæ debent plene sufficere angelo ad omnes operationes et motum etiam localem, intellectu præstante judicium practicum et voluntate imperium efficax.

Quapropter facultas executive seu motiva est intellectus ut motus a voluntate efficaciter imperante motum ad extra. Qui motus non refertur ad intellectum et voluntatem ut *elicitus, sed ut imperatus* et mediantibus propriis actibus effectus et productus.

In hoc tamen differt imperium angeli et imperium Dei, quod primum sit limitatæ virtutis et ad determinatam

1. Cf. SifAiticz, *be Angelis.,* lib. IV, c. xxiv.
2. Cf. Conioientutores in I P., q. 1 iv, a. 5.
3. S. Thom., q. xvi, *De Malo,* a. 1 ad. 16.

activitatis sphæram restringatur, alterum autem sit infinitæ efficaciæ et ad omnia se extendat, etiam quæ non sunt.

VII. Compendium hujus doctrinæ. — Habetur in l hesi VII a S. Cong. Studiorum approbata. « Creatura spiritualis est in sua essentia *omnino simpler.* Sed remanet in ea *compositio duplex : essenlite cum esse el substantiae cum accidentibus'.* »

Unde excluduntur et opiniones veterum, qui posuerunt in angelis vel materiam tenuissimam vel compositionem ex materia et forma ; et opiniones eorum qui negant discrimen reale vel inter essentiam et existentiam, vel inter substantiam et accidentia, seu inter essentiam et facultates.

1. Cf. *Acta Aposl. Sedis,* vi, 383 ss.

ARTICULUS SECUNDUS

DE VEDIO COG.XITIOMS ANGELICÆ

AD Q. LVI S. TIIOM.'E

I. Ordo tractationis. — Ex se innotescit : ostenditur imprimis necessitas et existent ia specierum essentiæ additarum ; quo stabilito, inquiritur utrum sint inditæ an acquisitæ ; ac supposito esse connaturales, utrum sint ejusdem extensionis in omnibus angelis an vero plus minusve universales pro diverso angelorum gradu.

II. Necessitas et existentia specierum intelligibilium in angelis (a. 1). — Oui negant necessitatem idearum in cognitione humana[2]a fortiori inficiantur species angelicas, ut nominales et recentiores ontologistæ. Vasquez. cui nonnulli consentiunt, reponit rationes quidem efficaces suppetere ad probandum intellectum humanum speciebus indigere, at vix ullam esse rationem quæ id de intellectu angelico eodem modo aperte convincat*. — Nostris temporibus P. Palmieri etiam reji< it spe.< ies infusas reponitque sufficere initialem motionem Dei[3]. Ratio tamen D. Thomæ, si plene intelligatur, assensum rapit. Quæ sic proponi potest. Ut angeli omnia cognoscant per suam essentiam, oportet ut essentia illa contineat in se per modum fonnæ et actus omnia ad quæ se extendere valet illorum intellectus. Atqui impossibile est ut essentia angeli hoc modo contineat omnia ad quæ intellectus se porrigere potest. Egro angeli non cognoscunt omnia per suam essentiam. Explicatur major. Nulla forma complet potentiam alicujus subjecti nisi contineat omnia ad quæ subjectum se porrigere valet. Sed illud quo intellectus intelligit comparatur ei ut forma

1. Cf. *Gura, Phil. Tomisl.,* iv, p. 22 ss.
2. VASyi i /. disp. CC, c. HI.
3. I'At.Mii.Hi, *Pneuinulol.,* thés. XX, n. 2.

ejus. Ergo nequit angelus omnia inhdligcre per suam essen- Ii.iiu nisi hæc contineat per imulum formæ et actus omnia ul quæ se porrigere potest ipse intellectus. Probatur min. Intellectus angeli se extendere polesl ad omnia naturalia, i um ipsius objectum sit verum commune. Porro essentia angeli non se extendit ad omnia, sed ad aliquid limitatum el restrictum intra genus el speciem. Ergo.

Explicatur argumentum. Potest quidem angeli essentia repræsentare alia secundum rationes communes, minime lamen secundum differentiam specificam et rationes proprias. Dupliei tantum modo posset illas repræsentare proprie et distincte : vel sub ratione similitudinis proprie dictæ, vel quia illas continet eminenter. At. neutrum est possibile : non primum, quia non convenit in natura cum ipsis ; nec alterum, quia continere eminenter omnia distincte et proprie non competit nisi illi qui est causa totius entis, ausa videlicet omnium rationum et differentiarum quæ in tota latitudine entis reperiuntur, ac proinde causa infinita, Deus.

Aliunde intellectus angeli non cognoscit naturalitei omnia in essentia divina tamquam medio, eum illud medium sit absolute supernaturale et excedat omnes inditas vires cujusvis intellectus creati vel creabilis. — Cæterum constat ex confutatione Ontologismi[1].

Superest ergo unicum medium cognoscendi cetera, scilicet species superadditae quæ sint rerum vicariae et repræsenlativæ. Unde efficaciter concludit S. Thomas : « Oportet intellectum ejus aliquibus speciebus perfici ad intelligendum. »

Nec vim habent qua· objicit P. Palmieri : « Nimirum in ipsa creatione movit Deus efficacia sua intellectum angeli ad apprehensionem ini iiitivam tum substantial ipsius angeli tum cæterarum rerum cxisl entium, sive, corporalium sive spiritualium[2]. « — Necessaria quidem est divina motio; at ipsa non est repriesenloliva nec efficit ut res aliæ sint intra intellectum prœscnlcs. Unde præter motionem illam requiruntur species seu repræsentationes quibus

1. Cf. *Curs. Phil. Thomist,* V, p. 58-68.
2. Loc. cit.

objecta celera sint intelligibilité!· præsentia in intellectu angelico.

III Utrum angeli intelligant per species a rebus acceptas (a. 2). — Sententiae.—Primi scriptores ecclesiastici, qui corpora angelis tribuebant, videntur ipsis adscribere cognitionem sensibilem vel saltem aliquatenus a rebus dependentem. S. Augustinus vero pulchram theoriam inducit, quam postmodum S. Thomas et scholastici perpolierunt et perfeceruntl. Explicat duplicem fuisse in principio effluxum rerum : unum quidem intelligibilem in mente angelica, ideoque per species infusas ; alterum vero realem ad extra, quo res in propriis naturis productæ sunt.

Triplex ex doctrina Augustini distingui posset in angelis cognitio : una in ipso Verbo intuitive viso, quæ est cognitio *matulina,* seu beata ; altera per species infusas, vi nempe illius effluxus quo res omnes ab initio fuerunt intelligibiliter in mente angelica ; tertia, quasi experimentalis, in hypothesi qua concederetur angelis aliquis sensus : « Sed si quo sensu tali utuntur, agnoscunt ea potius quæ melius noverunt in ipso Dei \verbo2. » Sicut enim Augustinus interdum anceps hæret de perfecta spirilualitate angelorum, ita de sensu et de cognitione experimental! inquirit dubitando, non asserendo. At ex hac dubitatione non potest argui, quasi rejiceret S. Doctor species inditas. Nam, sicut in anima Christi scientia experimentalis non impedit quominus omnia noverit Christus per visionem beatam et scientiam infusam, ita, si angeli sensu uterentur, nihilominus inditas haberent species omnium rerum a creationis initio.

Quocirca interpretatio thomistica, quæ theoriam de speciebus inditis derivat ex S. Augustino, non est erronea, sed fundata. Nam effluxus ille intelligibilis *in primo inslanli* non potest de visione beata quam angeli meruerunt, accipi ; nec de cognitione acquisita vel experimental!, quæ nondum erat possibilis ; sed solum de cognitione indita.

1. S XtjoosiiN., *De Genesi ad litteram.,* lib. II, c. vin, 16, 17 ; lib. IV, c. \xiv, 22, 50 ; lib. V, c. iv ; *P. L.,* xxxiv, 269 ss.
2. Op. ‹41.., *P. L.,* xxxiv, 249, 269.

Plerique scholastici admit! uni inditas fuisse ab initio species in intellectu angclu o ; sed plures, cum Scoto ct Gregorio Ariminensi, existimant angelos a rebus accipere cognitionem eorum singularium qua· in decursu temporis liant, ac consequenter docent posse absolute angelos ex objectis suas omnes species mutuari.

Doctrinam vero de speciebus indit is nosl ro ævo impel uni præsertim P. Palmieri el Schell. Cl. Laurentius Janssens, licet non inficietur species inditas, existimat tamen species angelicas posse etiam ex rebus comparari '.

IV. Conclusio : Species intelligibiles angelorum non sunt a rebus acceptæ, sed a Deo cum natura inditae.

Solent scholastici adducere textum Ezechielis ubi de Lucifero, in persona regis Tyriorum, dicitur : « Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore... Perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ[2]. » Et sic arguunt : Cum perfectio angeli sit scientia, angelus non potest dici perfectus a die conditionis suæ, nisi a primo instanti infusam habeat notitiam omnium rerum, non solum in universali, sed etiam in singulari ; nam cognitio in communi est confusa et imperfecta.

Verum argumentum non cogit; tum quia accommodantur Lucifero quæ de rege Tyriorum di untur, turn quia non constat de sensu quo sit intclligenda illa perfectio : dici enim posset perfectus sapientia et decore quia conditus fuit, in justitia et sanctitate, a qua decidit, licet non habuisset infusam omnium rerum notitiam.

Interpretatio tamen scholasticorum non esi contemnenda, quum plenius et vividius exponat verba : « *plenus sapientia, perfeclus decore.* »

Quæstio igitur non positivis auctoritatibus, sed potius philosophicis rationibus, ex conditione nempe naturæ angelicæ, dirimenda est.

Arg. IUIU. *Ex ordine substantiarum spiritualium.* Perfectio naturæ superioris non debel a natura inferiori dependere, secus perimeretur lex ordinis el harmoniæ in substantiis

1. Cf. L. **J**anssens, in. h. !.. el q. i.vn.
2. Ezecihel, xviii, 12, 15.

spiritmilibus Sed perfectio angeli est intelligere. Ergo angelus non accipit intelligere, seu species intelligibiles quibus perficitur cognitio, a natura inferiori ; sed a Deo, qui est creaturarum causa et in quo primo similitudines rerum existant.

Confirmatur. Ut servetur gradatio in qua reponitur decor et pulchritudo mundi, oportet ut angeli in suo intelligendi modo sint quid medium inter Deum et animas nostras. Porro hujusmodi sunt gradus ut Deus sit semper in actu secundo intellectionis, animae, vero in potentia etiam ad actum primum, angeli autem sint semper in actu primo intellectionis, et idcirco species intelligibiles non acquirant, sed inditas cum intellectu habeant.

Arg. IIum. *Ex modo essendi substantiarum spiritualium.* Omnis natura spiritualis quæ accipit cognitionem a rebus externis habet corpus sibi naturaliter unitum. Sed angelus non habet corpus sibi naturaliter unitum. Ergo angelus non accipit cognitionem aut species a rebus externis.

Declaratur major : Ratio fundamentalis cur substantia spiritualis uniatur corpori est ut accipiat suam perfectionem a corpore, acquirendo ministerio sensuum species quibus fit cognitio ; si enim haberet anima jam perfectionem seu sc entiain independent,er a corpore, frustra et absque scopo conjungeretur corpori*.

Hinc regula: si aliqua substantia spiritualis unitur corpori substantialiter, acquirit scientiam, seu species, acquirit, a sensibilibus ; et, e regione, si non habet corpus sibi naturaliter unitum, scientiam, seu species, habet independenter a sensibilibus, per infusionem a superiori, scilicet a Deo. Cum ergo angelus non habeat corpus, nec recipit a corporibus suam cognitionem.

V. Nec etiam a rebus spiritualibus possunt angeli species intelligibiles recipere. — Acquisitio specierum exigit ut n· a qua hauritur species sit præsens in intellectu ; quum omni:· cognitio sit unio facultatis cum objecto. At non est pré sent ia per similitudinem, secus jam essent in mente angelica species infusæ et destrueretur ipsa hypothesis quam

1. Cf. *Curs. Phil. Thomisl,* t. V, p. 45 ss.

inducunt adversarii. Ergo oporltd ut. res spirituales sint præsentes per suam substuniiam mira ipsam mentem angelicam. Porro nulla creatura polcsl esse intra mentem alicujus per essentiam prawns, sed *sola Trinitas menti Hiabitur*l.

Unde impossibile esi angelum, accipere species a rebus spiritualibus. Ratio axiomatis hæc esi : Trinitas esi intra essentiam et mentem præsens id. infundens e.l conservans esse ; at creatura non potest se præsentem exliihere in alia re. nisi agendo in illam. Cum autem operatio ‹ reaturæ sit aceidenj, non potest attingere directe nisi accidens, subs- l antiam autem tantum indirecte et mediantibus accidentibus, quæ prius attinguntur.

Quocirca, si substantia non habeat accidentia quæ piius attinguntur quam ipsa, non poterit creatura in illam substantiam operari et intra illam se præsentem exhibere, ktqui, dum substantia corporalis habet accidentia externa quæ piius ipsa substantia attinguntur, substantia spiritualis, e contra, non habet accidentia externa quæ prius attingantur, nam intellectus et voluntas non patent extra substantiam sed sunt spirituales sicut, ipsa et intra ipsam continentur. Quare non potest intra intellectum et voluntatem penetrari nisi penetretur in ipsam substantiam; quæ quidem non potest immutari directe operatione accidentali, sicut est omnis operatio creaturæ. Remanet ergo ut. sola Trinitas illabatur menti ; nec est possibile ut crea- l ma etiam spiritualis sii intra intellect uni alterius per essenliam præsens2.

1. S. Thom., I P., q. tvi, a. 2, arg. 3; 111 I'.. q. vm, u. 8 ad I. et q. 1 x iv, a. 1.

2. Quod etiam de animalius separatis valere tenemus. « L'opération de toute créature étant nécessairement accidentelle n'atteint que ce qui lui est mesuré et proportionné. c'est-à-dire les accidents : point d'action directe sur la substance Donc, après cette vie, les réalités du dehors ne peuvent agir sur l'Ann.· ni s'unir à elle, soit à l'intérieur de l'essence, soit, dans l'intelligence, soit dans la volonté. La Trinité seule peut pénétrer dans l'esprit et s'y installer comme dans son sanctuaire. La manifestation des objects inconnus avant la mort devra donc se faire nu moyen d'idées infusées par Dieu. » *Réponses théologiques,* p. ?3.'>.

\ l **Species itaque angelicae non sunt A rebus sed dici possunt esse AD res.** — Idea divina est *ad res* dupliciter, cl tamquam ad terminum repræsentandum et tamquam ad lK rminum efficiendum. Species autem angelicæ sunt *ad res* l anquam ad terminum repræsentandum ; non autem efficiendum, quia non sunt factivæ rerum ; et idcirco dici non possunt ideæ exemplares, sed solum similitudines.

VII. Quo sensu species angelicæ dici possint proprietates. — Disputant etiam Thomistæl2 : dum affirmant Cajetanus et Bannez, negant Joannes a S. Thoma, Sal manticenses, Gonet, et communius theologi. Tenendum est non esse proprietates sensu stricto ; quia non dimananl tamquam naturalis resultantia ab ipsa essentia, quæ mm est repræsentativa totius universi ; sed infunduntur a Deo, qui est ipse causa omnium et exemplar.

Duplici tamen ratione dici possunt proprietates late acceptæ : 1° quia sunt angelis dcbitæ propter suum connaturalem intelligendi modum ; 2°, quia simul cum natura, non vero in temporis decursu, fuerunt a Deo infusæ.

Hinc neganda est simpliciter hypothesis quam fingit Cl. Laurentius Janssens : « Fingamus igitur Deum angelis non infudisse hujusmodi species, fuissent ne angeli incapaces cognoscendi res materiales, praeter cognitionem generalem, quam suppeditat propria essentia ?*. »— Non potest fingi Deus ita condens angelos, sicut nec concipitur Deus condens Adamum absque oculis.

VIII. **Difficultas maxima est quomodo species angelicæ, si sint ab initio infusæ, non repraesentent ab initio futura**3. — Respondetur species repræsentare quidem futura in actu primo, non posse tamen angelos nlis uti nisi quando res existunt et in propria nat ura ipsis rebus assimilantur. Cognitio quippe est actualis assimilatio ipsius cogniti

1. Cf. Cajetan, Bannez, Joan, a S. Thom., Salmant., Gonet, etc., In II I.

2. L. Janssens, op. cit., p. 645.

3. Cf. auctores jam cit., præsertim Salmant., Joan, a S. Thom., Gonet, Billuaht.

nd cognoscentem. Porro actualis assimilât;© rerum ad intellectum angeli cognoscentem mm iit nisi quando res in propria natura producuntur lùgo lune soium cognoscuntur actu.

Fundamentum s lutioriis ex eo repetitur quod species angelicæ, utpote ab ideis divinis exemplata; el derivatæ, suscipiant in repræsentando modum quem habenl ideæ divinæ in causando. Atqui divinæ idea·, licet ab æterno sint causativæ in se, non tamen effectum act u producunt nisi successive. Ergo, pari quadam ratione, species angelicæ, licet ab initio sint repræsentativæ in se, non tamen actu exhibent res ut ad extra, nisi successive, quando res ipsæ ad extra ponuntur.

— At fitne tunc in ipsis speciebus mutatio intrinseca ?

— Concedunt plures Thomistæ fieri utique in speciebus angelicis mutationem quamdam, saltem modalem ; quatenus ideæ divinæ ponant in speciebus angelii is modum novum ac realem, dum simul producunt creaturas in esse reali ad extra. Communius tamen reponunt Thomistæ mutationem se tenere ex parte objecti dumtaxat. Ratio est quia species angelicæ se habent in repræsentando sicut ideæ divinæ in causando. Porro ideæ divinæ ea ratione causant successive, ut tota immutatio sit ex parte rerum. Ergo pariter species angelicæ ea ratione repræsentant ut lota immutatio sit in ipsis objectis reponenda.

Et hæc est mens Angelici Præceptoris : « Quando aliquid incipit esse præsens, angelus de novo cognoscit illud, *non facta aliqua innovatione in angelo, sed in re cognoscibili,* in qua est aliquid quod prius non fuit '. » Ati cujus explanationem nonnulla sunt adjungentia.

IX. Censendum est aliquid novi concurrere in praefata cognitione ; non quidem ex parte speciei, sed ex parte luminis, quod de novo adjuvat et illustrat intellectum actu cognoscentem. — Rem sic. exponit S. Thomas . « Species quas angelus habet apud se concreatas .sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscentia, sed secundum quod *per aliius lumen* intellectus angeli elevatur, in altiores conceptiones

1. S. Thom., *Quodlib.,* vn, a. 3.

prodire poles! ; sicut etiam ex eisdem phantasmatum s]·' I u'lms propheta, lumine prophetiæ adjutus, aliquam 'Ognilimiem accipit ad quam non sufficiebat naturale lumen intellectus agentis[1]. »

Existimanus itaque hujusmodi lumen requiri et sufficere. Requiri sane ; nam mutatio in rebus, licet esse possit necessaria conditio ut species angelica actu repræsentet. nihil tamen novi, nihilque actualitatis angelico intellectui confer!. At si intellectus non fit actualior, nec fit magis cognoscens ac prius. Ergo recipere debet novam actualitatem, saltem ex parte luminis, vi cujus fiat actu cognoscens. Sufficere vero illuminationem. Sicut enim intellectus humanus, in specie acquisita et absque ulla intrinseca speciei immutatione, potest, per lumen divinum, futura cognoscere, quemadmodum Jeremias, prophetiæ lumine adjutus, cognovit futurum Jerusalem incendium[2] per species ollæ succensa· a facie aquilonis jam naturaliter comparatas, et absque illarum immutatione ; ita intellectus angelicus, qui acutior, vividior ac fortior est, potest in specie indita, absque intrinseca speciei mutatione, cognoscere, per illustrationem novi luminis, multa quæ ipsum actu latebant, dum essent futura.

X. De speciebus universalioribus pro dignitate angelorum. — Conclusionem S. Thomæ impetunt generatim qui neganl species infusas, ut Scotistæ ; Vasquez pariter reponit, etiam data hypothesi specierum inditarum, non posse præsentem doctrinam solido niti fundamento[3]. Communius quidem affirmant scholastici cum Thomistis : sed disputant de modo quo species universalior repræsentet : alii tenent specie superiori repræsentari plura individua ejusdem speciei et in eodem individuo plures proprietates'; alii, repræsentari etiam plures natliras specificas cum suis individuis[4]. S. Thomas docet angelos etiam inferiores per unam speciem cognoscere omnia ad genus humanum speciunt[4].

1. *Ibid.*
2. JliHEM., I, 13.
3. Vasoi.iz. disp. CCITI, cap. n.
4. Cf. Goni i, diftp. VIII, a. 5.
5. *Onodlib.*. vu. ari. 3.

XI. Conclusio : Angeli intolligunt per species universales, et quanto superiores sunt unto pauciores et universaliores species suscipiunt. Species universalis est una i ■•præsentans multa ; quod quidem duplici modo fieri potest : 1° ex parte *objecli* cogniti, quum exhibet plura iid> ratione communi lanium, non vero in particulari el distinete ; 2° ex parte *medii* ‹ ogiritionis. quando rationem ‹ ommunem ita refert ut etiam clare et distincte repraisentef particularia sub ratione communi contenta. Hoc modo species angelicæ dicuntur universales.

Fundamentum hujus doctrinæ fuit jam stabilitum. Species angelicæ non sunt a rebus accepta;, sed ab essentia divina exemplatæ et derivatæ. Porro essentia divina una cxistens multa, non solum in communi, sed etiam quod rationes particulares, clarissime et distincte exhibet. Ergo ‹ i iam in angelis una species potest multa clare et distincte i præsentare. Quanto autem perfectior est angelus, eo propior est Deo et idcirco magis participat perfectionem divinam in intelligendo. Sed perfectio divina in intclligendo maximam unitatem importat. Ergo quanto angelus est p 'i fectior, eo propius ad unitatem divinam accedit, ac subinde eo pauciores el universaliores suscipere debet species.

Confirmatur experientia. Quanto perfectior et fortior in liminibus est intellectus, eo paucioribus indiget speciebus ; i 1. e regione, ex debilitate intellectus contingit ul veritatem lulelligibilem non capiant aliqui nisi eis particulatim explictur. Sic intellectus fortior subito in uno inlelligit multa, videlicet plures ac varias propositiones vol con· lusiones iu isto principio : *Omne quod movelur ab alio movelur* ; qua· quidem non poterunt ab intellectu debiliori percipi nisi per singula exponantur, Ergo quniilo angelus est altior el nobilior, eo facilius potest in una specie mulla intueri, el ul· irco pauciores et universaliores babel species1.

1. « Un génie puissant comme sain l Thomas verra dans ce seul principe : *Omne quod movetur ab alio movetur,* tout ce qui se meut l'sl mû par un autre, une foule de vi-rilés qui, pour être saisies de l ■•.prit novice, ont besoin d'être dixusées en propositions partirulières et expliquées successivement. De même les concepts de l mge suprême sont plus vastes, plus universels que ceux de l'ange

Superiori!as porro angeli intelligitur non proprie soiun·! duiii hierarchiam vel ordinem, ut Ferrariensis existimat , sud secundum gradum specificum, ut alii Thomistæ inlci'4 pretantur. Universalitas specierum non consistit in ho· quod repræsentent plura individua actualia ejusdem speciei vel proprietates accidentales, nam id non arguit nisi per lectionem secundum quid ; sed in hoc quod repræsenlK·ul plures naturas specificas, cum omnibus individuis qvæ ad ipsam spectantl.

XII. Hinc iterum innotescit pulchritudo, decor et harmonia doctrinæ thomisticæ. — Nam hæc doctrina mirum ordinem ostendit universi, in quo *ea quæ sunl divisa in inferioribus sunl unita in superioribus.* Quod principium valet tum in ordine entis : nam planta est magis una quam minerale, et animal magis unum quam planta, et homo magis unus quam animal, et angelus magis unus quam homo ; tum in ordine cognitionis, nam quæ sunt divisa in cognitione sensuum externorum sunt magis unita in cognitione sensus interni, et cognitio intellectiva magis est una ; et quo altior est ‹ognitio intellectiva, eo magis fit una, nam per pauciores species et actus peragitur. In creatis tamen intellectio non est species, et hæc non est facultas, et facultas non est essentia, et essentia non est existentia ; sed in Deo essentia, existentia, potentia, actus, species, verbum, sunt unum perfectum et immutabile'.

Hinc propositio III a S. Cong. Studiorum approbata : « Quapropter in absoluta ipsius esse ratione *unus* subsist il Deus, unus est *simplicissimus* ; cetera cuncta quæ ipsum esse participant, naturam habent qua esse (©arctatur, ac tamquam distinctis realiter principiis, essentia et esse constant3. »

Inférieur, ils dépassent le diamètre de celui-ci ; el c'est pourquoi l'ange qui enseigne doit diviser, multiplier ses idées, les ajuster à lu mesure de l'intelligence plus faible qu'il veut éclairer. C'est dans ce sens que les anges d'en bas sont illuminés par ceux d'en haut. » *La Lumière et la Foi,* p. 23.

1. Cf. S. Thom., *quodlib.,* VII, art. 3 ; Gonet, disp. VIII, a. 4. l
2. *La Lumière el la Foi,* p. 17-30.
3. *Acta Aposlolieae Sedis,* vi, 383 ss.

ARTICULUS TERTIUS

DE OBJECTO SPIHITCAI.I COGNITIONIS WGEl.lCÆ

AD Q. LVI S. THOM/E

I. **Ordo tractationis.** — Quia duplex est objectum cogïiilionis angelicæ ; scilicet res spirituales et res materiales, utrumque investigat S. Doctor ; et. cum objectum spiri-l uale non sit aliud præter substantiam angelicam et substantiam divinam, inquirit utrum angelus cognoscat seipsiim, alios angelos et ipsum Deum.

II. **Angelus cognoscit se per suam substantiam gerentem vices speciei intelligibilis (a. 1). — Conclusio admittitur** sat communiter a scholasticis ; licet contendat Vasquez indigere angelum specie impressa ad se intelligendum.

Quum ex objecto et potentia pariatur notitia, requiritur el sufficit ad cognitionem facultas proportionate objecto, ‹I unio objecti cum facultate in esse intelligibili peracta. Atqui ex seipso hæc duo habet angelus ad se cognoscendum. Ergo angelus ex seipso se cognoscit nec specie superaddita indiget. Prob. min. 1° Angelus habet facultatem objecto proportionatam, cum sil ejusdem ordinis ac ipsa essentia; •J° unionem objecti cum facultate in esse intelligibili, nam substantia angeli est maxim·! unita intellectui, utpote forma subsistens, perfecte spiritualis et idcirco intelligibilis actu.

Confirmatur. Species impressa tunc solum requiritur •pium objectum vel non est prawns facultati, ut res exlernæ ; vel non est actu inlelligibile, ut anima humana, quæ, licet præsens suo intellect ui, non est tamen in hac vita intelligibilis actu, ut pole forma corporis *. Porro in angelo essentia est maxime prawns intellectui et est maxime

1. Cf. *Curs. Philos. Thomist.,* I. IV, p. 127 ss.

int«llii·ll·iii a<lu, quippe quæ est forma perîe.te subsi* hIc iii·, quæ acLu et clarë in se repræsentat quidquid in •eipsa continetur. Ergo ad se cognoscendum nullatenus indigel angelus specie superaddita, sed ipsa essentia vices gerit speciei impress».

III. Indiget tamen angelus ad se cognoscendum specio expressa, seu verbo mentali. — Cajetanus negat angelos in propria cognitione formare verbum[2] sed communior Thomistarum sententia, quam dilucide proponit Gonfet", affirmant, est tenenda.

Traditur ab ipso S. Doctore : « Licet intentio intellecta sit eis omnino intrinseca, non tamen ipsa intentio intellecta est eorum substantia ; quia non est in eis idem intelligerri et esse[3]. » Loquitur autem S. Doctor de actu quo angelus ad sui cognitionem procedit. Hinc efficax demonstratio: Intellectio intellecta in actu quo angelus se cognoscit non est ipsa substantia. Atqui intellectio intellecta est ipsum verbum mental·', seu species expressa. Ergo in cognitione sui substantia angelica non est ipsum verbum mental·· ; ergo requiritur species superaddita.

Ratio autem psychologica breviter proponitur : Species expressa non solum est forma intelligibilis, sed est forma actu intellecta, terminusque ultimus, ac subinde pertinet, ad ultimam actualitatem in operatione intellectuali. Atqui nulla essentia creata est sua ultima actualitas nec in ordine essendi nec in ordine operandi. Ergo nulla essentia creata., etiam in sui cognitione, est sua species expressa, sed specie addita omnino indiget[45]

V. Quilibet angelus alios cognoscit per species m sua creatione a Deo inditas (a. 3). — Angelos sese mutue cognoscere manifeste constat, et ex Scriptura et ratione Scriptura exhibet angelos clamantes alterum ad alterum'·

1. Cf. Ca.ip.t a n, I P., q. xxvn, a. 1.
2. Go n ic t, disp. IX, a. 1, n. 4 ss.
3. S. Thom., /Iz *Coni. Gentes,* c. xi.
4. Do verbo mentali, cf. quæ disseruimus *Cars. Phil. Thomisl,,* i. IV, p. 100-113.
5. Is a i., vi, 3.

\·ll se mutuo alloquenles'. Hui io est perspicua : tum quia objectum connaturale angeli esl substantia spiritualis, s ilicet angelica ; tum quin concives ejusdem spiritualis societatis debent se invicem nosse el ad invicem conversari.

De modo autem quo unus angelus alium cognoscat quatuor sunt præcipuæ sententiæ[2] : prima tuetur angelum cognoscere cæleros angelos per suam substantiam ; all era per substantiam aliorum sibi intime unitam ; tertia, per species acquisitas; quarta demum, quæ est D. Thoma· (•jusque scholæ, per species ab initio inditas[3].

Prima sententia aliquid veri exhibet, si de cognitioni quadam communi et vaga sermo sit, quatenus substantia unius angeli repræsentat quadantenus substantiam alterius ; at minime sufficit ad cognitionem distinctam. Quum enim cognitio fiat in quantum cognitum est in cognoscente, non potest angelus alios in sua essentia proprie et distincte cognoscere, nisi sua essentia sil perfecta aliorum similitudo. Porro essentia unius angeli non est perfecta aliorum similitudo : si quidem omnes angeli specie differunt ; et dato etiam angelos in specie convenire, non tamen («sontia unius repræsentarct essentias et existentias indi- \ iduales cæteroruin[4]. Ergo non est sufficiens medium i 'ignoscendi alios angelos

Altera sententia est pariter eliminanda. Si angelus cognosceret alios per ipsorum substantiam, hæc esset intra intellectum cognoscentis et illaboretur ejus menti. At illabi menti nonnisi Deo convenit, ut dictum est. ad q. i.iv, n. v. Ergo.

Tertia sententia jam reprobata esi supra, q. i.iv. Demanet igitur ultima, quæ pulchra S. Augustini fundamento niti- Im·[4]. Ea quæ ab æterno in Verbo D. i præexsliterunt duplici modo effluxerunt : modo scilicet *reah* in proprias naturas, et modo *intelligibili,* seu secundum esse *ideale,*

1. Zachar., ii, 4.
2. Cf. Commentatores S. Tuo µ i. in It. I.
3. Hypotheses exponuntur in arg. 3 el. 4.
4. Eadem ratio valet de anima séparai a. Cf. *Curs. Phil. Thomisl...* I IV, p. 143-144.
5. S. Augustin., *De Genesi ad litteram.,* lib. II, c. vin ; *P. L.*r xxxiv, 269, 270.

in imnlem angelicam. Porro in Verbo præexistebant non solum malerialium, sed et spiritualium rationes. Ergo in mentem angelicam effluxerunt rationes omnium creaturarum etiam spiritualium, ac proinde in illis rationibus seu speciebus valet unus angelus alios cognoscere.

VI. Ut autem angelus inferior superiorem comprehendat, requiritur quædam in speciebus illuminatio.

Cum enim species sit ad modum intellectus et actualités angeli inferioris non adæquet actualitatem superioris, non potest hic comprehendi nisi fiat quædam illuminatio el confortatio qua intellectus angeli inferiors corroboratur et elevatur ne aliquid ignoret de his quæ angelum superiorem spe< tant Ex parte tamen *modi* cognoscendi, semper angelus superior melius cognoscitur a seipso quam ab alio inferiore ; quia et fortiori virtute intelle<liva et fortiori lumine esi præditus*.

VII. **Per suas naturales vires angeli aliquam habent Dei notitiam, non quidem immediatam et propriam, sed imperfectam et mediatam, nostra tamen præstantiorem** (a. 3). — Deum esse angelis naturaliter notum, aliqua saltem ratione, est. certum de fide ; nam de angelis a fortiori valent quæ iradit revelatio de virtute nostra naturali i ognosccndi Deum per ea quæ facta sunt2. — Ratio id optime ostendit. Triplex est cognitio : 1° *inhuliva* et per præsentiam essentiæ in vidente ; 2° *specularis* tantum, per speciem acceptam, non ab ipsa re, sed ab alio in quo ejus imago resultat ; 3° *modo quodam medio,* per similitudinem imperfectam. Atqui angeli non cognoscunt naturaliter Deum per essentiam Dei intuitive visam, cum hic modus excedat vires cujusvis intellectus creati vel creabilis, ul constat ex. q. 12; nec per cognitionem mere specularem, sicut esi. cognitio nostra de De.o ; nam nos primo creaturas apprehendimus ac deinde, per creaturas, Deum, ita ul imilitudo accipiatur a rebus in quibus Deus repræsentatur

I. |)<> illo controversia, cf. Go n e t , disp. IX, a. 11.

?. *Itoni* , i, 19-20; Cone. Vatic., *De Revelat.,* can. 1, Juramenl, a Pio X p·'»· I ripliiin 1910, supra ad q. i. *Summ. Theol.* Cf. *Acta Aposl. Sedis,* Uti. 1910, p. 669 ss.

unquam in speculo deficienti ; angelus autem cognoscunt Deum in seipsis, ut in similitudine quæ non est ab alio accepta, quæque tamen Deum non repræsentat ut est in se. Igitur illa cognitio non est immediata nec intuitive, sed *mediata,* quatenus prius cognoscit mens essentia angeli quam ipse Deus ; non est specularis eo sensu ac nostra, quia species non est ab alio mutuata, sed ipsa essentia angelica est quædam imago Dei ; est tamen specularis eo sensu quod essentia angeli sit quoddam speculum divinam similitudinem repraesentans. Non est discursive, quia eodem actu videt angelus suam essentiam et in ipsa Deum tamquam in speculo.

VIII. Sic igitur institui potest analysis hujus cognitionis. — Angelus, seipsum intuendo, deprehendit se esse ens contingens, seu ab alio : et hinc videt existera aliud, a quo ipse dependet et a quo esse et omnia quæ in seipso sunt mutuatur; et, quia omnes perfeciiones effectus in causa præexistunt, agnoscit Deum ut ens et agens perfectum, quod eminentius possidet quidquid perfectionis in creatis reperitur.

Quocirca angelus non potest errare circa Dei existentiam aut attributa quæ illi tamquam primæ causæ et ultimo fini necessario conveniunt ; sicut nec potest errare, ne per accidens quidem, circa naturalia, ut explicatur infra, q. LVIII a. 5.

ARTICULUS QUARTUS

DE ALTERI) OBJECTO COGNITIONIS ANGELICÆ

A» *Q.* I.VI1 S. THOMÆ

I. Angeli cognoscunt res materiales per species intelligibilesaDeo sibi inditas (a. 1). — Cognosci ab angelis res materiales est doctrina catholi a, nani sive Scriptura sive Traditio testantur angelos in hunc mundum mitti, esse administratorios spiritus, in ministerium mi sos propter eos qui hæreditatem capient salutis[1], quique inter res materiales versantur. Factum autem et modus cognitionis innotescunt ex dictis supra q. 1 v de speciebus angelicis.

Quum enim intellectus angelicus perfectionem suam in ipsa creatione accipiat, debet habere ab initio species intelligibiles respectu totius objecti sui adæquati. Porri» sub objecto intellectus angelici adæquato, quod est ens intelligibile, continentur etiam res materiales ; quippe qua· sub ente intelligibili sunt utique et manifeste reponenda?. Ergo angelus debet ab initio habere rerum materialium species, et idcirco illas intelligere.

Probatur ratione S. Thomæ, quæ haud minus pulchra est quam profunda. Ille intellectus, in quo res materiales secundum esse intelligibile continentur, cognoscit hujusmodi res ; nam cognitio nihil aliud requirit nisi præsentiam rei in intellectu secundum esse intentionale et intelligibile. Sed res materiales continentur secundum esse intelligibile in intellect u angelico. Ergo intellectus angelicus illas certo novit.

Proh. min. ex ordine et harmonia rerum. Ordo qui in rebus viget importat ut id quod continetur deficienter et multipliciter in inferioribus, inveniatur perfectiori, simpliciori el eminentiori modo in superioribus. Sed angelus est omnibus materialibus superior. Ergo quidquid perfectionis

1. *Hehr.,* i, 1 I.

) .l in rebus materialibus c.ml inetur in angelo simplicius. <l ad modum continentis ; et, cum modus angeli sit spiri- l militas et intellectualitas, dln· perfectiones inferiorum continentur intelligibilité!· in angelo.

II. **De illo effato S. Doctoris : Quod in inferioribus continetur deficienter et partialiter et multipliciter, in superioribus continetur eminenter et per quamdam totalitatem et simplicitatem.** »

Intelligitur de superiori et inferiori in eodem ordine sive entis, sive cognitionis. Sic in ordine entis, quidquid est perfectionis in minerali deficienter, invenitur eminentius in planta, nam planta in unum adigit quæ sunt dispersa in corporibus inorganicis ; quidquid est in planta viget superius in animali, in quo vita est magis immanens magis que ima; quidquid est in animali reperitur eminentius in homine l. In ordine autem cognitionis, apprehensio, quæ est imperfecta in sensibus externis, perfectior fit et magis una in sensu interno, nam sensus communis solus apprehendit quidquid per quinque sensus externos colligitur, et aliquid aliud, scilicet differentiam dul< is et albi , et cognitio intellectus humani est magis una, quum unus a tus attingat quidquid per multiplices actus multorum sensuum externorum et internorum attingitur ; in angelis adhuc magis est una, quippe qui eo pauciores habent species quo sunt in se præstantiores. In Deo tandem intelligere, species, esse, essentia, sunt unum simplicissimum.

Inferiora autem quæ sunt diversi ordinis et generis inveniuntur in superioribus saltem secundum esse intelligibile. imo secundum esse exemplare, quando superius esi causa inferiorum. Species porro angelicæ, quæ materialia repréSentant, sunl similil udines inlelligibiles, non tamen ideæ exemplares, quia res materiales non sunl. ab angelis productæ.

III. **De cognitione singularium*.** Certum est de fide

1. Cf. Cors. *Philos. Thoinisl.,* I. III. ρ. 23-24.

2. Cf. Commentatores S. Thom., In. Ii. art. ; S. Bonav., *II Seni.,* dist. 7, q. ii; Scot., *II Seni.,* dist. 3, q. ullim. et dist. 9, q. n; ex recentioribus L. Janssens, I. IV, p. Git», 656.

angelos cognoscere singularia ; nam innumera quæ narrai Script m a ‹lc angelis versantur circa singularia, ut visitare Abi aliam, alloqui Loth, ducere et. reducere Tobiam, custodire homines in omnibus viis ipsorum, etc. Difficultas autem est de modo, disputaturque utrum angeli singularia cognoscant per speciem singularium propriam, an per speciem naturæ specific®. Primum sustinet Scotus, alterum vero S. Thomas ejusque schola. S. Bonaventura docet singularia et accidentia propria, quæ per se conveniunt individuis, cognosci per speciem ipsius naturæ, accidentia autem communia per species illorum proprias. Omissis porro subtilitatibus et præsuppositis quæ jam stabilita sunt de speciebus inditis, breviter quæstionem solvimus.

IV. Conclusio : Angelus cognoscit singularia per species a Deo inditas, quæ repræsentant res non solum quoad naturam universalem, sed etiam quoad eorum singularitatem ; ita videlicet ut eadem species perfecte exhibeat et naturam specificam et omnia singularia et accidentia (a. 2).

Factum ipsum constat. Homo per diversas facultates, sensus nempe et intellectum, cognoscit natpras universales et etiam singularia. At quod potest inferior potest superior eminentiori modo et quasi unite. Ergo, angelus, qui est homini superior, potest per unam facultatem cognoscere quæ homo per diversas facultates attingit, scilicet et naturas universales et singularia et accidentia.

Ut vero intelligatur *modus,* recolendum est species intelligibiles quibus angeli res cognoscunt esse quasdam idearum divinarum imitationes et participationes. Porro ideæ divinæ sunt efficaces ad cognitionem non solum universalium, sed et singularium ; quia sunt similitudines et causa rerum el quoad formam et quoad materiam et quoad principia individuantia, et omnia quæ ad singularitatem pertinent. Ergo species intelligibiles angelorum aptæ sunt ad cognitionem simul et naturæ universalis et rei singularis.

('.onlirmatur. Ratio cur in nobis species non repraesentet ‹li e‹ |e singularia, est quia fuit a singularibus abstracta, midianlc phantasmate1; sed hæc ratio non valel pro

1. ('.I'. *Cur:· J'hil. Thomisl.,* t. IV, p. 122-J26.

specie angelica, quæ a Deo infunditur et idcirco potest et naturam universalem et singularem simul et perfecte repræsentare.

V. Hinc innotescit differentia inter modum divinum, modumque angelicum et modum humanum quo cognoscuntur singularia. — 1° Ideæ divinæ sunt simul principium cognitionis et principium rerum, simul repræsentativæ et effectivæ, simulque similitudines el exemplaria; ideæ autem angelicæ et ideæ nostræ sunt tantum repræsentativæ, sed non effectivæ, similitudines, et non exemplaria. 2° Deus per unam speciem omnia simul intelligit ; nos vero inultis actibus et speciebus indigemus ad cognoscendum sive naturas universales, sive singularia ; angeli autem pluribus indigent speciebus, ita tamen ut etiam infimus angelus possit per unam ideam cognoscere omnia individua unius naturæ specific®, et ut angeli superiores per unam ideam intelligant etiam plures naturas specificas cum propriis individuis[1].

VI. Futura necessaria et ea quæ ut in pluribus eveniunt possunt angeli naturaliter cognoscere, certo vel conjecturaliter ; futura autem contingentia et libera naturaliter non cognoscunt ; sed cognoscere hujusmodi futura in seipsis est solius Dei (a. 3). — Triplicis generis distingui possunt futura. 1° Quæ proveniunt ex causis necessariis certos effectus semper producentibus ; 2° quæ proveniunt ex causis impedibilibus quidem, sed quæ tamen eosdem effectus communiter consequuntur ; 3° fui ura quorum causæ nullo modo sunt déterminai a·, sed rcmanenl indifferent es et liberæ. De primo genere non movetur quæstio, cum etiam homines sapientes cognoscant certo futura quorum causæ sunt ad unum determinatu*. t'ulura autem secundi generis possunt conjectura plus minusve. probabili prævideri secundum majorem vel minorem experientiam cognoscentis. Angeli porro maximam perii iam habent de his quæ communiter eveniunt, unde possunt conjecturaliter illa futura prævidere.

1. Cf. S. Thom., *quodlib.* VII, u. 3.

Iıı<|ʻıiı<ʻIкIıuuu rigo superest de futuris tertii generis. Iloruni cognitio exhibetur in Scripturis et a Patribus ul iiianifcsl issimum divinitatis signum : « Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vosl:* » — ' Propria divinitatis nota, ait Origenes, est res futuras prædicere, ut prædicendi ratio vires humanas superet et ex eventu judicetur divinum Spiritum esse praedictionis auctorem*. » Quapropter S. Anselmus observat n Deo esse potius præsentium scientiam quam futurorum præscientiam : ‹ Præscientia Dei non proprie dicitur præscientia : cui enim omnia sunt præsentia non habet futurorum præscientiam. sed p æsentium scientiam3[illegible] »

Probatur ratione theologica. Ille solus futura in seipsis cognoscere potest respectu cujus futura sunt jam præsentia in æternitate. Atqui respectu solius Dei futura sunt præsenlia in æternitate, a qua omnis intellectus creatus deficit*. Ergo soli Deo proprium est cognoscere futura in seipsis. Argumentum constat ex tractatu de scientia Dei, ubi probatur futura esse jam præsentia in æternitate ratione decreti divini.

Confirmatur. Futura libera non possunt cognosci naturaliter neque in seipsis, quia in seipsis non habent veritatem. cum nondum habeant esse ; neque in medio propositionum contradictorie oppositarum, quia non habent esse aut veritatem nisi sub disjunctione : *erit vel non erit* ; neque in causis proximis, quæ nondum existant, et, si existunt, remanent indeterminatæ et ad utrumlibet indifferentes : neque in causa prima, scilicpt libero Dei decreto, quod est Deo soli notum et cuilibet creaturæ naturaliter impervium8.

VII. Cur in speeiebus ab initio infusis non cognoscantur actu futura. — Explicatio tradita est supra, ubi de spe-

I. Isa 1 , XLI, 23.

?. OiuiH N.. *Cont. Cels.,* lib. VI, n. 10; P. G., xi, 1305.

3. S. Αν η ε ι.μ ., *Elue.,* c. xxi : *P. L.,* c i.v h i, 332 ss.

I. Xnlcfm· ex resp. ad 2 esse in angelico intellectu quoddam tempus secundum successionem intelligibilium conceptuum.

5. ‹ 'Γ. quii· disseruimus ad. q. xiv, ari. 13, de medio in quo fui ura cognoscunt ur,

' iebus inditis, (q. quarta, n. vm et ix). Licet species ex se aptæ.sint ad repræsenlanda praeterita, præsentia et futura, cognitio tamen actualis non ill nisi quando ipsæ res assimilantur speeiebus, dum in esse reali producuntur (ad 3). Tunc vero fit in ipsis speeiebus, non quidem mutatio intrinseca, sed *illuminaliu noua,* vi cujus intellectus confortatus percipit actu quod oral in habitu repraesentatum, sicut lumen propheticum adjuvat mentem prophet® ut in suis speeiebus acquisitis secreta coelestia percipiat.

VIII. **De cognitione praeteritorum. —** Certum est angelos illa cognoscere præterita quæ ipsi viderunt aliquando præsentia, et illa etiam præterita quæ vestigium sui reliquerunt, ex quo constare potest illa de facto exstitisse. Utrum vero cognoscant naturaliter angeli præterita libera quæ non fuerant cognita præsentia quæque nullum sui vestigium reliquerunt. Affirmat Vasquez, eo quod Scriptura et Patres, ut ipse contendit, angelis solam futurorum cognitionem denegent ; oppositum autem tenent communius theologi1. Merito quidem. Nam Scriptura exhibet ut proprium divinitatis signum notitiam sive futurorum sive præteritorum occultorum : « Accedant et nuntient nobis quæcumque ventura sunt ; priora quæ fuerunt *nunliale*2. »

Si non fuerunt cognita quando erant, nec est ratio cur postea cognoscantur. Nec videtur medium in quo naturaliter cognoscerentur : non in seipsis, quia præterita in seipsis, non amplius retinent esse jam habitum; neque in effectu, quum nullum sui vestigium reliquerint ; neque in causa naturali, siquidem non amplius in illa continentur. In causa autem prima, scilicet Deo, non possunt cognosci nisi Deus libere et supernaliiraliter illa manifestet.

[X. Secreta cordium non possunt angeli naturali virtute cognoscere, nisi externe illa manifestentur (a. 4). — Dicuntur secreta cordium actiones immanentes et liberæ, partis scilicet rationalis, sive ad intellectum pertineant

1. Cf. Vasquez, disp. CVIH, e. tv, n. 10; Goney, disp. IX, a. 4, ŋ. 97-98; L. Janssens, op. cit., p. 561.
2. Isai., xl i, 22.

sive nd \ oluiilat.em, sive etiam ad appetitum, sed unice qualenii ı nioveliir et regitur a voluntate. Motus ipse appetitus ı n ili\i mm est arcanum quod angelos lateat, sed *modus* ni ill‹› motu, ita videlicet ut voluntas illi consentiat vel resistat, potest esse verum secretum cordis.

Durandus et alii plures scholastici, ac pariter Toletus, existimant angelos posse virtute naturali cognoscere secreta cordium : unde, si de facto illa ignorant, id non provenire ex ipsa natura rei, sed ex ipsa voluntate Dei impediente ne cognoscantur absque revelatione[2] S. Thomas autem et ceteri theologi tenent id provenire ex natura rei, nempe ex natura ipsius actus liberi, qui est plene in dominio voluntatis.

Quidquid sit de hoc argumento, certum imo de fide est secreta cordium de facto esse creaturis ignota, cum Scriptura illorum ¢ognitionem exhibeat tamquam manifestum divinitatis signum : « *Scrutans corda et renes Deus**. » — In Evangelio divinitas Christi ex eo asseritur quod ipse noverit quid esset in homine[3] et cogitationes cordium viderit et sciverit[4].

Verum Scriptura id repetit etiam ex natura rei, quia videlicet cor humanum est ex se inscrutabile, et soli Deo vel sibi soli notum. « Pravum est cor omnium, et inscrutabile : quis cognoscet illud ? Ego Dominus scrutans cor[5]. — « Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est ? Ita et quæ Dei sunt nemo cognoscit nisi Spiritus Dei[6]. » — Inscrutabilitas cordis humani comparatur inserutabilitati divinæ, et idcirco repetitur ex ipsa natura rei. Unde idem Paulus concludit esse in Christianis Deum verum eo quod ipsi secreta cordium noverint et manifestent[7].

1. Cf. Durand, *II Seni.*, dist. 8, q. v ; Toi.et., in h. l., *Summ. Theol.*, ter!., conci.
2. Ps. vii, 10.
3. Joan., ii, 24 ss.
I. Mai iii . 11, 4 ; Luc., v, 12-25 ; ix, 46 ss. ; Joan., xvi, 30. .Ii him , xvn, 9. Cf. *Eccli.*, x l ii, 18.
6. *I Cor.*, n. II. Cf. S. Thom., Comment, in h. l.
7. */ Cor.*, xiv, 24-25.

Doctrina SS. Patrum in hoc effato S. Ambrosii resumitur : Occultorum cognitione Deum se esse demonstrat[1]. »

Probatur rationibus theologicis. Secreta cordium dicuntur actus humani qui a sola voluntate dependent ; voluntatis enim est uti habitibus el speciebus prout vult. Sed quæ a sola voluntate pendent non sunl cognita nisi Deo et ipsi voluntati. Ergo nonnisi Deo el ipsi voluntati innotescunt secreta cordium .

Probatur min. Voluntas illi soli subjacet el innotescit qui intra voluntatem operatur. Sed ille solus intra voluntatem operatur qui est voluntatis principium et objectum et finis, scilicet solus Deus[2]. Ergo soli Deo subjacet el innotescit voluntas.

Confirmatur. Actus liberi debent esse perfecte sub dominio voluntatis, non excluso tamen universali Motore. At voluntas non retineret plenum actuum dominium, si essent conspicui aliis, præter primum Motorem, ipsa invita et nullatenus manifestante. Ergo a< tus liberi, seu secret a cordium, nisi manifestentur exterius, nonnisi a Deo cognoscuntur.

Solent scholastici hoc argumentum evolvere : Angeli non cognoscunt naturaliter nisi quæ pertinent ad ordinem naturæ. Atqui secreta cordium, licet sint in se aliquid naturale, non pertinent ad ordinem naturæ, nisi manifestentur. Ergo, nisi manifestentur, non cognoscuntur naturaliter ab angelis.

Declaratur minor. In se quidem actus humani sunt aliquid naturale, nec secreta cordium vocamus sola opera supernaturalia ; verum illi actus quatenus liberi non pertinent ad ordinem natura*. Dicuntur quippe ad ordinem naturæ pertinere substantia*. accidentia debita, et quæ cum substantiis et accident ibus illis necessariam ‹ onnexionem habent, vel quæ a causa naturali et necessaria procedunt. Porro secreta cordium non perlinent ad substantias vel accidentia debita, nec connexionem habent necessariam I um ipsis, aut cum causis nat oralibus ; nam hujusmodi sunt

1. S. Ambros., *In Luc.*, l. \ . η. IV : *I'· L.,* xv, 1723.
2. Recolatur etiam principium supra expositum nempe solam Trinitatem illabi menti, ad. q. ia . n. "›.

lus liberi ut, positis causis naturalibus, possint non fieri vel diverso modo fieri. Ergo ad ordinem naturae non per- l iiiriil secrel a cordium.

X. De manifestatione secretorum cordis quæ fieri potest per signa externa, sensus externos, vel internos, appetitum vel species acquisitas. — Quum angelus sil subtilissimi et perspicassimi intuitus, potest facillime colligere statum animi internum ex his quæ extrinsecus patent : sic ex actibus vitæ exterioris deprehendit vitam internam ; ex his quæ sensus externi referunt colligit animi dispositionem. Cum videat phantasiam et species quibus instructa est. potest suspicari cogitationem intellectus ; non tamen cum certitudine, quippe qui nescit quo modo intellectus utatur phantasmatibus, cum talis usus sit liber. Optime quidem novit appetitum sensitivum et ejus motum, atque experientia quam habet de hoc vel illo individuo adjutus, præsentes infert dispositiones ; at non certo, quia voluntas non subjacet appetitui sensitivo sed potest ipsi resistere.

Cognoscit etiam diversos actus potentiarum sensitivarum quarum ope et ministerio fuerunt species intelligibiles acquisitæ, et hinc, indirecte saltem, aliquid novit de ipsis speciebus ; at non videt in ipso intellectu species acquisitas, eo quod non possit intra intellectum illabi aut videre qua ratione intellectus speciebus acquisitis utatur.

Concludamus cum Aquinate : « Angelus autem, neque bonus neque malus, illabitur menti humanæ, ut in ipso corde hominis sit, et intrinsecus operetur ; sed hoc solius Dei proprium est. Unde solus Deus est conscius secretorum cordis hominis, secundum illud Job1:Ecce in coelo testis meus, et conscius meus in excelsis2. »

XI. Mysteria gratiæ angeli cognitione naturali non cognoscunt ; cognitione autem supernatural!, sive inchoata viæ sive perfecta patriæ, cognoverunt atque cognoscunt mysteria gratiæ, non tamen omnia, sed prout voluerit

1. *Job.,* xvi, 20.
2. S. Thom., Comment. in *I Cor.,* n, 11.

Deus revelare (a. 5). — I ›ix uni ur mysteria gratiæ supernaturalia quæ a libera Dei voluntate pendent, ut prædes- l i natio, gratia ipsa et cetera qim· sain terri æternam spect ant.

Angelos porro non cognoscere naturali virtute mysteria gratiæ liquet, ex ipsa notione m\sleriorum : vel quia sunt veritates supematurales supra objectum proportionatum intellectus creati et capi uni cujusvis mentis creatæ vel creabilis excedentes, vel quia sunt res aut facta ordinis supernaturalis quæ a sola Dei voluntate prudent quæqu idcirco nonnisi Deo revelante innotescere possunt.

Per cognitionem fidei in via cognoverunt ea sine quibus nulli unquam contigit justificatio, scilicet Deum esse auctorem gratiæ et remuneratorem supernaturalem : imo angelis innotuisse mysterium Incarnationis, et idcirco Trinitatem, quam supponit Incarnatio, tenent S. Augustinus, S. Thomas et multi scholastici. Hæc sunt verba Augustini : « Nec illud eos latuit mysterium regni cœlorum, quod opportuno tempore revelatum est pro salute nostra, quod ex hac peregrinatione liberati eorum coetui conjungamur[2]» Loquitur autem de statu viæ, in quo angeli beatitudinem suam meruerunt. S. Thomas 'tradit angelos *omnes* jam a principio habuisse generalem quamdam Incarnationis cognitionem, quæ in bonis postmodum fuit perfecta, præsertim quum fuerit consummatum Dei sacramentum inter homines !. Ratio congruentiæ est quia, cum Trinitas sit ipsa vita Dei intima et suprema beatitudo, conveniebat ut angelis aliquatenus revelaretur ; et, quia Christus venturus debebat esse caput hominum et angelorum in gratia perseverantium ac judex reproborum, admodum congruebat ut angeli aliquam ipsius notitiam haboreiii.

Per cognitionem autem perfectam patria· vident quæeumque crediderunt in via el omnia quæ ad ipsos spectant. ‹ um beatitudo debeat omne legitimum desiderium satiare.

Non tamen omnia mysteria cognoscunt, eo quod sapientia Dei sit. infinita ; nec ultimum judicii diem, ut testatur

1. S. Augustin., *De Genesi ml liltcram,* lib. V, c. xix ; *P. L.,* xxxiv, 334.

2. S. Thom., I P., q. lxiv, a. l :ul I, Ii», I Iae, q. ii, a. 7, et *Comment. in Episl. ad Ephes.,* m, led. 3.

ipse ‹ 'lui J h .[2] Nec, omnia cognoverunt simul ab initio, sed proul voluerit Deus, et eorum officiis congruerit. Unde novenml omnia gêneratim quæ prophetæ nuntiaverunt, ıi ıı ıı ıı ipsi docerent prophetas ; a·· demum perfectius noverunt mysterium incarnationis ac mysterium Ecclesiæ, «piando hæc fuerunt in opere consummata. Quo sensu explicari possunt verba S. Pauli · « Ut *innolescal* principatibus et potestatibus in coelestibus *per Ecclesiam**... » ; et verba SS. Doctorum, ui Chrysostomi, Augustini, Anselmi, etc., qui tradunt per Ecclesiam profecisse in cognitione divinæ sapientiæ etiam angelicos spiritus[3]. Angeli quidem non addiscunt *ab* Ecclesia, sed a Deo illuminantur de his quæ fiunt per Ecclesiam et in Ecclesia.

XII. De medio in quo angeli beati cognoscunt mysteria gratiæ.

Mysteria quæ cognoscunt ab initio beatitudinis ac permanenter, cognoscunt in Verbo formaliter, seu in essentia divina tamquam medio ; mysteria autem quæ cognoverunt successive, non intuentur m visione beatifica formaliter, quia hæc est penitus invariabilis ; sed per revelationes extra Verbum, ut explicatum est in I P., q. xn, a. 9.

Ut autem id fiant, non requiritur nova specierum infusio (quæ tamen est possibilis) ; sed sufficit illuminatio, quæ species illustrat ei, mentem angeli adjuvat ut possit actu percipere id cui repræsentando apia jam erat species ab initio indita.

1. Ma h ii., xiii, 32.
2. *Ephes.,* m, 8-11.
3. S. (ini'. · ı▷·. **i**.. *Coiit. Anom. hoinit. IV,* 2; *P. G.,* x l v ih , 729; S. At i.i ' ii ·. , *Io· Genesi ad lilt.,* l. V, c. xix, n. 38; *P. L.,* xxiv' 335; S. **'I**κ ıμ ., *Comment. in Epist. ad Hebr.,* loc. cit.

ARTICULUS QUINTUS

de MODO C(><;\HK>\'is wgei.icÆ

AD Q. LVIII S. THOM.'E

I. Angeli nunquam sunt in potentia ad actum primum relate ad res quas naturaliter cognoscunt ; licet autem sint in potentia ad actum secundum, relate tamen ad visionem in Verbo et ad naturalem sui cognitionem, sunt semper in actu secundo (a. 1). Ha communiter Thomistæl.

Prob. Ia pars. Angeli medium tenent Deum inter et animas humanas. Porro Déus est semper in actu secundo, anima autem humana in potentia ad a> tum primum. Ergo angeli sunt saltem in actu primo. Et revera, ille intellectus est semper in actu primo qui nunquam caret speciebus intelligibilibus quibus fit intellectio. Sed angeli nunquam speciebus carent, quippe qui illas habet connaturaliter inditas. Ergo semper sunt in actu primo. Remanent tamen in potentia ad actum secundum quoad multa, siquidem non omnia actu considerant.

Prob. IIa pars. Angeli sancti sunt semper beati. Atqui beatitude consistit in visione Dei, non m habit u tantum sed in actu. Ergo actu vident Deum.

Prob. IIIa pars. Ad actualem intellectionem requiritur et sufficit ut obje«tum sit actu intelligibile ‹I intime præsens intellectui. Porro essentia angelica est intelligibilis actu et semper intolle· lui maxime praesens. Ergo angelus habet semper actualem sua· essentiæ cognitionem. Insuper, omnis substantia vivens semper exserit aliquam naturalem operationem. Cum igitur angelus sit substantia maxime vivens et operatio maxime sibi naturalis sit sui ipsius cognitio, debet semper se cognoscere actu.

1. Cf. Cajetan, Bannez, Syi.v., in h. 1.; Gonet, disp. IX, a. !..

II. Qiiinniun ergo angelus videat semper in actu secundo.

I" Vidrl Verbum e.t ea quæ cognitioni beatæ respondent, si' iil, o regione, daemones suos cruciatus semper actu l'ognoHcunl.

?" Videt seipsum per suam essentiam, ut explicatum est.

3° Videt in sua essentia Deum ut auctorem naturæ ; quia, quum angelus se comprehendat, intuetur habitudinem suam ad principium sui esse, quod est Deus creator et dominus.

4° Verisimile est angelos semper actu cognoscere, ordinem universi in communi ; nam finis creationis, qui est gloria Dei extrinseca. requirere videtur ut creaturæ intellectuales perfectæ, quales ponimus angelos, semper actu cognoscant el laudent divinam sapientiam, quæ in toto mundi opificio relucet.

5° Angeli cognoscunt actu ea quæ sunt suæ curae commissa, cum id vi proprii officii requiratur.

III. **Suntne in angelis habitus.** — Cajetanus admittit esse quidem in angelis habitus, non tamen a speciebus intelligibilibus distinctos ; quia, etsi habitus in nobis aliquid speciebus addat, in angelis species, infusæ, utpote perfectissimæ, rationem habent habitus scientifici 1.

Bannez dilucide rem exponit; ex cujus doctrina possunt hæ‹· statui2.

1° Necesse est ponere in angelis aliquos habitus supernaturales a facultate, naturali vel lumine naturali realiter distinctos, ut servetur in ipsis ordo supernaturalis, qui a facultatibus totaliter differt. Fides quam in via habuerunt potuit speciebus naturalibus uti, quemadmodum in nobis fides speciebus acquisitis utitur ; at aliunde fides ipsa est habitus essentialiter distinctus a speciebus, et lumen fidei quo fil assensus a lumine naturali discrepat, quam maxime.

2" Species intelligibiles non suscipiunt proprie rationem habilte scientifici, quia vi sui non sunt nisi repræsentativæ objectorum, dum habitus inclinat et determinat potentiam ad unum prie aliis intelligendum.

1. Cf. Ca.iit a n., In. q. 1, a. 6, et q. 1 iv, a. 4.
2. Ba n n e z, in prtBH. l.

3° Non indigent angeli pluribus habitibus respectu plurium intelligibilium, quia vi a< lumine naturali sunt sufficienter instructi et déterminai i ud inleiligendum illa omnia quæ nos per diversos habitus attingimus.

4° Lumen intellectus angelici, quatenus speciebus diversorum objectorum accommodatur, esi unicum quidem formaliter, sed virtualiter rationem habcl plurium habituum, seu pluribus realiter distinctis æquipollet, in se remanens unum.

5° Valde probabile est dari in angelo habit us acquisii os, v. g. fidei naturalis vel opinionis^ circa ea quæ non peri inent per se ad naturalem ejus cognitionem. Hæc porro sunt duplicis generis : alia supernaturalia, ut mysteria gratiæ, alia inferioris ordinis, ut futura contingentia. Quoad primum genus, non est angelus determinatus, nec per lumen naturale, nee per habitum congenitum, nec per species quidditative illa objecta repraesentantes, licet species naturales aptæ sint ad illa repræsentanda, dummodo novum lumen accedat ; quoad futura vero contingentia, non sufficiunt species inditæ ut de illis certo jam judicet. Quare, si angelus judicet de mysteriis ex effectibus quos videt, ut daemones respectu mysteriorum Christi, vel de futuris antequam fiant, potest, ut videtur, progignere in seipso habitus fidei naturales vel opinionis.

IV. Angeli possunt illa SIMUL intelligere quæ per modum UNIUS et unica specie intelligunt, non vero quæ per diversas species inditas repræsentantur (a. 2). — Prima pars est sat communis inter scholasticos et intelligitur non solum de cognitione in Verbo, sed de omni cognitione creata quæ fit per unam speciem ; altera autem pars est contra Durandum, Molinam, \ asqiiez, Suarez[1].

Prob. Ia pars. Quæcmnque unica specie cognosci possunt cognoscuntur ut unum objeci um. Sed objectum unum operatione una attingitur. Ergo.

Prob. IIa pars, quæ inle.lhgil or tie cognitione perfecta. Species intelligibilis se habcl ad intellectum ut propria et perfecta forma ejus. Atqui repugnat ut pluribus formis per-

1. Cf. Commentatores, in h. l.

feclis ini <Ill·< I us simul actuetur. Ergo nequeunt angeli cognes. in siinul actu quæ per plures species repræsentan- I ni Hal i<> minoris est quia forma propria et perfecta dicitur qua activitatem Lotius rei adæquat ; unde, sicut non sunt plures activitates adæquætæ respectu ejusdem rei, sic nequeunt esse plures formæ perfectæ respectu ejusdem intellectus.

V. Angeli non intelligunt discurrendo (a. 3). — Hæc doctrina propugnatur communiter a Thomistis et a pluribus aliis scholasticis. Dissentiunt tamen quidem : Seotus discursum simpliciter concedit angelis[1]; Molina autem discursum per accidens[2] ; Suarez vero discursum circa supernaturalia vel naturalia quæ non possunt evidenter in se cognosci, ut futuræ contingentia et secreta cordium[3].

Probatur conclusio S. Thomæ. Ad verum et proprium discursum duo requiruntur : 1° ut unum *prius* cognitum ducat in cognitionem alterius, 2° ut *diverso molu* fiat cognitio prioris et posterioris, ita videlicet ut unum cosgnocatur *ex* alio et non tantum *in* alio, et cognitio prior sit causa posterioris[4]. Atqui angeli non cognoscunt unum ex alio distinctis cognitionibus, quarum una sit causa alterius. Ergo non est in angelis discursus ; et idcirco recte dicuntur *intelligentes,* quasi *inter* vel *intus tegentes.*

Declaratur minor. Cum species angelicæ repræsentent naturam et omnia quæ ad ipsam spectant, causamque et omnia quæ ex ipsa naturaliter consequuntur, angelus per unam speciem ac subinde per unum actum intuetur causam et effectum, essentiam et proprietates, non autem infert ex effectu causam, ex proprietatibus essentiam.

Nec dicatur cum Molina angelum posse per accidens discurrere, quatenus voluntas applicet intellectum ad actum discursus. — Voluntas nequit intellectu vel alia facultate uti nisi secundum modum ejus connaturalem. Sed modus

1. Scot., *// Sent.,* dist. 7, q. x.
2. Molina, Comment, in I P., in h. l.
3. Suahiz, *l>e Angelis,* lib. II, c. xxxm. Cf. L. Janssens, op. cit., p. 686.
4. Cf. quæ in *Logica* disseruimus de triplici mentis operatione, scilicet apprehensioni', judicio, ratiocinio seu discursu.

connaturalis in intellectu angelico excludit discursum, ut vidimus. Ergo nequii volunia-. intellectum applicare ad discurrendum.

Nec etiam circa supernal oralia aut futura contingentia dari potest discursus, quia nullus dari potest cognitionis modus qui modum i onnal uralein eliminet aut destruat.

Eodem porro motu el actu angelus vidrl in illis objectis ea quæ sunt certa vel probabilia, el idcirco potest habere de quibusdam *opinionem* tantum[1]; at nunquam mutatur connaturalis modus, scilicet intelligere simul unum *in* alio, non autem successive unum *ex* alio[2].

VI. Angeli non intelligunt componendo et dividendo (a. 4). — Compositio et divisio est actus judicii quo duo conceptus conjunguntur affirmatione, vel disjunguntur negatione. Quoi irca intellectus qui sola prima subjecti apprehensione habet notitiam omnium quæ possunt ipsi attribui vel ab eo removeri, non intelligit componendo et dividendo. Atqui angelus in sola subjecti apprehensione intuetur omnia quæ ipsi conveniunt aut disconveniunt. Ergo angelus non intelligit (omponendo et dividendo, sed solum apprehendit, seu intuetur prædii atum m subjecto. — Ratio majoris est quia compositio et divisio provenit ex infirmitate mentis, quæ indiget comparare prædicatum eum subjecto, ut inde *perspicial nexum* inter utrumque. At, si *nexum* intuetur absque comparatione conceptuum, nec componit nec dividit. Minor constat ex prædictis, cum angeli in una specie unoque actu simul attingant, essentiam et quidquid ipsi convenit aut répugnai[3].

VII. In intellectu angelico non potest esse falsitas per se, sed per accidens dumtaxat, non quoad naturalia, sed quoad supernaturalia (a. 5). I'alsitas[4] perse in eo contingit quod rei attribuatur quod ipsi non convenit; et id fit proprie in judicio non in simplici apprehensione. Atqui

1. Cf. hic n. ni 5°.
2. Cf. Gonet, disp. X, a. 3.
3. Cf. Hugon, *Logic.,* p. 117-122.
4. *Ibid.,* p. 264 ss.

‹llllll angi Ius non componat nec dividat, sed intueatur quiddilnlrin simul ei quæ ipsam consequuntur, non potest illi nllrilmen illiquid quod non conveniat. Ergo nequit esse l dsilns per se in intellectu angelico.

Ealsitas autem per accidens non potest esse in angelis sicut in nobis, attribuendo uni definitionem alterius vel ‹ opulando insociabilia, quia in ordine naturali nihil ipsos latet. In ordine autem supernatural], nequeunt per cognitionem quidditatis rei rectam æstimationem habere de his quæ ad rem supernaturaliter spectant nisi se subdendo sapieniiæ el ordinationi divinæ. Sed angelis malis competit, non se subdere divinæ ordinationi. Ergo angelis malis, non autem bonis, competit falli per accidens circa supernaturalia.

VIII. Ex doctrina S. Augustini l cognitio angelica potest dividi in matutinam et vespertinam (a. 6). — Cognitio *matutina* est ea qua angeli cognoscunt res ut sunt in Verbo divino, quod est principium rerum, sicut mane est principium diei ; *vespertina* autem dicitur qua cognoscunt res per species proprias ; et sh ut vespere est terminus diei, ita res in seipsis sunt terminus effluxus a Verbo, quod est principium ; a‹- demum, sicut mane est darius vespere, ita cognitio in Verbo est clarior cognitione per species inditas.

IX. Cognitio matutina et cognitio vespertina sensu proprio acceptae differunt (a. 7). — Sensu proprio cognitio matutina est cognitio in essentia divina intuitive visa, et vespertina est cognitio rerum per proprias species ; qui duo modi res cognoscendi in immensum differunt. Si autem accipiatur ex parte, esse quod habent in Deo, nempe esse eminentialis et esse exemplaris, una dici potest cognitio, quatenus angeli videntes exemplar divinum, seu res ut sii id in Verbo, simul vident exemplatum, seu res ut sunt in seipsis.

1. cf. S. Ai i.i iIin .,Dc *Genesi ad litteram,* lib. II, c. vm; Lib. IV c. xxu ; Hl». \ , ‹. Kvm, et *De Civit. Dei.,* lib. XI, c. vn : *P. L.* xxxiv, 269 ss., 311 ·I 331, el x i.i, 322, 323.

QUÆSTIO QUINTA

De voluntate angelorum ejusque actu

Accedimus jam ad tertiam pariem tractatus de \ngelis, quæ est de voluntate et de iis quæ ad voluntatem referuntur. Versantur igitur quæstiones de ipsa voluntate et de voluntatis actu, qui est amor, vel dilectio, sive naturalis sive electiva.

ARTICULUS PRIMUS

DE IPSA VOLUNTATE ANGELORUM

AD Q. LIX S. THOMÆ

I. Esse in angelis voluntatem et fide et ratione constat (a. 1). — Fide quidem certum est angelis inesse voluntatem, nam quidam angeli *peccaverunt,* suumque principatum amiserunt, dum alii servaverunt *merendo*[2]; mentum porro vel demeritum absque voluntate et libertate non concipitur[8]. Ratione etiam evidenti probatur. Voluntas esi appetitus sequens intellectum. Sed angelis inest intellectus. Ergo et voluntas. Proh. maj. C.um omnia procedant a voluntate divina, quæ esi bona el esi boni, omnia suo modo per appetitum inclinantur in bonum, il a videlicet ut lot sint appetitus quot modis res inclinantur in bonum. Triplici autem modo res in bonum inclinantur : 1° Naturæ inaniraatæ vel solum vegetative·. quum inclinent ur absque cognitione, bonuin appetunt solum appetit u innato ; 2° cognoscitiva autem quæ, non rationem boni, sed tantum par-

1. II Pbt., ii, II ; Jud., vi.
2. Cf. prop, damnat, in .lanscnio ul· Innoc. X, 31 mail 1653; Denzinger, 1093.

l ii iilai i i bona apprehendunt, cognitione nempe sensitiva, siisi ipiiiiil tantum appetitum sensitivum, qui a particularibus bonis movetur ; 3° cognoscitiva demum intellectiva, quia cognoscunt ipsam rationem boni iunvcrsalis, appetitum habent boni universalis, qui dicitur appetitus intellectivus seu voluntas. Ubicumque igitur habetur cognitio boni universalis, seu cognitio intellectiva, consequitur eo ipso voluntas.

Proponi potest etiam hoc modo argumentum : Quamlibet formam sequitur inclinatio ad proprium bonum, seu appetitus. Sed triplex est forma : naturalis, intentionalisque sensitiva, ac intentioTialis intellectiva. Ergo triplex appetitus : naturalis seu innatus, sensitivusque, ac intellectivus, qui est voluntas. Unde voluntas semper sequitur intellectum *.

II. Voluntas angelorum realiter differt ab eorum essentia et intellectu (a. 2). — Proh. Ia pars. Cum essentia rei non se extendat extra seipsam, quidquid se extendit ad aliquid extra rem, est ab essentia distinctum et ipsi superadditum. Atqui voluntas angeli se extendit ad aliquid extra seipsam ; nam se extendit ad universale bonum, quod quidem, utpotc infinitum, est extra essentiam cujuslibet entis causati. Ergo voluntas angelorum est ab essentia distincta ipsique superaddita.

Prob. IIa pars. Cognitio intellectus fit quatenus cognitum est in cognocentc, dura appetitio voluntatis fit quatenus voluntas fertur ad objectum in seipsum, extra appetentem. Porro duæ facultates quarum una attingit, objectum in ipsa facultate, et altera extra facultatem, reali discrimine differunt. Ergo voluntas in angelis realiter ab intellectu differt.

III. **Invenitur in angelis liberum arbitrium (a. 3).** De fide, quia de fide est in angelis, esse meritum vel demeritum, quod quidem absque libertate vera nec est nec eon< ipilur, ut jam monuimus.

1. i .l. l ◧ *Sum. Theol.,* q. xiv, a. l ; et *Curs. Phil. Thomist.,* t. Ill, p. 280 ss.

Ratio autem psychologica ‹ l quia voluntas sequitur intellectum et eo modo ferlur ni bonum quo bonum ab intellectu proponitur. Atqui inlclleelus, eo quod cognoscat bonum universale et bonum parliculare. proponit bonum universale ut necessario appetendum. bona autem particularia, quæ non habent necessariam cum line connexionem, idcirco proponit ut indifferenter appetenda Ergo voluntas fertur indifferenter ad bona pari icularia, qua· rationem habent mediorum. Sed ferri indifferent er ad media, esi liber late gaudere ; siquidem libertas reponitur in illa indifferentia, non circa finem seu beatitudinem in communi, sed circa media, unde definitur : ins *elecliua mediorum, seroalo ordine finis*1.

IV. Voluntas angelorum, sicut generatim appetitus rationalis, non dividitur in irascibilem et concupiscibilem (a. 4). — Potentia quæ respicit aliquod objectum secundum communem rationem non diversifieatur per differentias speciales sub illa ratione communi contentas ; quia tunc, licet plura sint objecta materialia, una tamen est ratio formalis, a qua repetitur specificatio. Atqui voluntas respicit bonum sub communi ratione boni ; nam bonum delectabile et bonum arduum, quæ respiciuntur diversimode ab appetitu sensitivo, voluntas sub eodem motivo attingit. Ergo, dum appetitus sensitivus dividitur, secundum differentias boni ardui et boni delectabilis, in irascibilem et concupiscibilem2, voluntas remanet una el indivisibilis potentia.

V. Quinam motus et virtutes possint osse in angelis (ex resp. ad 2 et 3). Regula generalis est nudus qui non important passiones aut affectiones appelilus sensitivi, sed actus voluntatis proprie dictos, inveniri in angelis, ut sunt *amor, odium,* etc. ; el pariler actus el virtutes quæ perfectionem in intellectu poniinl. l ude in angelis possunt esse virtutes intellectuales, nempe *intellectus, scientia, ars,*

1. De liis omnibus cf. *Curs. Phil. Thoinisl.,* t. IV, p. 160-187.
2. *Id.,* t. Ill, p. 284 ss.

prudcnliu sapi rulin', remotis inperfectionibus quæ in nobis provciiiunl ex dependentia a sensibilibus.

Virlul.es lheologicæ, quæ necessariæ omnino sunt ut retil.ura rationalis ad Deum finem supernaturalem efficaciter tendat, angelis competunt : in via fides et spes, in via el. in patria charitas ; fides in intellectu ; spes, quæ est circa bonum spirituale, scilicet divinum, arduum quidem, sed adeptu possibile, est in appetitu rationali, seu voluntate ; charitas in voluntate.

Sunt etiam virtutes *cardinales,* sed perfectiori modo quam in nobis : *prudentia,* quatenus est recta ratio agibilium, non tamen sicut in bonis, quæ longam exigit inquisitionem ; *justitia,* prout est voluntas reddendi unicuique quod suum est ; *jorliludo* autem et *temperantia, metaphorice* ; non proprie, quia fortitudo est circa audacias et timores, quæ appetitum irascibilem afficiunt, et temperantia, circa cibos et venerea, quæ ad appetitum sensibilem referuntur. Attribuitur itaque angelis fortitudo secundum quod firmiter exequuntur divinam voluntatem, et temperantia in quantum moderate voluntatem suam exhibent secundum regulam divinæ voluntatis.

1. Cf. *Logic.,* p. 434 ss.

ARTICULUS SUCI \DUS

DE AMDHE SEU D!EE(IIı>\ı·. IMJjuHl \l

AD Q. LX S. THOMÆ

I. **Prænotanda. —** Animadvertatur amorem naturalem sumi posse vel pro amore, *innato* et.sic opponitur elicito \el prout opponitur electivo et libero, et sic est *elicitus,* licet necessarius ; ac demum prout opponitur *supernaturali,* e est actus propriis naturæ viribus elicitus.

II. **In angelis est amor naturalis circa quædam objecta** (a. 1). — Cum prius salvetur in posteriori et. intellectus ac, voluntas sint posterius natura, oportet invenire in habentibus intellectum el, voluntatem id quod convenit omni nalnræ. Sed quælibet natura habet ad suum bonum aliquam naturalem inclinationem, quæ ei necessario convenit. Ergo angelus habet naturalem inclinationem ad suum bonum, quæ inclinatio dicitur amor naturalis.

Recolatur amorem naturalem, etiam elicitum et liberum, in·.,· esse cupiditatem damnabilem, nec charitatem supernaturalem, ut constat ex damnatione Baiil, sed ethice bonum, quippe qui in se el ex objecto el tine el circumstantiis est conformis legi alternai.

III. Prœter dilectionem naturalem invenitur in angelis etiam dilectio electiva, quæ a dilectione naturali tamquam a suo principio derivatur (a. 2).

In omni ente quod pert inet ad mil uram est principium iniorum, sicut prius est principium posterioris, et cognitio naturalis principiorum est causa ‹ ogmfionis conclusionum. l rgo pariter dilectio naturalis debet esse causa dilectionis ‹ ic tivæ ; in diverso tamen ordine, quia cognitio principio-

I. *Propos.,* 38; Denzinger, 1038.

ium i si i ;msa etiam efficiens conclusionis, dilectio autem nul m alis est causa finalis, quatenus cetera diliguntur propter id quod est naturaliter dilectum. Voluntas itaque diligitl necessario finem et ea quæ sunt cum fine connexa, ut esse, i vivere1; bona autem particularia, quæ habent rationem medii non necessario connexi cum fine, appetit libere seu amat dilectione electiva.

IV. Seipsum autem diligit angelus dilectione tum naturali tum electiva (a. 3). — Vult enim sibi necessario beatitudinem et ea quæ cum ipsa necessariam habent con nexionem ; vult autem sibi non necessario sed libere bona particularia quæ habent rationem medii non necessario connexi cum fine ultimo.

Actuale porro exercitium amoris respondet actuali exercitio cognitionis. Cum itaque angelus sit semper in actu secundo cognitionis sui, sic debet esse semper in actu secundo dilectionis sui ; et hæc est operatio vitalis quam exserit semper angelus, sicut omne vivens semper habet) aliquod exercitium vitæ.

V. **Unus angelus naturali dilectione alium diligit sicui seipsum, in quantum convenit in natura ; at vero in quantum convenit in aliis quam natura vel differt, amat libero, imo potest odio habere** (a. 4).

Amor quippe fundatur in unitate ; unde ubi est unitaibi amor ; si autem desit unitas, et amor deesse potest. Vox autem *sicui* non designat aequalitatem, sed similitudinem. Cum enim amor, ut dictum est, fundetur in unitate, id magis amat angelus quod est magis unum cum ipso. Sed est magis unum sibi quam cum ceteris : est quippe unum sibi numero et secundum rem, unum vero cum aliis spe i l et secundum similitudinem. Ergo plus se amat quam cælcJ ros, sed dicitur diligere cæteros *sicui* seipsum, quaterim» alios amat *ad modum quo seipsum diligit.* Odit vero in quan· t mu diversus est ab aliis secundum justitiam vel injustitiam.

VI. Deum consideratum ut bonum commune omnium quaelibet creatura, et idcirco angelus, hoc modo naturaliter.

1. Cf. S. Thom., I P., q. 1 x x x ii, a. 1, et I·, I la®,-q. x, a. 1.

•ou necessario, plus diligit quam -mipsam implicite ; dilectione autem explicita quaelibet creatura rationalis potest et (enetur diligere Deum plus quam seipsum (a. 5). — Amando suum proprium bonum, creat ura non pol,esi non amare saltem implicite bonum divinum, sim· quo nullum bonum osse potest; et, quemadmodum pars magis appetii bonum lotius quam proprium bonum, sicui manus exponitur pro bono totius corporis et civis pro bono publico totius civitatis, sic omnis creatura plus appeti! bonum divinum quam proprium, cum Deus sit quoddam bonum universale sub quo continetur bonum creaturæ.

Creatura autem rationalis, quia cognoscit Deum explicite ut primum omnium principium et ultimum finem, potest et debet amore explicito Deum diligere plus quam seip-8am et super omnia. Attamen, licet natura pronuntiet Deum esse super omnia diligendum, potest creatura libera sua libertate abuti et contra naturalem inclinationem agere cl sic Deum minus seipsa diligere aut odio habere. Gratia et charitas perficiunt naturam et præstant ut Deus supernaluraliter ametur super omnia[1].

Illi tandem qui Deum vident intuitive diligunt Deum plus quam seipsos necessitate tum specificationis tum exercitii.

Ad amorem igitur Dei natura inclinat ; ratio confirmat; lex urget ; amor ipsius Dei vehementer invitat ; poena terret non amantem, dum præmium amantem stimulat...

Modus autem illius amoris, nt di it S. Bernardus, *esi sine modo diligere**.

1. Distinctio illa amoris naturalis el amoris supernaturalis non ohL fletitia, sed vera. Constat ex damnatione Baii. Prop. 34; Denzinger, 1034.

[2. S. Bernard., *De diligendo Deo,* c. i; *P. L.,* clxxxii, 974.

QUÆSTIO SEXTA

De his quæ pertinent ad creationem Angelorum

Hæc fest quarta pars tractai us, in qua ordo tractationis est omnino perspicuus. Cognitis angelis quoad suam causam formalem, scilicet in sua essent ia, facultatibus et ope rationibus, jam de causa effectiva inquiritur.

Tria præcipue versari debent : 1° quomodo *producti* sint in esse *naluræ* ; 2° quomodo *perfecti* sint in *gratia* et, *gloria* ; 3° quomodo aliqui ex ipsis *facti sint* mali.

ARTICULUS PRIMUS

DE PRODUCTIONE ANGELORUM IN ESSE NATURÆ

AD Q. I.X1 S. THOM.'E

I. Errores de creatione angelorum. — Veteres quidam hæreti'i contendebant angelos non esse creaturas, sed *numina* quibus divinus cultus sit reddendus; hæc fuit secta *Angelicorum,* quæ angelos ultra modum colebat. Plures gnostici vel neo-platonici censebant angelos quidem superiores fuisse a Deo creatos, inferiores autem mediantibus superioribus conditos, Deum autem non ex nihilo, sed ex sua substantia extraxisse angelos quos condidit

II. **De fide est angelos omnes fuisse immediate ex nihilo conditos** (a. 1). — Scriptura Veteris Testamenti hoc dogma siillicicnler testatur. De narratione tamen genesiaca inovol lur dubium : plures enim Patres volunt comprehendi angelm» in creatione *cæli,* ut Origenes[2], vel in reatione *lucis,* ul,

1. <;r. Mer l)qc.HESNE, art. *Gnose et Gnosticisme,* in *Diction, Apol.*

2. Or ig e n., *Iloinil. l,* in *Genes.,* n. 2; *P. G.,* xn, 147.

Augustinus[1][2] alii vcro opinanl nr .Vloysen ideo silere de angelis, quia loquebatur populo rudi, qui spiritualia non rapiebat, ut putat Chrysostmims[3]; v l ne daretur occasio idololatriae, ad quam proni erant .ludn i, ul exponit S. Thomas ad 1.

Quidquid autem sii de *Genesi,* ‹ *x* aliis loris res certo probatur : « Qui fecit rodum el terram el *umnia quie in eis sunt*[3][4] » ⊢ « Tu fecisti cadum el tertam, cf *quidquid coeli ambitu* continetur[1]. » In cantico trium puerorum angeli inter opera Dei recensentur : « Benedicite omnia *opera* Domini Domino... Benedicite *angeli* Domini Domino[5] », quasi diceretur ideo angelos benedicere Domino quia ipsi sunt Dei opera.

In Novo Testamento clarissime asseritur : « *Omnia* per ipsum *facta* sunt[6]. » — « Tn ipso *condita sunt* universa in coelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates[7]. » Definitiones Ecclesiæ. Concilium Bracarense. an. 561 damnat haereticos cpii angelorum ortum per emanationem a substantia divina explicabant : « Si quis animas humanas vel angelos ex Dei credit substantia exstitisse, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, A. S.[8] » Con filium Lata-. IV definit Deum utramque *de nihilo condidisse creaturam, angelicam* videlicet et *mundanam,* ac deinde *humanam*[9]. — Concilium Vaticanum hanc definitionem repetit et singulas erroris formas expresse reprobat. « Si quis dixerit res finitas Ium corporeas *spirituales,* aut *saltem spirituales* e divina substantia emanasse... A.S.... Si quis non confiteatur mundum resque omnes qual in eo continentur, et spirituales el materiales, set undiim lolamsuam

1. S. Augustin., *I De Genesi* ‹/‹/ *litter,* ‹. ix, el lib. IV, c. xxn; *P. L.,* xxxiv 252, 311 ss., el xi, /›› i./ei/. *Ilei,* c. ix; *P. L.,* xu, 325.
2. Cf. S. Chysost., *Iloinil. II in Genes., P. G.,* i.m, 29 ss.
3. Ps. cxlv, 4.
4. Esther., xiii, 10.
5. Daniel., iii, 57-58.
6. Joan., i, 3.
7. *Coloss.,* i, 16.
8. Denzinger, 235.
9. Cap. *Firmiter,* Denzinger, 428.

substantium a Deo ex nihilo esse productas... A. S.1. »

Qua ‹K (larationes manifeste valent de omnibus et singulis angelis ac de creatione immediata, cum dicatur *ornnes* crcal uras spirituales esse a *Deo secundum lolam suam substantiam er nihilo productas.*

Ratio theologica ex sese innotescit : Quidquid est per participationem debet esse causatum ab eo quod est per essentiam. Atqui angeli sunt entia per participationem, in quibus est compositio ex essentia et esse, ex substantia et accidentibus, solus autem Deus est per essentiam. Ergo neccsse est omnes angelos esse a Deo conditos ; non quidem ex materia præsupposita, cum smt omnino spirituales, nec. ex substantia divina, quæ est omnis divisionis expers, sed ex nihilo. — Et immediate, nam repugnat, saltem de potentia Dei ordinaria, creaturam posse creare tamquam causam principalem, imo etiam, ut docet S. Thomas, tamquam causam instromentalem2.

III. Tenendum est angelos omnes creatos fuisse simul, non successive. — Singularis est opinio Gregorii Nysseni angelos multiplicari in tempore, absque generatione, modo quodam mirabili et inexplicabili, quo etiam multiplicatum fuisset genus humanum si ab eavitæ conditione in qua angelis æqu des erimus, per peccatum non excidissemus3. Alii vero Patres recolunt omnes angelos fuisse sit., i l conditos, præsertim S. Chrysostomus et Theodoretus 4.

Ratio cur animæ humanæ non creentur simul sed successive, est quia multiplicantur pro multitudine corporum quibus infunduntur5, quæque successive generantur ; at nihil simile contingit in angelis, qui omnes sunt naturæ spiritualis et incorruptibilis, absque ullo ordine ad corpora.

1. *De Deo rerum omnium creatore,* can. 4 el 5 ; Denzinger, 1004, 1805.

V. Cf. *Pairs. Phil. Thomist.,* t. II, p. 56 ss.

3. ci S Gregor. Nyssen., *De hom. opif.,* xvn ; *P. G.,* xliv, 189.

•I. S. Ciiiiyhost., *Homil. VIII in Ephes.; P. G.,* lxii ; Theodorei, *llirret. /ab.,* v, 7; P. *G.,* lxxxiii, 469.

5. Cf. Gone. I.uter., V, 1413; Denzinger, 738.

IV. Angeli non sunt creati ab æterno, sed initio temporis (a. 2). — Origenes opinatus ‹ I Deum non posse absque operatione bonitatis et poleiiliir consistere, et idcirco ab æterno aliquid produ· ere, iiigelm-apic exstitisse ante praesentem mundum, qui ex ruina prioris mundi resultat[1]2 Averroes et philosophi arabes I nent ur existent iam æternam substantiarum spiritualium.

De fide est autem nullam creaturam esse ab æterno. S. Scriptura in multis locis id manifeste asserit, « Dominus possedit me in initio viarum suarum, *antequam.* quidquam faceret a principio[8][9]» Sapientia dicitur *primo genita ante* omnem creaturam[3].

Traditio patristb a jam tota continetur in his verbis S. Irenæi : « Quæcumque facta sunt et finiunt, *inilium* quidem suum accipiunt generationis et per hoc, inferiora sunt ab eo qui ea fecit, quoniam non sunt ingenita[4][5] »

Declarationes Ecclesiæ. Concilium Lateranense IV, contra Albigenses, definit : « Simul *ab inilio temporis* utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, *angelicam* videlicet et mundanam[6]. »

Constat etiam ex damnatione prop. 2 Eckardi : « Concedi potest mundum fuisse ab æterno[6]. » Accipitur autem hic mundum pro universitate creaturarum.

Possibilitas autem creationis ab æterno propugnatur ab omnibus Thomistis[7].

V. Utrum angeli sint creati ante mundum corporeum. Sententiæ Patrum (a. 3). — S. Scriptura creationem angelorum verbis communibus exprimit : Creavit omnia *simul*, in principio**. Vox autem *simul,* græcc xoivz„ importat

1. Or ig en., *De Princip.,* lib. I, prcœni. 10, el lib. III, c. v, 3 ; *P. G.,* xi, 120, 327.
2. *Prou.,* vin, 22.
3. *Eccli.,* xxiv, 5.
4. S. Ir en., *Coni. Ureres.,* lib. V, c. xxxiv, n. 2; *P. G.,* vn, 835.
5. Cap. *Firmiter* ; Denzinc.i k, l 'H.
6. Denzinger, 502.
7. Cf. */. P.,* q. x l v i, et eo.... lonlnl.ores in h. l.
8. *Eccli.,* xviii, 1.
9. *Gen.,* i, 1.

oinnin c·. .c piiri/er a Deo creata, qu æstionem vero de simul-Iule temporis non dirimit, licet aliunde constet creationem illam fuisse m principio, seu initio temporis, non autem ah interno.

Patres non sunt unius labii. Non solum Origenes,s ed multi Patres Græci tenent angelos fuisse ante hunc mundum adspe' tabilem conditos, præsertim S. Basilius. S. Gregorius Nazianzenus, S. Chrysostomus12Ex Latinis idem censent S. Ambrosius, S. Hilarius, S. Hieronymus, Cassianus1, etc. Oppositam vero sententiam, quæ vult :>ngelosnon fuisse creatos ante coelum et terram, docent ex Græcis S. Epiphanius3, Theodorus Mopsuestenus et Theodoretus, licet ambo falso isto principio nitantur quod angeli non possint extra locum corporeum existere4. Ex Latinis autem Gennadius Massiliensis putat angelos fuisse creatos inter principium quo Deus coelum et terram fe it et opus primæ diei, «piando Deus lucem creavit, ut non esset otiosa Dei bonitas5. Idem censet Basilius Seleucensis6,8 S. Augustinus porro, dum anceps adhuc hærebat in opere *De Genesi ad lilleram1,* «lenium in opere *De Civitate Dei,* tuetur creationem simultaneam : « In principio creavit Deus coelum et terram, *quibus nominibus universalis est significata creatura, spiritualis el corporalis, quod est credibilius6.* »

S. Gregorius Magnus etiam docet simultaneam ‹ reationem angelorum et mundi corporei9.

Quæ sententia paulatim communis evasit et a concilio Lateranensi IV accipitur.

1. Cf. S.Basil., *Homil. 1 in Hexaeni.,* 5; *P. G.,* xxix, 14; S. Gregor. Nazianz., *Orat.,* xxxvm, 9, 10; *P. G.,* xxxvi, 320, 321 ; S. Chrysost., *In Genes., Homil. 11,* 2; *P. G.,* 1 u i, 29.
2. Cf. S. Ambros., *Hetaem.,* i, 5; *P. L.,* xiv, 131; S. Hilar., *in ps.* cxxxv, 8; *P. L.,* ix. 772; S. Il eron., *In Til.,* i, *P. L.,* xxvi, 560; Cassian., *Collai.,* vu, 7; *P. L.,* x l ix, 731.
3. S. l·.ı)π·ıı λ v., *Haeres.,* xxiv et xxv; *P. G.,* x l i, 315, 328, 329.
I. Theodoret., *In Genes.,* q. m; *P. G.,* 1 x x x, 83.
5. Gi.inad., *De Eccles. Dogmat.,* x; *P- L.,* xi.u, 1215.
6. Basii,. Si-i cue.., *Orat. I,* 2; *P. G.,* 1 x x x v, 31.
7. Op. cil., vu ; *P. L.,* x x x iv, 222.
8. *De. Cio. Dei.,* lib. XI, c. x x x iii ; *P. E·,* Xl i, 347.
9. S. GuiJiiiK M., *Morat.,* xxxn, 16; *P. L.,* 1 x x v i, 645.

VI. Conclusio : Angeli non luerunt creati ante mundum corporeum, sed cum eo simul. Non agitur de mundo ul est in præsenti ornatu, quin cumli potuit mundus in statu quodam initiali el per mullas phases ei. periodos evolvi, juxta ea quæ tradunt seimlilu i de diversis ætalibus geologicis; sed sensus esi eondilos luisse angelos *simul* cum creatura corporali sub illo inchoationis statu quem habuit ; *simultate* saltem relativa, ita ul fuerit simul creatura spiritualis et aliqua creatura corporalis. Hac ralione explicata, conclusio ne illis quidem displiceret Paliribus qui volebant angelos fuisse per multa sæcula ante mundum corporeum onditos[1,2] quia id intendebant de mundo in præsenti quem habet statu et ornatu ; concedi enim potest milliones annorum effluxisse a principio mundi, imo forte, ut existimant plures geologi cum de Lapparent, ab initio viventium in ætate primaria usque ad nos. Non intendimus igitur angelos non fuisse creatos ante animalia vel plantas, sed solum, ut monuimus, creaturam spiritualem et creaturam corporalem in suo statu initiali fuisse simul, relativa saltem simultate.

Eruitur ex concilio Lateranensi IV : « *Simul ab inilio /emporis* utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, *ac deinde,* humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. » Concilium non intendebat de *simultate* pronuntiare, sed damnare tum Origenistas. qui posuerant corpora non esse nisi per accidens creata, ut essent carceres angelorum lapsorum ; tum philosophos illos veteres, qui volebant res ab æterno luisse, nec initium habuisse ; quapropter dicit concilium : *ab inilio temporis.* Particula autem *simul* a pluribus il a aci ipilur ul signiliiel *pariter·,* hinc <l. Franzelin, consultor in Com ilio Vaticano, declaravit : Non est apud omnes adeo rerl um in Lateranensi particula *simul* exprimere simultancum h niporis, ; potest enim significare *parilalem* creationis, ul (/',']cr/c. xvm, 1) dicitur : *Deus* creavit omnia simul, xoivr, ",

1. Ita praesertim S. Hier o n y mus, loe. cit.
2. *Acta et decreta concilii l'alicam,* Fribure 1892 coi 1625 not. 2.

S«-n ,ıı lumen obvius est de simultanée» temporis. In pi.il do quidem textu Ecclesiastis, vox χοινη, *simul,* non di'I(rniitialur ex adjunctis ad aliud significandum præter *parilalem* creationis; at in textu concilii adjuncta simultane.iun *temporis* inferunt ; nam dicitur *simul ab initio temporis, ac deinde.* Quocirca, sicut *deinde* significat veram temporis posterioritatem in creatione hominis, ita *simul* innuit veram temporis simultatem in creatione substantia» spiritualis et substantiæ corporalis. Licet ergo simultas illa non sit definita, videtur tamen asserta, ac subinde non est ab hujusmodi sententia recedendum.

Hinc magis elucescit pulchritudo universi et harmonia, quam innuit ratio S. Thomæ : angelos non esse mundum separatum, sed partem universi præcipuam, quæ fuit cum mundo visibili condita.

VII. Probabile est angelos fuisse in coelo conditos (a. 4). — S. S riptura recolit angelos de coelo cecidisse : « Quomodo cecidisti *de coelo,* Lucifer[1] ? » — «Videbam Satanain, sicut fulgur, *de coelo* cadentem[2]. » — Pariter quæ dicit S. Judas « reliquerunt suum *domicilium*[3]. » videntur innuere locum corporeum, in quo fuissent angeli a principio.

Cavendum est aliunde a sententia Theodoreti et aliorum, qui contendebant non potuisse existere angelos nisi in loco corporeo, quod jam confutavimus, q. 1 ii. Rupertus Abbas, e regione, opinatur coelum esse locum quem angeli habitant, non per naturam, sed per gratiam[4].

S. Thomas medium tenet : licet angeli potuissent creari cf possint esse extra locum, congruum fuit ut creaturæ perfectissimæ in perfectissimo loco conderentur.

1. Iβλ ı., χιν, 12.
2. Luc.., χ, 18.
3. *Jud.,* ‹».
4. Rupertus, *Comm. in Genes.,* lib. I, c. xi; P. *L.,* c l x v ii, 209.

ARTICULUS SECUNDUS

DE PERFECTIONE I*NGEI.ORU* V *IN ESSE GRATIÆ ET GLORIÆ*

AD g. LXH S. THOMÆ

L De beatitudine angelorum naturali (a. 1). — Nomine beati tu d inis intelligitur ultima crenturæ intllectualis perfectio, quæ in operatione intellectus et voluntatis consistit. Duplex distinguitur : una quidem naturalis, quæ in "Ognitione et amore Dei ut auctoris naturæ reponitur; altera vero superdatura lis, excedens omnes naturæ vires et exigentias, quæ est intuitiva Dei visio creata cum amore consequente.

De beatitudine naturali non movetur sp •cialis difficultas , constat enim angelos fuisse in illa beatitudine conditos. Ex toto tractatu hucusque exposito colligitur angelum habere ab initio omnem perfe< tionem suæ naturæ convenientem, quam nec dicursu nec motu acquisivit, sed inditam cum natura a Deo suscepit ; sicut etiam per sua naturalia cognoscit et amat Deum. Sed hujusmodi perfectio, cognitio nempe et amor Dei per proprias vires, est beatitudo naturalis. Ergo vero sensu concedi debet fuisse angelos in beatitudine naturali creatos.

Quo pacto explicari possunt plura Patrum dicta, quai volunt angelos fuisse beatos antequam caderent. « Diabolus vero et angeli ejus, <7s/ *bcali erani,* antequam caderent », ait S. Augustinus*. » " <'.udent ibus aliis, sancti angeli *in sua bealiludinc perslilerioil »,* ut exponit S. Gregorius Papa1.

1. S. Au g u st in ., *De Correpi. ‹I' Gratia., c.* x, n. 27 ; *P. L.,* x i.iv 932, 933.

2. S. Gr e gor . M., lib. 1, *Homit.* I // *in Ezech.,* n. 18; *P. L.,* l x x v i, 849.

11 **Angoli non fuerunt creati in beatitudine supernatural!.** I‹I lidc esl imprimis beatitudinem supernaturalem mm fuisse angelis debitam, sicut etiam de fide est requiri lumen gloriæ ad Deum videndum et eo beate fruendum. Constat ex concilio V iennensi, in quo damnatur hæc propositio Bcguardorum :« Quod quælibet intellectualis natura in seipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriæad Deum videndum et eo beate, fruendum[12]».

Iterumque de fide est angelos non fuisse in beatitudine supernatural! proprie dicta conditos ; nam de fide est beatitudinem, quæ in Dei visione et fruitione consistit, esse inamissibilem, ut definivit Benedictus XII *, et aliunde est de iiile angelos quosdam cecidisse nec servasse suum principatum[3].

Ratio theologica est manifesta. Beatitudo supernaturalis non est aliquid naturæ. sed ultimus finis. Atqui de ratione finis ultimi est ut non habeatur statim, sed acquiratur.

Dupliciter quidem potest creatura finem consequi : vel *efficiendo,* si sit proportionatus, sicut in arte finem consequitur artifex efficiendo ; vel *merendo,* si finis naturam excedat, et sic gloriam per viam meriti assequuntur homnes et angeli .

Privilegium singulare est animæ Christi habuisse ab initio scientiam beatam quam habent comprehensores[4], cum Christus ab initio sit caput et rex comprehensorum, haeresque naturalis, utpote filius per naturam, cui competit jus ad divinam beatitudinem. Omnis autem creatura intellectualis, sive angelus sive homo, debet ad beatitudinem suo motu, nempe actu libero et meritorio, tendere.

Nec ulla est ratio existimandi angelos etiam superiores, visione beata transeunter communicata, Deum in via fuisse intuitos, ut perperam finxerunt nonnulli veteres theologi. Licet enim probabiliter concedat Angelicus Moysen et Paulum fuisse visione intuitiva transeunter donatos in

1. lii.NZiNiii n, 175. — Cf. quæ diximus *de Deo,* ad q. xn.
2. CoriHtit. *Henedictus Deus,* 29 jan. 1336; Denzinger, 530.
3. 6,
4. Cf. Dccrolum S. Officii, 7 junii 1918; *Acta Aposiolicæ Sedis,* 1 julii 1918, p. 282.

\ ia. quia specialis viget ralio', nullum suppetit in Scriptura \ el Traditione fundament inn, ul opinari liceat fuisse quosdam angelos a lege ilia communi dispensai os, vi cujus nullus viator Deum vidcat intuitive*.

III. Indiguerunt angeli gratia ut convoi (orentur in Deum prout est objectum beatitudinis supernaturalis (a. 2). — Converti in Deum est motu libero in Deum tendere tamquam finem ultimum. Conversio quidem in l »eum finem naturalem fieri potest in angelis absque auxilio gratia· supernaturalis, cum sola motione naturali primi Motoris ; quia in angelis nullum est impedimentum quo retardetur natura in suo motu ad finem proportionatum. Conversio autem in finem supernaturalem triplex distingui potest : una quæ est fruitio beatitudinis, et hæc requirit gratiam consummatam, quæ est gloria ; alia, quæ est meritum bealitudinis, et ad hanc requiritur gratia habitualis, seu sanctificans, quæ est principium meriti ; teri ia, quæ esi præparatio ad ipsam gratiam sanctificantem, et ad hanc requiritur gratia actualis, seu motio vel operatio Dei ad se animam convertentis (ad. 3).

Occurrit hic error Baianorum et Jansenistarum, qui confindunt angelos et hominem integrum non indigere gratia efficaci ad operandum, vel merendum vel perseverandum, ita ut pro ipsis meritum non sit gratia, et vita aeterna sit merces, non gratia. Hinc propositiones damnatæ in Baio : « Nec angeli nec primi hominis adhuc integri merita recte vocantur gratia. Et bonis angelis et primo homini, si in statu illo perseverasse! usque ad ullimum vila·, felicitas esset merces, el non gratia. Vila ad.erna homini integro et angelo promissa fuil iuluilu bonorum operum, el. bona opera ex lege natura· ad illam ι·mseqiu-ndam per se sufficiunt. In promissione facia el angelo el primo homini continetur *naturalis jnsliliii· e»tixlilulio,* qua· pro bonis operibus sine alio respectu vila aderna justis promittitur[3]. »

1. De quo argumento, cf. S. Thom . l P., q. xn, a. II, et 1» II*·, q. c l x x v , a. 3 : et quæ diximus, supra, p. 1.55 ss.
2. Cf. Gonet , disp, x ii, a. I.
3. Propos. 1, 3, 4, 5 ; Dknz.in o e ii, 1001-1005.

I*'· li'lr ·..! (contra, angelis sicut homini, necessariam cssr graliam actualem supematuralem ad primam con-Vd ionem io Deum. Constat ex definitionibus quæ asserunt requiri gratiam ad omne opus salutare, etiam ad *initium* salutis. Ita concilium Arausicanum II et concilium Tridentinum *.

Iterum de fide est requiri universaliter gratiam sanctificantem ad conversionem quæ est meritum, nam meritum proprie dictum est *justificati**, et justificatio non fit absque gratia sanctificante et charitate3.

De fide est pariter requiri in omnibus ad perseverandum et gratiam sanctificantem et speciale Dei auxilium4.

Quæ omnia infra exponuntur in tractatu de gratia. Satius erit in præsenti exponere rationem S. Thomæ, quæ totam doctrinam manifeste adstruit.

Nulla voluntas potest ferri in id quod est supra naturam et naturæ vires, nisi aliquo supernatural! auxilio adjuta. Atqui Deus ut objectum beatitudinis supernaturalis excediI et naturam et naturæ vires. Ergo nulla voluntas, ne angeli quidem, potest n Deum objectum supernaturalis beatitudinis tendere et moveri, nisi cum supernatural! auxilio, quod est gratia.

Explicatur major. Naturalis inclinatio non est nisi ad id quod est conveniens secundum naturam, quod experientia in rebus naturalibus constat. Tria enim in qualibet re deprehenduntur : natura, finis, inclinatio, ad finem, debetque esse vera proportio inter hæc tria, ac subinde ejusdem esse debent ordinis. Hinc tria etiam in ordine supernatural! concurrunt : principium, quod tenet locum naturæ, scilicet gratia sanctificans ; finis, qui est intuitive Dei visio ; inclinatio in finem, quæ est proprie charitas, consequens gratiam sanctificantem.

I\. Utrum angeli sint creati in gratia (a. 3). — Duplex qua lio hic moveri solet : 1° utrum angeli omnes gratia

1 Coin Arausic., II, can. 5-7; Denzinger, 178-180; Cone. Trilcnl . hohh. VI, can. 32.
Cone. Trident., sess. VI, can. 32.
3. Ibid., can. 11.
4. Ibid., cnn. 22.

sanctificante donali fuerinl in statu viæ, antequam ad terminum pervenirent ; ?" utrum in primo instanti, ita ul simul cum natura gratiam acceperint. Quæ duo sunt probe distinguenda ; nam circa prunum concors est theologorum sententia ; circa alterum luil olim controversia, sed sententia affirmativa a tempore I». Thoime communior evasit et post concilium Tridentinum esi communiter admissa.

Putavit Hugo Victorinus conditos fuisse angelos sine vitio et etiam sine virtute supernatural! et gratia sanctificantel. Huic sententiæ adhærent Rupertus Abbas, Petrus Lombardus, Halensis, Guillelmus Altissiodorensis, Ægidius Romanus, etc.2. S. Bonaventura probabiliorem censet sententiam quæ dicit « angelos non habuisse gratiam gratum facientem ab instanti creationis, sed post3. » — S. Thomas junior hanc opinionem non impugnat45 quam hic, in *Summa Theologica,* rejicit.

V. Prima conclusio : Omnes angeli habuerunt gratiam sanctificantem in via antequam ad terminum beatitudinis vel damnationis pervenerint.

De angelis bonis nulla movetur difficultas, cum ipsi meruerint suam beatitudinem per gratiam, quæ est *semen* gloriæ. Quoad dæmones autem, testimonium præbet Scriptura. Dicit enim Christus de diabolo : « *In verilale non sletit&.* » Porro, ex usu et modo loquendi S. Scripturæ, stare in *verilale* est permanere, in *recliludine supernaturali,* quæ per gratiam sanctificantem habetur. Ergo diabolus fuit aliquando in rectutidine supernatural! el gratia sanctificante, quam peccando amisit. In epistola S. .luda· dicuntur angeli pravi non *servasse suum principatum,* seu

1. Hugo Victorin., *Summa Seul.,* Iruri 11, c. n ; *P. L.,* c1xxvi, 82.
2. Cf. Rupert., *In Genes.,* lili. I, c. xv; Λ,,, c1xvii, 212; Petr. Lombard., *II Sent.,* dis!.. 3, el Commentatores S. Thomæ, in. h. l.
3. S. Bonav., *II Sent.,* (list. 5, q. i. :i. 2.
4. S. Thom., *II Seni.,* diet. 4, q. i, n. 3.
5. Joan., vm, 44.

suam (ligiiilul ɪ i ɪ ɪ Uqui non agitur de dignitate naturali qui·· iiiligni permansit, sed de dignitate supernatural!, qua· m gratia sanctificante reponitur. Ergo habuerunt aliquando dignitatem supematuralem, seu gratiam sanctificantem. Pariter exclamatio Isaiæ : « Quomodo cecidisti ɗ‹· coelo, Lucifer3? innuit casum a super eminenti dignitate, quæ gratiæ statum audit.

Ceterum nulla est ratio supponendi aliquos angelos fuisse in statu naturæ· puræ relictos.

Vi. Secunda conclusio : Omnes angeli a primo suæ creationis instanti gratiam sanctificantem acceperunt.

Textus allati id importare videntur; nam illa *veritas,* seu rectitudo supernaturalis, et *principatus* quam amisit diabolus exhibentur ut conditio prima in qua repositi filerunt angeli, nec usquam supponit Scriptura fuisse stadium prævium in natura pura. Verba Christi : « Videbam Satanam. sicut fulgur, de coelo cadentem3 », indicant diabolum cecidisse a statu supernatural) in quo fuerat conditus. S. Basilius docet fuisse angelos eum *sanctitate* seu gratia conditos : « Non enim velut infantes creati primum angeli, deinde consummati, præcedente paulatim exercitatione, digni facti sunt, qui Spiritum reciperent. Sed in *prima constitutione,* ac velut i massæ substantiæ ipsorum una *insitam habuere sanctitatem*12 »

Clarius rem docet S. Augustinus :« *Simul in eis condens naturam et largiens gratiam*6. » Idem tenet S. Gregorius M., qui vult angelorum corda fuisse a conditione sua igne cantatis succensa : « *Inter angelorum corda caritatis igne succensa,* clarus gloria conditionis exstitit6. »

S. Thomas rationem theologicam evolvit. Sicut in prima rerum conditione indit æ sunt eis rat iones seminales omnium

1. Jud,, 6.
2. Iha i., xiv, 12.
3. I.iic.., x, 18.
1. S. Ha mi *Ilornil. in Ps.* xxn; *P. G.,* xxxix, 333, 334.
;>. S. \t-i.t si in., *De Ciu. Dei.,* lib. XII, c. ix : *P. L.,* x i.i, 357.
0. S. (.m i.un. M., *Moral.,* lib. XXXII, c. xxiu; *P. L.,* 1 x x v i GGG.

effectuum naturalium[2] il it congruum fuit ut creaturæ in-Icllectuales ad ordinem siqicrnnturalem vocatæ habuerint ab initio rationes seminales elfecluum supernaturalium. \tqui ratio seminalis in ordine supernal nrali, seu principium effectuum supernal ui alium, esi gratia sanctificans, quæ vocatur *semen* Dei*, Ergo ab milio habuerunt gra-l iam.

Confirmatur. Non est existimandum angelos fuisse creatos in deteriori conditione quam fuil conditio primi hominis. Sed homo fuit creatus in statu justitia; et sanctitatis. Ergo tenendum est angelos fuisse in statu justitiæ et sanctitatis conditos. — Min. alibi probatur ; sufficiat recolere definitionem concilii Tridentini : « Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanclitatem et, justitiam, *in qua conslilulus [uerat,* amisisse[3]. » — Licet dicatur *conslilulus,* non autem *condilus* aut *crealus,* nec voluerit concilium rem definire, ab illo jam tempore theologi communiter tradunt Adamum fuisse in statu justitiæ conditum, et idcirco etiam angelos simul cum nalura infusam habuisse gratiam; præsertim cum inutile videatur omnino stadium naturæ puræ[4].

VII. **Simul cum gratia infusas habuerunt virtutes quæ gratiam comitantur et substantiæ spirituali conveniunt.** — Fuerunt igitur infusæ fides, spes, charitas, quæ in statu viæ sunt inseparabiles a gratia ; et etiam virtutes cardinales, sed perfectiori modo quam in nobis, seclusis qua' appel itum sensitivum respiciunt.

VIII. **Receperunt autein gratiain per propriam dispositionem; seu per actum liberum quoad exercitium, licet necessarium quoad specificationem.** Ita quasi communiter Thomistæ, licet dissr.nl iiinl Capreolus, Victoria, Molina[5]. Ratio est quia, eum in pruno insl anti fuerit cognitio

1. Cf. S. Augustin., *De lienes. ml liller.,* liv. V, c. xxm; *P. L.,* xxxtv, 337 ss.
2. S. Joan., iii, 9.
3. Sess. V, can. 1.
4. Cf. L. Janssens, L. VI, p, 7F> 1, 760.
5. Cf. Gonet, Disp. XII, q. n, tj 3.

per spccn··. infusas, possibilis fuit usus liberi arbitri, cl idcirco debuerunt angeli per motum liberi arbitrii justificari, sicul elinni de Adamo tradit S. Thomasl.* Quia igitur fuit moins liberi arbitrii, actus dici debet liber quoad exercitium. et sub hoc respectu meritorius ; sed quoad specificationem erat necessarius et procedebat a Deo [infundente simul cum natura gratiam et ita necessario movente ad bonum, ne potuerit angelus in illo primo instanti peccare.

IX. Utrum et quomodo angelus beatus suam beatitudinem meruerit (a. 4). — Quidam veteres theologi, qui ponebant angelos conditos fuisse in statu naturæ puræ et deinde recepisse gratiam non ad merendum, sed ad bene vivendum et fruendum, eo ipso admittebant angelos nullatenus meruisse suam beatitudinem8. Communis tamen est theologorum sententia angelos per viam meriti ad beatitudinem pervenisse : tum quia melius est habere aliquid per meritum quam sine merito3 ; tum quia non fuerunt angeli inferiores hominibus, quibus beatitudo ex merito confertur. Controversia igitur est de modo quo illam meruerint.

Prima sententia vult angelos meruisse per opera ipsam beatitudinem subsequentia, puta per officia hominibus exhibita. Ha plures ex Patribus et veteribus theologis, præsertim Petrus Lombardus4. Secunda autem sententia, per opera concomitantia beatitudinem, seu priora tantum natura, non autem duralione. Ita, cum Richardo a S. Vietore, S. Thomas junior5, S. Bonaventura® et alii. Tertia sententia, quæ est S. Thomæ in *Summa Theologica* ac deinceps ‹ommunior inter theologos, vult angelos meruisse beatitudinem actibus illam præcedentibus etiam duralione. Unde sit.

I. S. Thom., I P., q. xcv, a. 1 ad 5.
' Hanc sententiam recolit, sed excludit, Magister Sententiarum, // *Sent,,* diei. 5, in fine.
3. S. Thom., III P., q. xix, a. 3.
1. Loc. olt.
5. S. Tiiom . *{iitndlib.,* tx, q. iv, a. 3, et *II Sent.,* dist. 5, q. n, a. 2.
6. S. Honav., *II Seni.,* dist. 5, q. in, a. 2.

X. Conclusio : Angoli boiititudinem supernaturalem debuerunt mereri et de facto meruerunt actibus illam etiam duratione praecedentibus. Niilln rsl hac. de re declaratio supremi Magisterii, sed ex analogia cum homine argui potest : Angeli nempe non «lebeiil modo imperfectiori quam homines adulti beal il iidinem consequi. Sed homines adulti beatitudinem ‹onsequunt ur per viam meriti, videlicet tanquam mercedem ex ipsius lici promissione bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddendam[2] Ergo etiam angeli debuerunt suam beatitudinem per viam meriti adipisci.

Ratio autem theologica assignatur a S. Doctore. Cum nulla creatura sit naturaliter beata aut suus finis, sed soli Deo id sit proprium, omnis natura debet suum finem attingere per propriam operationem, quæ sit vel *factiva* finis, cum finis non excedit operationem, vel *meritoria* finis, si finis vires naturales excedat. Sed finis ille excedens est beatitudo supernaturalis. Ergo omnis natura creata, etiam angelica, debet suam beatitudinem supernaturalem attingere per operationem propriam, non quidem factivam, sed meritoriam.

Quæ conclusio etiam patristica traditione nititur. Nam, juxta S. Augustinum, boni angeli, « diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt, et ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos osse certissimi sumus, pervenire *meruerunt**. »

Prob. I la pars. Non meruerunt per opera subsequentia. Nam meritum proprie «lictum esi *via* ad finem. Sed opera subsequentia beatitudinem non sunt via ad linem. sicut nec ille qui est in line remanet in via ad tiiiem. Ergo.

Nec etiam per opera com omit ani ia heal il iidinem. ‹ irai ia enim qua meretur angelus est graliu imperfecta el amissibilis, dum beatitudo est gralia perle. Ia, quæ amitti nequii. Atqui idem subjectum nequit informari simul gratia imperfecta et perfecta, amissibili el inamissibili. Ergo non potuit angelus simii! mereri ,j irui heal it inline. Remanet, igitur ut meruerint per opera præeedentia beatitudinem

1. Conc. Trident., sess. VI. XVI et can. 26 et 32.
2. S. Augustin., *De dono permr.*, ‹. vu : *P. I...* x l v. 1001.

etiam dural mm·, ul. hoc pacto meritum sit reapse *via* ad terminiini . .su ul omnes concipiunt, prius esse duratione motum in via, quarti termini consecutionem.

\ l Angelus post unum perfectum charitatis actum boatitudinem habuit (a. 5). — Conclusio hoc modo expressa communiter admittitur ; at controversia est de instantibus quibus fuerit completa via angelorum, ut mox dicetur. Probatur conclusio. Sicut angelus se habet naturaliter ad suam perfectionem naturalem, ita se habet ex gratia ad beatitudinem supernaturalem : ratio est quia grat ia perficit naturam secundum modum naturæ. Atqui naturalem perfectionem non acquirit angelus per discursum, sed statim habet per naturam. Ergo supernaturalem beatitudinem habet statim per meritum. Sed meritum in angelis habetur per unum actum charitatis perfectum. Ergo post unum perfectum charitatis actum angelus fuit beatus. Jam vero actus charitatis perfectus non fuit in primo creationis instanti ; siquidem actus primi instantis non fuit quoad specificationem liber, sed potius fuerunt angeli necessitati et moti ad diligendam bonum. Postquam vero movere se potuerunt ex plena et perfecta deliberatione, per unum actum, jam utraque libertate, et exer itii et specificationis, liberum, meruere boni et demeruere mali.

XI1. Quot igitur fuerint instantia viæ angeloruml. — Tripiex est in scholis sententia. Prima vult tria fuisse instantia pro omnibus angelis : in primo fuerunt creati et omnes meruerunt, actu quidem libero quoad exercitium, sed necessario quoad specificationem ; in altero perfecta libertate omnes usi sunt et fuerunt boni a malis distincti ; in tertio, boni supernaturalem beatitudinem fuerunt consecuti et mali suppliciis deputati. Ita Capreolus, Salmanlicenses, Gonet, Billuart, Mazzella, etc. Secunda sententia ponil tria instantia pro malis duo tantum pro bonis; nam existimat actum quo angeli boni meruerunt non esse dis- l mellinia primo, sed ejus continuationem, ac subinde in

I. Gf. Gniiiiiienlatores S. Thomæ, in h. l., Cajetan., Bannez, .Ioan. a S. I'Iιιμ , Sylvius, Gonet, Contenson, Salmanticenses, Billuaet, .Iλvv'ιns, cum aliis recentioribus.

rudem instanti fuisse, liu privsiuliin Bannez, Sylvius, Joannes a S. Thoma, GonteiisonTertia sententia, quæ est Cajetani, duo tantum ngiuoi il m-lanlia pro bonis et malis : primum nempe omnibus commune ; secundum, in quo fuit plenus libertatis usus, I ι'Iριι in durum el meritum bonorum, et in cujus termino l'uil pœnu malorum et praemium bonorum.

Eligitur et probatur prima seni entia. I'.ιιιι instantia in angelis attendantur secundum operationes dislim tiis sibique succedentes, tot sunt ponenda instantia quot fuerunt operationes distinet® et sibi succedentes .Atqui tam pro bonis quam pro malis fuerunt tres operationes distinct®. Ergo tria fuerunt instantia. Prob. min. Actuo liber quoad specificationem et actus necessarius quoad specificationem non est una operatio invariabilis, sed sunt duæ operationes incompassibiles, sicut libertas et necessitas, ac proinde distinet® sibique succedentes. Atqui in omnibus angelis operatio primi instantis fuit necessaria quoad specificationem, utpote a Deo movente necessario ad bonum, operatio autem secundi instantis fuit libera quoad specificationem et perfecte electiva. Ergo operatio primi et secundi instantis sunt duæ actiones distinet® sibique succedentes; et idcirco duo constituunt instantia proprie distincta in omnibus angelis. Iterum, sicut impossibile est aliquem simul esse in Ana et extra viam, ita impossibile est actum et instans quo quis est in via non distingui ab actu et instanti quo quis est in termino. Sed per aᗕ Ium meriti vel demeriti angeli erant in via, per instans autem præmii vel pœnæ erant simpliciter exlra viam. Ergo impossibile est non distingui instans meriti vel culpa; el ins- l ans præmii vel pœnæ.

Tria igitur fuerunt instantia maliler distincta : creationis, meriti vel culpæ, præmii vel pu na·. In primo instanti potuerunt mereri, sed non peccare : ad peccatum enim requiritur completa libertas, ad meritum autem initiale motus sufficit liberi arbitrii, qui potuit in primo instanti haberi, eo quod potuerit esse statim cognitio et actus vo-

1, Hanc sententiam speciali apparatu proponit et propugnat Gotti, Tract, IX, *De Deo Creatore,* q. viu, dub. 3, § 2, n. 13.

hint ali cognitione regulatus.— In secundo autem instanli fuil cicci io definitiva; quia, cum intellectus clarissime el plenissime videat nec aliquid voluntatem retardet, slntim fieri potest et fit in angelis electio.

facta autem semel electione, non mutatur intellectus angeli nec ejus voluntas, et idcirco debuit in tertio instanli esse præmium vel poena.

XIII. Quantum duraverint illa instantia. — Instans creationis est ejusdem rationis in angelis et in nobis. Instans autem meriti vel culpæ non potest proprie determinari. quum non comparetur ‹ uin tempore nostro, sed operationi spirituali respondeat. Attamen, quia operatio intellectus et voluntatis, in substantiis omnino immaterialibus potest statim perfici, potuit esse brevissima via angelorum.

XIV. **Gratiam et gloriam receperunt angeli cum proport one ad perfectionem naturæ, ita videlicet ut qui perfectiorem habebant naturam, majorem quoque reciperent gratiam et gloriam** (a. 6). — Non est sic intelligenda conclusio ut putetur naturam fuisse causam seu rationem cur major infunderetur gratia, aut ex viribus naturæ repeti inerit um, sed sic solum ut voluerit Deus liberrime et gratuito servare proportionem seu harmoniam inter naturalia angelorum et sua supernaturalia dona.

Quæ doctrina traditur, non solum a S. Thoma, sed etiam a B. Alberto Magno[2] et a Petro Lombardo[1]; a S. Joanne Damasceno[3]: « Per Verbum angeli omnes creati sunt, el Sancto Spiritu sanctificante consummationem acceperunt, ut pro sua quisque dignitate et ordine splendoris gratiæque pari i· ipes sint » ; et a S. Basilio[4]: « Coelorum virtutes juxta proportionem qua se invicem superant, a Spiritu habent sanctificationis mensuram. »

1. 11. Atioiir. M., *II Sent.,* dist. 3, a. 10.
2. In Ii. I· *Seni.*
3. S, Joan. Damasc., *De Fid. Orthod.,* lib. II, c. ni; *P. G.,* cxiv, 870.
4. S. Basii.., *De Spiritu Sancto,* c. xvi; *P. G.,* xxn, 318.

Potuisset, etiam sapienter, Deu: disponere ut angelo inferiori superior et major infumlcrelur gratia, siquidem ubi vult spirat et in gratuitis mensura doni ab ipsa voluntate præstituitur ; attamen duplex est pulchra ac fundata convenientia ut perfectio donorum perfectioni naturalium proportionetur.

Prima desumitur ex parte Dei, Deus par ordinem sapientiæ suæ diversos condidit gradus naturæ angelica·, ita ut diversi gradus ad decorem conducerent. Su ut autem totam naturam ad gratiam et gloriam ordinavit. ita congruit ut diversos naturæ gradus ad diversos gratiæ et goriæ gradus ordinaverit ; quemadmodum artifex politiores lapides ad honorationem ædificii partem ordinat. Ergo quanto superiores fuerunt naturæ gradus tanto etiam superiores esse debuerunt gradus gratiæ et gloriæ.

Quæ ratio non valet pro hominibus, in quibus non vigent gradus -specifice diversi, sed est una tantum et eadem species.

Atlera desumitur ex parte ipsius angeli. Cum enim angelus non componatur ex diversis naturis, ut nos, nullo retardatur obstaculo ut tendat et se convertat in Deum; el idcirco quanto meliorem habuerunt naturam, tanto intensius conversi sunt ad Deuin per auxilium gratiæ moventis. Atqui quanto intensior est conversio tanto major confertur gratia et gloria ; quia utraque confertur, etiam hominibus, secundum dispositiones supernaturales. Ergo quanto superiores fuerunt angeli in natura tanto superiorem receperunt gratiam et gloriam. Quæ rai io non valet in nobis, cum natura inferior retardet inlerdiini motum intelle· - tivæ partis.

XV. Remanet in angelis tam cognitio quam dilectio naturalis (a. 7). — Jam ad abilil a doctrina de beatitudine seu. gloria angelorum, S. Docloi inquirit de illius proprietatibus, an scilicet evacuet operationem naturalem (a. 7). an excludat potentiam peccandi (a. 8), an sit capax augmenti (a. 9). — De primo puncto nullum moveri potest dubium. Quamdiu remanet aliqua natura, remanet et operatio ejus, eo quod natura sit propter operationem. Atqui remanent natura et naturalia in beatitudine. Ergo

remaiiil liK>. quæ est cognitio naturalis. Declarat ur inin liii lK·ul is mil uralia remanent, non quidem ut conjunct a ingenitu· defeetibilitati, ut vult Calvinus, sed quatenus nd essentiam pertinent. Semper enirn primum salvatur in secundo, et fundamentum in his quæ ipsi nit untur. Porro nat ura se habet ad beatitudinem sicut primum ad secundum nempe ut beatitudinis fundamentum. Ergo remanet in beatitudine.

XVI. Angelus beatus nullo prorsus modo, ne venialiter quidem, potest peccare (a. 8). — Error fuit Origenis angelos bonos ita remanere labiles, ut possint etiam dæmones fieri1. Quem errorem ceteri Patres vehementer impugnant. Nonnulli tamen, angelis applicando quæ de episcopis in *Apocalypsis* dicuntur, concedunt posse angelos bonos existere négligentes in Ecclesiis custodiendis. Tertullianus supponit angelos posse adhuc labi ex concupiscentia mulierum et hoc sensu dicit velandas esse mulieres propter angelos2. Alii vero admittunt posse quidem peccare angelos bonos, sed leviter tantum, sicut Cyrillus Hierosolymitanus3.

Recto autem sensu intelligi possunt alii Patres, ut S. Rasilius4 et S. Ambrosius5, qui docent angelos indigere, gratia Spiritus sancti ne cadant : hi enim volunt solum impeccabilitatem esse gratuitam.

Impeccabilitatem porro sanctorum angelorum docent jam S. Hilarius6. S. Gregorius Nazianzenus7 ; deinde clarius S. Augustinus : « Angelos sanctos de sua sempiterna et vera felicitate securos et certos esse nemo ambigat8 »; et S. Fulgentius : « Angelos in suæ dilectionis aeternitate fundavit9. » Quæ doctrina paulatim ita communis evasit

1. Origen., *De Princip.,* lib. I, c. v, vi; lib. II, c. in, etc.; *P. G.,* xi, 157 ss., 190 ss.
2. Tertull., *De virg. vel.,* vu ; *P. L.,* n, 899.
3. S. Cyrill. Hieros., *Caiech.,* u, 10; *P. G.,* xxxni, 416.
4. S Basii.., *De Spiritu Sancio,* xxix, 49 ; *P. G.,* xxxn, 158.
5. s Amiiros., *In Ps.* cxvm; serm. VIII, 29; *P. L.,* xv, 1306.
6. S Ilii.ah., In Ps. cxvm, 10; *P. L.,* ix, 522.
7. S. ‹ Iiii.i.mt. Nazianz., *Oral. XI,* 7 ; *P. G.,* xxxvi, 336.
8. S. Augustin., *De Civ. Dei.,* lib. XI, c. xxxn; *P. L.,* xli, 346. Cf. *Inehirid.,* 29; *P. L.,* xl, 246.
9. S. I'iiK'i-i, *De Fide ad Petrum,* m, 31 ; *P L.,* lxv, 687. — Cf. *De Trin.,* mu ; *P. /..,* xi.v, 505.

nt potuerit, definiri a Benedicto XII, 29 januarii 1336 : Postquam inchoata fuerit vel erit hilis intuitiva ac facialis visio et fruitio sine *aliqua inlercisionc seu evacuatione* praedictae visionis et fruitionis conlinuahi exstitit et continuabitur usque ad finale judicium <l ex tunc usque in sempiternuml. »

Ratio autem S. Thoma: evincit angelos beatos esse impeccabiles ab intrinseco, seu vi ipsius beal it udinis, dum plures l heologi cum Scoto propugnant impeccabilitatem ah extrinseco tantum.

Videndo quippe Deum per essentiam beati vident Deum ut summum bonum, cum essentia Dei sit essentia bonitatis. Atqui impossibile est ut videntes summum bonum malo adhaereant et in peccatum cadant. Prob. min. Comprehensores videntes Deum se habent ad ipsum sicut viatores ad bonum in communi. Atqui impossibile est ut viatores non attendant ad bonum in communi, dum agunt. Ergo impossibile est ut rompre hensores non attendant ad Deum vel Deum non ament, ac subinde impossibile est ut in peccatum labantur.

Confirmatur. Beatitude est exclusio omnis mali et congregatio omnis boni. Atqui praecipuum malum est peccatum el. inter præcipua bona est perseverantia et indefectibilitas in ipso bono. Ergo beatiludo excludit peccatum et importat indefectibilitatem in bono. Sicut autem oculi aperti non possunt non elicere actum visionis, ita angeli videntes summum bonum non possunt non amare l teuni, necessitate tum specificationis tum exercitii.

Inde vero non tollit ur excrcil ium liberi at is. nam remanet in angelis beatis indifferentia circa mulla bona oposita, facienda vel non facienda, dummodo non sini opposita ad ipsum Deum (ad 2).

Nec etiam radix libertatis tollitur. sed potius ex beatitudinc perficitur ; nam posse eligere malum non magis pertinet ad perfectionem libel lai ia quam posse concludere falso pertinet ad perfectionem rationis2. Unde, concludit

1. Denzinger, 530.
2. Cf. hac de re Leo XIII, Encyclic. *Libertas,* 1888, *Leonis PP. XIII, Acta,* t. VIII, p. 212 hr.

S. I »›" lor major libertas arbitrii est in angelis, qui peccare non poHiinl, quam in nobis, qui peccare possumus (ad 3), Ci-h-ra- quu-stiones expenduntur alibi in tractatu *de Novissimis,*

XVII. Angeli non possunt proficere in beatitudine essentiali sed tantum in accidentali. — Conclusione illa conciliantur diversa Patrum testimonia, quæ modo dicunl angelos esse in beatitudine immutabiles, modo autem reponunt angelos in beatitudine proficere. Utraque pars esi de fide.

Prob. Ia pars. De fide est gradus visionis respondere gradui meritorum : *pro meritorum diversitate alium alio perfectius,* ut loquitur concilium Florentinum[1]; aliunde est etiam de fide meritum convenire *statui vise,* juxta illud Christi : Venit nox, quando nemo potest operari[2], ubi *dies* indicat statum viæ, et *nox* statum qui viam sequitur. Licet autem hæc proprie dicantur de hominibus, eadem est ratio de angelis in merendo et videndo ac fruendo.

Ratio theologica sic proponi potest. In unoquoque motu motoris intentio fertur in aliquid determinatum ad quod intendit mobile perducere et quo habito impossibilis est progressus. Atqui circa beatitudinem supcrnaturalem creatura se habet ad Deum ut mobile ad motorem. Ergo movetur creatura spiritualis a Deo in aliquem finem intentum et gradum determinatum, quo semel obtento, creatura non potest proficere. Ille porro finis seu gradus non determinatur ex *objecto,* quod est in omnibus idem ; sed ex *modo* videndi Deum possunt esse gradus, quæ diversitas provenit ex intentione Dei in finem dirigentis, et id fit per de‹·retum prædestinationis.

Quocirca causa immediata et physica diversitatis in visione est diversum lumen gloriæ, causa mediata et moralis i-sl diversa charitas ac diversum meritum[3] ; sed ratio ultima I I libera Dei voluntas, seu prædestinatio, quæ præligil. I alein gloriæ gradum, cui de facto infallibiliter respondent

1. *Decretum pro Graecis,* Denzinger, 693.
2. Joan., ix, 4.
3. Cf. quii- dl-mei-uimus, supra ad q. xu, p. 134.

hoc lumen gloriæ, hæc ïΓκτiIιι hire charitas, hæc gratia.

Prob. IIa pars. Ex verbis (ʹ.luiliː« Gaudium erit in ⟩ '"Io super uno peccatore pomileiil iam agente *. »

Beatitudo accidentalis est gaudium n sultans ex cognitione mysteriorum gratiæ, aut ex n velatione eorum quæ fiunt successive in Ecclesia quæquc perl inent ad hominum salutem et Dei gloriam. Porro dari progressum in cognitione mysteriorum novasque fleri successive revelationes extra Verbum jam plus semel ostensum est. Ergo datur in beatitudine accidentali progressus.

Communis theologorum sententia tuetur, ⟨ ontra Petrum Lombardum, S. Bonaventuram, Gabrielem Biel, angelos proficere quidem in beatitudine accidentali, sed illam non mereri in temporum successione, quia sunt simpliciter extra viam. Dicendum itaque censemus beatitudinem accidentalem conferri etiam meritis, non quidem post adeptam gloriam successive comparatis vel adauctis, sed in statu viæ semel acquisitis, quatenus a merito viæ provenit ut illa gaudia accidentialia successive conferantur angelis, sicut etiam in nobis provenit ex iperito viæ ut præmia accidentalia et tandem gloria corporis conferantur.

1. Luc., xv, 7.

QU/ESTIO SEPTIMA

De Angelorum malitia quod culpam

AD Q. LXIH S. THOMÆ

Plura et difficillima hic versantur problemata, quæ mysterium mali, seu peccati, spectant : utrum et quomodo peccatum esse possit in creatura spirituali, sciliicet utrum omnis creatura, etiam perfectissima, sit naturaliter péceai bilis, et qua ratione poisit subrepere peccatum in mentem omnis erroris expertem; et cujusnam generis esse possit illud peccatum ; et hoc exposito, quodnam fuerit primum peccatum angelorum, etc., etc.

ARTICULUS PRIMUS

DE NATURALI CUJUSVIS CREATURÆ DEFECTIR1LITATE

AD ART. 1 S. THOMÆ

1. Plura certa de fide. — 1° Certum est de fide nullam creaturam esse *vi sui* impeccabilem ; nam fides tradit et angelos peccasse ac suum principatum, amisisse*, et primum hominem per suam praevaricationem sibi et suæ propagini nocuisse[1].

2° Corium est de fide Christum esse impeccabilem. Non solum in natura divina, sed etiam in natura humana Chris!um nunquam potuisse peccare asserit Scriptura : I *[hus arguet me de peccato3"?* »; et definit Ecclesia, quæ oc udinillil quidem fuisse Christum a passionibus molesta-

1. II Pict i.ii., n, 11 ; I Jun., v i.
2. Cono, I'Iuıı uı.. sess. V, can. 1 et 2.
3. .Joan., VIII, 1<>.

lum1. Triplici de causa fuil ('.hu d us impeccabilis : 1° propter gratiæ plenitudinem, qua; onnua impedimenta removebat ; 2° propter visionem Dei inluilixam, quam habuit ab initio quæque peccandi potentiam cm ludii ; 3" propter unionem hypostaticam, quia, ‹ um operuiion< . uul suppositorum et sit in Christo unum suppositum. s, ili el Verbi, in ipsam divinam personam refunderetur peccatum, quod absolute repugnat2.

3° Certum est de fide B. Virginem esse de facto ex gratia impeccabilem : jam enim declaraverat concilium Tridenlinum3 Sanctam Deiparam luisse omni peccato etiam veniali prorsus immuncm, et Pius IX delinit ipsam fuisse ab omni originalis culpæ labe præservatam immunem45 Non conveniunt omnes theologi utrum fuerit Beata Virgo ab intrinseco impeccabilis, ex vi propriae gratiæ, an solum ab extrinseco, ex singulari Dei assistentia, licet nobis probetur sententia quæ tuetur impeccabilitatem ab intrinseco, vi nempe gratiæ maternital.is divinæ.

Liquet autem impeccabilitatem sive, Christ i sive B. Virginis non esse naturalem

II. Plures hypotheses de quibus plena esse debet inter theologos consensio. — 1° Posset Deus condere aliquam naturam simul beatam et impeccabilem : sicut potest gratiam nullis præcedentibus meritis infundere, ita potest gloriam ab initio, absque ullis meritis, sed titulo omnino gratuito, tribuere. Id aliunde non convenit, sed minime repugnat divinæ largitati.

2° Posset Deus condere naturam non beatam, sed ex perfectione gratiæ impeccabilem . Ium enim impeccabilitas esset donum simpliciter graluilum.

III. Quæstio proprie controversa'. Quæritur itaque utrum condi possit creatura qua· sil natura sua impeccabilis, vel simpliciter el absolute, vel secundum quid et

1. Cone. Const... Il, an. 5;>3, run I?: Denzinger, 224.
2. De his fusius in tractatu Ur Incarnatione.
3. Sess. VI, can. 32.
4. Bull. *Ineffabilia Deus,* 8 ‹|‹.‹. 1854; Denzinger, 1641.
5. Cf. Commentatores S. Tiiom/e, in h. l.

rclalixc absolute nempe si nullatenus, neque contra legem naturalem neque contra ordinem supernaturalem, μη al ib lieerc ; secundum quid autem, si remanens impec- (aluli secundum legem naturalem, possit aliunde contra ordinem supernaturalem peccare.

Possibilem esse creaturam impeccabilem simpliciter admittunt Durandus, Molina, Ripalda, et illi theologi qui opinantur creari posse substantiam cui lumen gloriæ esset naturale seu debitum. Quam sententiam excludimus jam q. xii, a. 4. Possibilem vero creaturam quæ sit naturaliter impeccabilis contra legem naturalem, remanente tamen possibilitate peccandi contre ordinem supernaturalem, tenent multi Thomistæ. Quæstioni itaque per diversas conclusiones respondemus. Sit ergo.

IV. Prima conclusio : Repugnat creatura simpliciter et absolute impeccabilis. — Quam doctrinam Patres diserte proclamant. S. Augustinus : « Et cuicumque naturæ rationali præstatur ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ[1]. » S. Gregorius est : « Natura angelica, et si contemplationi Auctoris inhærendo, in statu suo immutabiliter permanet, eo ipso tamen quo creatura est, in semel ipsa vicissitudinem mutabilitatis habet[2]. »

Concilium Florentinum confitetur creaturas « bonas quidem, quia a summo bono factæ sunt, sed *mutabiles, quia de nihilo facia sunl*[3]. »

In his testimoniis dcfectibilitas creaturæ ex eo repetitur quod sit producta ex nihilo. Sicut ergo repugnat existere creaturam non productam ex nihilo ita implicat creatura simpliciter indefectibilis et impeccabilis.

Probatur rationibus theologicis. Valet ratio generalis jam alibi proposita. Si daretur creatura absolute impeccabilis, hæc. esset substantia supernaturalis. Atqui repugnat substantia supernaturalis creata. Ergo. Major ex ipsa hypothesi constat ; nam impeccabilitas etiam respectu ordinis

1. "■ Il n., ***Coni. Maxim.,*** lib. II, c. xn, n. 2 ; ***P. L.,*** x l ii, 768.
2. S. Uiiimoii. M . ***Moral.,*** lib. V, c. xxvin; ***P. L.,*** l x x v , 717.
3. ***Decretum pro .1m obilis,*** D e b z i n g e r , 706.

supernaturalis importa! plenitudinum gratiæ et gloria[2] ita quidem ut substantia impci · .dnlis sil ea ipsa cui debetur gratia et gloria, et idcirco proprie supernaturalis. Prob. min. Supernaturale audii quod ex· edi! mum vires et exigentias lotius nat uræ creata·, dum Hlllclnnlia vi sui exigil munia sua prædicata. Repugnat ergo ul id quod esi substantiale, seu debitum, simul sil supernal m al··, seu indebil um el gratuitum.

Rem plenius et profundius explicat ralio quam hic evolvit Angelicus, in art. 1. Peccare est declinare a reel il udiiie sui actus. Atqui omnis creatura, ex natura sua, habet ut possit a rectitudine sui actus declinare. Ergo omnis creatura ex sua natura habet ut possit peccare, et idcirco nulla creatura ex sua natura habet ut sit impeccabilis. Prob. min. Illa tantum facultas a rectitudine sui actus nequit declinare quæ est regula sui actus aut suæ regulæ inseparabiliter conjuncta. Sed nulla voluntas creata esse potest regula sui actus aut suæ regulæ inseparabiliter conjuncta. Ergo. Prob. min, subsumpta. Illa tantum voluntas est regula sui actus quæ est suus ultimus finis. Porro nulla voluntas creata esse potest suus ultimus finis, sic ut nec esse potest sua causa. Ergo.— Illa tantum voluntas estsuæ regulæ inseparabiliter conjuncta, cui regula est intrinseca. Atqui nulk ć reaturæ regula sui actus potest esse intrinseca ; nam hæc regula est voluntas divina, quæ cuilibet voluntati creata- vel creabili extrinseca remanet[1].

V. Secunda conclusio : Non est improbabile dari posse creaturam quæ non possit peccare directe contra legem naturalem ; cujusmodi esset angelus in statu naturæ puræ conditus.

Conclusio est communior inter Thomistes[2]; licet Sylvius probabiliorem existimet sentent ium negantem, quam tuentur Molina. Vasquez. Suarez, nosl risque temporibus el. L. Janssens[3].

Substantia qua- nullam .n qui ignorantiam, nullumque

1. Cf. etiam, *III Coni. Cent.*, e. 109.
2. Cf. praesertim Bannez, in li I.. Gonet, disp. xin, a. 1.
3. Cf. L. Janssens, t. VI. p. 789.

habet i llll >« llllll<-lll u lll circa naturalia, cuique amor Dei aiielorr, nuturalis est connaturaliter debitus, peccare nequit (tirede contra legem naturalem ; nec enim videtur m quo naturalem ordinem directe læderet. Porro substantia angelica nec ignorantiam habet nec impedimentum subit ex parte naturæ, sed naturaliter amat Deum auctorem naturæ. Ergo sub hoc respectu est impeccabilis.

Remanet itaque defectibilis, quatenus a Deo supernatural] principio et fine potest averti. « Naturale est angelo, ait S. Thomas, hic ad 3, quod convertatur motu dilectionis in Deum secundum quod est principium naturalis esse ; sed quod convertat ur in ipsum, secundum quod est objectum beatitudinis supernaturalis. hoc est ex amore gratuito, a quo averti potuit peccando. » — Quocirca S. Doctor defectibilitatem repetit, non cx ordine naturali, in quo angelus connaturaliter amat Deum, sed ex eo quo potest averti a fine supernatural!. — Nec oppositum docet, dum dicit : « Nulli creaturæ communicatum est nec communicabile fuit, quod peccare non posset *per conditionem naturæ suæl.* » Remanet quippe angelus semper defectibilis per conditionem naturæ suæ, quia a conditione suæ naturæ habet ut possit averti a fine supernaturali, ad quem potest elevari, et etiam potest indirecte contra legem naturalem peccare. Unde sil.

VI. **Tertia conclusio : Potest angelus indirecte contra legem naturalem peccare, legem supernaturalem violando, aut legem ordinis naturalis, sed positivam, quæ idcirco importet praeceptum novum legi naturali superadditum.** — Eo ipso quippe quod ordinem supernaturalem lædat. inducit quamdam in ipsa natura deordinationem. Si autem præceptum ordinis naturalis additur, istud non pertinet proprie ad legem naturalem, quia angelus in puris naturalibus const il ulus nulla lege positiva indiget ; sed omne præ- , ,.ρiηιιι addilum importat quemdam specialem ac gratuitum Dei interventum. Cum vero præceptum hujusmodi subjeci ioiieni imponat angelo, potest ille præ superbia re-

1. *II Sent.,* dist. '.'.'t, q. i, a. 1.

sistere ac reniti jamque rc.iill abii indirecte quædam in natura, ipsa, quæ deberet .semper obcdire, deordinatio.

VII. **Solvitur difficultas ot explicatur quomodo possit peccatum in mentes angelicas subrepere.** *Objicitur :* Ubi non est passio neque ignorantia esse nequii peecalum. Sed in angelis esse nequii passio nec ignorantia. Ergo in angelis esse nequii peccatum.

Besp.: Dist. maj. : Ubi non esi nec passio, nec ignorantia nec *dejectus advertentiæ,* seu *inconsideratio,* esse nequit peccatum, concedo; ubi non est ignorantia proprie dicta, sed esse potest inconsideratio et defectus advertentiæ, esse nequit peccatum, nego. Contradist. min. et neg. conci. (Ex resp. ad 3). Causa lapsus in angelis non possunt esse habitus pravi vel passiones, quia Angeli non sunt horum ' apaces; nec ignorantia proprie dicta, quia infusam habent notitiam naturalium et moralium ; nec error speculativus, qui ex ignorantia oritur. Superest igitur ut causa fuerit inconsideratio, seu defectus advertentiæ. Ita S. Doctor, non solum in præsenti, sed in *Sumina Contra Gentiles* et in *Quaesi. dispp.'* Negligit angelus attendere ad regulam divinam, sed suæ naturali perfectioni seu pulchritudini inhæret nimium, sibique nimium complacet, absque consideratione regulæ et præcepti supernaturalis ; et hinc sequitur error practicus in intellectu et prava voluntatis electio.

VIII. Sic ergo institui potest brevis analysis lapsus, seu peccati angelorum. — In primo instanti intellectus et voluntas necessario feruntur in Deum moventem ad bonum, et idcirco nequit esse peecalum ; in secundo inslanli. Iit indicium practicum el eleclio, soil ini ellecl us, qui deberet attendere ad regulam divinam, negligil illam considerare, ut in contemplatione propriie excellentia· moretur, el hinc judicium practicum erroneum profert, quod immediate sequitur prava electio.

Quibus jam præsupposil is, m\esi igandum est quodnam luerit primum angelorum peecalum.

1. ***III*** *Coni. Geni.,* c. 110, ad. l . qq. *Disp. De Malo,* q. xvi, a. 2 ad 4.

ARTICULUS SECUNDUS

DE PRIMO ANGELORUM PECCATO

AD ART. 2 ET 3 S. THOMÆ

I. **Opiniones præcipuæ recensentur.** — Jam confutata est absurda fabula, cui, propter apocryphum Librum *Enoch,* plures auctores ecclesiastici adhæserunt, nempe lapsum angelorum fuisse, carnalem concupiscentiam, seu, ut dicit Tertullianus, *a Deo el cœlo excedisse ob concupiscentiam fœminarum*[1]: quapropter vocantur daemones ab eodem Tertulliano *deserlores Dei, amatores feminarum}* '. Quam opinionem tuentur etiam Justinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Lactantius, et aliquatenus Ambrosius[3] — Alii autem assignant invidiam de homine, ul Irenæus, Gregorius Nyssenus[4]. Alii, sive ex veteribus sive ex recentioribus, existimant objectum lapsus fuisse geminum mysterium Incarnationis et Maternitatis divinæ, quatenus renuerint angeli revelatum sibi Verbum adorare el Matrem Christi tamquam suam reginam agnoscere, dum ceteri quasi *ave Maria* præcinuerint[6].

Communis vero et certa est sententia primum peccatum fuisse *superbiam* ; quo etiam sensu intelligi potest sententia Scoti[6], de luxuria spirituali, seu delectatione in propria excellentia. Verum iterum quæritur de quonam objecto superbierit diabolus : alii tenent appetiisse «qualitatem absolutam cum Deo, sicut Hugo a S. Victore[7] ; alii autem ap-

1. Tertull., *De Virg. vel., P. L.,* n,. 899.
   Tertull., *De Idol.,* ix ; *P. L.,* i, 671.
3. Prmcipui loci jam indicati sunt supra, q. iv, a. 2, n. 1.
4. Ihen., *Coni, hæres,* lib. V, c. xxm ; *P. G.,* vn, 1188; S. i.iii,üпıı. Nyssen., *Calech.* vi, *P. G.,* xlv, 30.
5. Cf. Janssens, p. 794.
6. Scot,, *II Sent.,* dist. 6, q. u.
7. licui) \ s. Victore, *Surnm.,* tract. II, cap. iv, *P. L.,* clxxvi, 84 : « Similis ■■■ voluit, *non per imitationem sed per æqualitatem* ;

petiisse adorationem aC.hri ⟨› Domino et ab hominibus; alii demum appetiisse unionem hyposlalicam eum Deo, quæ opinio sat celebris evnsil, non solum apud sacrorum præcones, sed etiam apud pluri s scholasticos, ut Suarezіuin, Becanum, et illos ‹pii propugnant Incarnationis factum independenter ab hominis lapsu

Sententia tamen S. Thoma· remans il communior. Qua? ut plene vindicetur, plures statuemus conclusiones.

II. Prima conclusio : Licet omnia peccata secundum reatum sint in daemonibus, secundum affectum tamen non possunt esse nisi superbia et invidia et ea quæ ex superbia et invidia consequuntur (a. 2).

Ia pars vix explicatione indiget : cum daemones inducant homines ad omnia peccata, rei fiunt omnium peccatorum.

Probatur IIa pars. In daemonibus ea tantum esse possunt quoad affectum peccata quibus affici potest nalura spiritualis. Atqui natura spiritualis non potest allici nisi superbia et invidia et peccatis quæ ex superbia et invidia consequuntur. Ergo. Prob. min. Natura spiritualis non potest affici circa corporalia, sed tantum circa spiritualia. Porro in spiritualibus peccatum consistit non quidem in appetendo ipsa bona spiritualia, quæ rationem boni habent ; sed in appetendo absque debito ordine debitaque mensura, ‹ um contemptu regulæ superioris. Et ille contemptus est superbia. Ex quo sequitur invidia. Per superbiam enim aliquid appetit excellentiam singularem. At singularis excellentia impeditur per excellentiam alterius. Ergo superbus resistit excellentiæ allerius ac de illa dolet ; quæ quidem oppositio et dolor esi ipsa invidia. Igitur ex superbia resultat invidia, el ex ul raque alia consequuntur peccata.

III. SecundaJconclusio : Primum diaboli peccatum fuit superbia, non invidia, vel inolmdientia. — Tota Scrip-

et non solum æqualis, sed etiam ‹pmd superior esse voluit videtur auctoritas illa velle : *Extollitur supra omne quod dicitur aul colitur ul Deus (II Thessal., ii).* »

1. Consulantur scholastici tum in hac quæstione *de Angelis,* tum in tractatu de *Incarnatione,* ubi de motivo.

tura htliiqur Traditio testantur fuisse superbiam. Isaias, sut» figura regis Babylonis, dicit de diabolo : « Quomodo » i) ulisl i^ile ecelo, Lucifer, qui... dicebas in corde tuo : *In cirium collucendam, super astra exaltabo solium metrm*[1]. » El Ezechiel, alloqueris diabolum sub figura regis Tyri : « *Elevaluin esi* cor tuum in decore tuo ; dixisti : Deus ego sum[2]. » Hinc in *Ecclesiastico* dicitur universaliter : « Initium omnis peccati est *superbia*[3][4] » — Nec minori vi S. Paulus : « Ne in *superbiam* elatus, in *judicium* incidat *diaboli**», scilicet incidat in peeeatum quo judicatus et damnatus est diabolus. Ergo superbia fuit peccat um diaboli.

SS. Patres id frequentius reeolunt : « *Superbia,* ait S. Augustinus, ex angelo fecit diabolum[5][6]» S. Leo Magnus : « *Primum superbus,* ut caderet ; *deinde invidus,* ut noceret*. » — « Cujus (Altissimi) eo ipso similitudinem perdidit. quo esse ei *superbe* similis in celsitudine concupivit[7]. » Probatur ratione theologica. Primus actus in natura angelica. cum sit per modum prosecutionis, debuit esse amor, primusque actus malus non pot uit esse nisi amor inordinatus; non quidem corporalium, sed spiritualium bonorum. Atqui amor inordinatus bonorum spiritualium in ho‹· reponitur quod ista appetantur absque debito ordine et eum contemptu regulae superioris, quod est superbia. Ergo primum peeeatum innatura angelica fuit superbia.

Concedimus ultro daemonibus inesse invidiam[8] ; sed invidia esse nequit prior superbia. Primum enim peccatum in natura spirituali nequit esse per modum fugæ, quæ alium supponit actum : ideo quippe ab aliquo refugimus,

1. Isaias, xiv, 12, 13.
2. Ezechiel., xxviii, 5.
3. *Eccli.,* x, 15.
4. */ Tini.,* ni, 6.
5. S. Augustin., *EnOrr. If* in Ps. xvni, n. 14; *P. L.,* xxxiv, I'.a — et. *Enarr. 1,* n. 14, ibidem, eoi. 156.
6. S. I.i.o M., Serm. IX, de Collectis IV, *P. L.,* 1 iv, 160, 161.
7. S Gregor. *M., Moral.,* l. XXXIV, c. xxi, *P. L.,* i.xxvi, 740.
8. Nec iiliud forte intendunt Patres jam citati, et S. Iraeneus, S. Chi t,oiiit Xvssenus ; quippe qui volunt diabolum fuisse invidum ul› Inii Io, sed quæstionem nostram non vertunt, utrum nempe Invidlii fuerit necne primus omnium actus.

quia est contrarium ei quod jam prius appetimus. Atqui invidia est per modum lug;r, nam invidens operatur, non tendendo in aliquid, sed potius n·· edendo, quatenus apprehendit sibi nocivum id quod esi bonum alterius. Ergo invidia esse nequit primum premium, s>'d ex superbia oritur,· ut posterius ex priori.

Pariter inobedienlia. quatenus esi per modum fuga', et recessus, supponit actum qui est per modum poseraiionis, scilicet superbiam.

IV. Tertia conclusio : Peccatum superbiae in angelis malis reponitur in eo quod appetierint esse ut Deus ; non quidem per aequiparantiam, nec per unionem hypostaticam ; sed per quamdam similitudinem, appetendo ut finem ultimum quod propria virtute consequi poterant, vel beatitudinem supernaturalem per virtutem suae naturae (a. 3).

Prob. Ia pars. Diabolum appetivisse fieri sicut est Deus certo constat ex Scriptura, in qua diabolus, sub figura regis Babylonis, dicit : « Ascendam in cœlum, *similis ero Altissimo*[1] » — et sub figura regis Tyri exlamat : « *Deus ego sum*[2]. » — Duo a propheta asseruntur : 1° peccatum fuisse superbiam : *Elevatum est cor tuum in decore tuo* ; 2° objeclum hujus superbia· fuisse appetitum divinitatis : *Dixisti : Deus ego sum.* Quem locum ita communiter interpretantur SS. Patres. Sola difficultas est de modo quo appetierit esse ut Deus.

Prob. ID pars. Non voluit diabolus fieri el esse Deus per æqualitatem. Primo, quia sciebat id esse impossibile ct absurdum, nec in eo esse potuit ignorantia aut error, aut aliquid quod cognitionem impediret vel perturbaret, nec habitus malus, nec inordinatus passionis motus. Se- (undo, quia, etiamsi forel possibile, non posset appeti. Xulla quippe res appetitu vero desiderat sui destructionem. Atqui desiderare transmutari in mil uram superiorem vel. divinam est appetere sui deslrud ionein ; quia non potest

1. Isai., loc. cil.
2. Ezechiel, loc. cil.

fieri Deus per æquiparantiam nisi propriam naturam limit l mulo.

Deponunt quidam, cum Suarezio, potuisse diabolum appetere illam æquiparantiam appetitu saltem *inefficaci.*

At contra, primus actus fuit volitio linis ultimi. Porro volitio finis ultimi est efficax, quum sit ratio cur cetera fiant. Ergo non potuit primum peccatum in appetitu inefficaci consistere.

Prob. **111**a pars, scilicet objectum superbiæ non fuisse unionem hypostaticam. Concedimus Incarnationem fuisse aliqua saltem ratione angelis revelatam[1], licet nonnulli auctores plura de motivo Incarnationis proferant *divinando.* « Neque sine gravissimo argumento, quod nullum est omnino, vaticinari de re tanta fas esse arbitror[2]. » At etiam dato omnes angelos plene cognovisse mysterium unionis hypostaticæ, non potuit diabolus unionem hypostaticam appetere sibi ipsi, quia jam appetivisset propriæ personalitatis amissionem, cum tamen omnis *res* suæ individualitati vel personalitati maxime consulat ; nec appetere naturæ angelicæ, quia superbia est amor propriæ et *singularis* excellentiæ, non autem principaliter et primario appetit excellentiam toti naturæ *communem.*

Probatur ultima pars. Superest igitur ut diabolus appetierit esse sicut Deus per quamdam similitudinem absque debito ordine. Porro similitudo cum Deo absque debito ordine in hoc consistit quod, sicut Deus est suus finis et a nullo dependet, ita angelus velit esse suus finis nec ab alio dependere, nec suam beatitudinem ad alium ordinare. Ergo diabolus hac ratione appetiit esse sicut Deus, quod voluerit esse suus finis, reponendo nempe suum ultimum finem in seipso, seu in eo ad quod poterat propria virtute pervenire, rejiciendo finem supernaturalem ; vel forte, sed minus probabiliter, appetendo habere beatitudinOm supernaturalem per propriam virtutem.

yuic ultima explicatio non repugnat ; sed prior est potius retinenda; nam proprie aliquis est suus finis ultimus el

1. Cf. supra, <|. Lvn, n. 11.
2. l'BTa v iu m, De *Incarn.,* lib. **III**, cap. n. n. 10.

assimilatur Deo si vi propria· naturæ ad aliquid superius non ordinatur.

V. Corollaria. — Ex quo aul< m aliqiiH esi. suus ultimus finis et a nullo alio dependel. obi..... m alio principatum ; unde secundario et ex consequenti appel iil diabolus tyrannicam potestatem super alias créai uras, el ex hoc l vrannidis appetitu sequitur ut voluerit hominis ruinam el mortem; quapropter dicitur *homicida ab inilio*[1].

1. Joan., viii, 44.

ARTICULUS TERTIUS

PLURA ELUCIDANTUR DE ANGELORUM LAPSU

ad art. 4-9 S. thomæ:

I. Dæmones non sunt naturaliter mali, sed propria voluntate facti sunt mali (a. 4). — De fide, ex concilio Later. IV : « Diabolus enim et alii dæmones a Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali[1]. »

Non sunt naturaliter mali hoc sensu quod natura eorum sit mala, cum natura angelica sit a principio bono condita et idcirco ad bonum ordinata. Nec dici possunt naturaliter mali hoc sensu quod necessario tendant ad malum, quia inclinatio a principio bono accepta nonnisi ad bonum esse potest ; neque hoc sensu quod necessario appetant bonum cui conjungitur malum, nam intellectualis natura non inclinatur necessario nisi ad bonum in communi, seu bonum universale, cui nullum adjungitur malum. Ergo libertate sua facti sunt mali '.

Homo quidem potëst aliquo sensu dici malus natura, sen natura *filius iræ*[2] : 1° quatenus habet peccatum originale. ; 2° quia peccatum originale *naturam* allicit ; 3° quia naturalem inclinationem habet ad malum propter sensitivam partem, quæ tamen inclinatio non nécessitât voluntatem, unde nequit diei homo naturaliter malus.

Sed diabolus nec originale pec< atum habet nec naturalem inclinationem ad malum vel ad bonum cui ‹ onjungitur malum.

1| Diabolus nec fuit nec potuit esse malus in primo inatnnlti per culpam propriæ voluntatis (a. 5). — Triplex fuit opinio : prima contendit diabolum de facto peccass·· m primo m .lauti, et hæc est Manichæorum, quæ repugnat

1. Cnp. *I iruiilct··,* Dexzinger, 428.
2. *Ephes.,* n, 3.

lidei ; altera ponit dæmones de facio non peccass^ at potuisse absolute pfetcare, salicin si non fuissent creati in gratia : ita Scotus, Gabriel Biol, To Ictus ; tertia, quæ est S. Thomæ et Thomistarum <l hodie communissima. Jocet ne potuisse quidem angelos in primo instanti peccare.

Prima refellitur ex texhlnis el rul ibnibns quibus probalum est angelos omnes fuisse in gratin conditos. Siillirial hic allegare verbum Christi : I *In veiilale non xlrlil* l2 Ergo fuit aliquando in veritate, seu absque pe< cato.

Probatur tertia sententia et refellitur secunda. Operatio quæ incipit simul cum esse rei est a rei auctore, quia t unc non est in re alia inclinatio nisi quam accepit ab auctore naturæ Atqui operatio quæ est ab auctore naturæ angelicæ non potest esse mala, eo quod Deus non sit agens defectivum, nec ullatenus possit inclinationem pravam inserere aut in operationem pravam influere. Ergo prima operatio angeli quæ incepit cum ipso esse non potuit esse deliciens et peccato inquinata !.

IIL Probabilior sententia est post primum instans suœ creationis diabolum peccasse (a. 6). — Rem exposuimus supra q. 62, η. xii-xni. Licet 1res sint sententiæ, ea magis satisfacit quæ statuit tria fuisse in via angelorum instantia : in primo omnes gratiam acceperunt et jam meruerunt, actu tamen quoad specificationem necessario ; in secundo fuit electio definitiva, meritumque vel demeritum, in tertio premium vel poma. Ratio desumitur ex conditione naturæ angelicæ. Angeli enim post unum actum perfecte liberum acquirunt suam beatitudinem, nisi impedimentum ponant peccando, quia non indigent diversis molibus, sed uno actu perfectionem consequuntur (q 62, a. 5). Atqui non omnes angeli acceperunt beat it iidinem post primum instans. Ergo quidam impediment mu posuerunt, peccando post primum creationis instans.

Confirmatur. Ratio ponendi inoram inter creationem el lapsum esset vel quia, angeli non fuerunt in gratia creati, vel quia non potuit in primo ijisl ani i post creationem haberi.

1. Joan., vm, 24.
2. De doctrina S. Augustini, cl. !.. Janssens, p. 827-830.

actin liberi arbitrii. Sed neutra valet; jam enim constat el angelos fuisse in gratia conditos, et actum liberi arbitrii haberi perfectum in illo instanti, cum intellectus angeli .latim perfectissime videat nec aliquid ejus voluntatem retardet. Ergo nulla est ratio opinandi fuisse moram inter creationem diaboli et ejus lapsum.

IV. Utrum angelus supremus inter peccantes fuerit supremus inter omnes (a. 7). — Certum est ex Scriptura fuisse inter peccantes aiiquem ita supremum ut sit lapsorum caput ; nam ceteri dicuntur *angeli ejus*1, et ipse dicitur *Levialham*2,3 et *Draco,* qui fuit dux in rebellione contra Deum4.

Quæstio vero est utrum ille supremus inter rebelles fuerit eLiam primus inter omnes angelos, seu prima ac præstantissima omnium creatura quam Deus unquam condidit. Triplex est apud Patres sententia. Prima, cujus meminit S. Augustinus, quamque tenent S. Gregorius Nyssenus et Damascenus, vult Luciferum fuisse supremum principem tertii ordinis, cui terræ commissa erat a Deo custodia4. Secunda sententia, quæ est S. Athanasii, et S. Cyrilli Alexandrini, reponit Luciferum esse primum inter Cherubim5. At forte accipitur *Cherubim* sensu illo generali quem tradit S. Thomas, hic ad 1.

Tertia sententia, quam tuetur jam Tertullianus, quamque vindicat speciatim S. Gregorius M., quæque communior est inter ecclesiasticos scriptores et theologos, censet Luciferum fuisse supremum inter omnes angelos, seu præstantissimam omnium creaturam®. Hoc sensu intel-

1. Matth., xxv, 41; *Apoc.,* xn, 7.
2. Isai., xxvii, 1.
3. *Apoc.,* xii, 7, 9.
4. Cf. S. Augustin., *De Civil. Dei.,* lib. VIII, c. xm et xiv, el Illi \ c. xi ; *P. L.,* x l i, 238 ss, 289 ss ; S. Joan. Damasc., lib. II ; *Orlhod. Pid.,* c. iv ; *P. L.,* xciv, 873 ss.
5. Cf. S. Cyrii.l., *Glaphyr.,* i, n. 3; *P. G.,* 1 x i x, 24.
6. ‹ | | i.HTULL., lib. II, *Coni. Marcionem,* c. x, *P. L.,* n, 323; S Cm uni M., *Moral.,* lib. IV, c. ιχ : « *Ila conditus fuerat ul an-i/i·Iiiiiiiii ' "I,·ı c; legionibus emineret.* » *P. L.,* 1 x x v, 646. *Homil.* \ Λ Λ /I ii . *IJnde et ipsi angelo qui primus est conditus, per prophetam du diu·* : Tu signaculum similitudinis. » *P. L.,* 1 x x v i, 1250.

ligi possunt veiba EzcchieliH «ρι;ι· de Lucifero dicuntur, sub figura regis Assyriorum : Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abides turn adaiquaverunt summitatem ejus, ct platani non fuerunt a-qua· frondibus illius : omne lignum paradisi Dei non ‹·.·.l assimilai um illi et pulchritudini ejus12 » Nulla esl nd io Kigi'jin, ‹ um agatur de libertate ; at existante lapsu, possumus ‹·χ psychologia angelica aliquatenus arguere. In peccato enim angelorum magis attenditur motivum peccandi quam pronilas ad peccandum. Porro ex parte motivi supremus infer omms potuit probabilius esse supremus inter pec‹ antes. Nam hujusmodi peccatum fuit sqperbia, cujus motivum est excellentia propria. Jam vero illud motivum habetur picinus in supremis et perfectissimis, si‹ ut liquet tanto majus esse superbiendi motivum quanto major est excellentia.

V. Peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi, non quidem cogens, sed inducens (a. 8). Diabolus in Scripturis exhibetur ceu princeps (hemonum, ila ul ceteri dicantur *angeli ejus* et* ipsi subdantur. Atqui ordo divina· justitiæ hoc habet ut cujus suggestioni aliquis consentit in culpa, ejus potestati subdatur in poena. Ergo, cum angeli pravi diabolo subdantur in poena, indicium est eos ipsius suggestioni consensisse in culpa.

Probe notetur quod animadvertit S. Doctor in resp. ad 3 : « Quia igitur supremus angelus majorem habuit naturalem virtutem quam inferioris, intensiori motu in peccatum prolapsus est. et ideo faillis ‹ st *eliam in malilia major.* » — : Unde non pan um el depravat a· nost ra· a·! at is a Christo apostata· signum, ‹ ullus ille Sal ana· redivivus, et laus vere infernalis, quam addit li linifero superbia· suo et rebellionis capiti decernere non verentur3. »

VI. Plures angeli permanserunt quam ceciderunt (a. 9). — Quæstio non potest ex Siriplura dirimi. Adducitur ‹ ommuniter textus Apoialyp i· in quo draco dicitur

1. Ez.echiel, xxxi. 8.
2. Mattii., xxv, 41 ; *Apoc.,* xn, *7.*
3. L. Janssens, p. 843.

ll·.·· x i:.·.·· *Iciiiam* pariem stellarum1?*Lieet textus «le consummatione mundi intelligatur, alludit tamen ad primam angelorum ruinam.

Hugo a S. Victore ita. concludit : « Omnino tamen probabile videtur plures remansisse quam cecidisse*. »

5. Thomas arguit ex ‹onditione naturæ angelicæ. Peccatum est contra naturam. Porro in natura integra, ul erat in angelis, id quod fit contra naturam in paucioribus accidit. Ergo existimare licet peccatum in angelis fuisse ut in paucioribus.

Principium illud non valet pro hominibus; quia duplex est in ipsis appetitus, nempe sensitivus et intellectivus, et plures sunt qui sensitivum sequuntur.

VII. Probabile est de quolibet ordine aliquos cecidisse (a. 9 ad 3). — Nomina *angelorum, principatuum, virtutum, poiesialum,* tribuuntur daemonibus ab Apostolo3 ; *cherubim* ab Ezechiele4. Possunt tribui cetera, præter nomina *Seraphim* et *Thronorum,* quia hæc sumuntur ab ardore charitatis et ab inhabitatione Dei, quæ non possunt esse cum peccato mortali.

Hæc doctrina est fere communis in scholis, traditurque ab Hugonc Victorino : « Ex singulis ordinibus aliquos cecidisse5 6» ; «4 a S. Bonaventura : « Cum enim de supremo ordine aliqui avulsi sint, ut Lucifer, credendum est quod omnes senserint aliquam ruinam®. »

In quo. animadvertit. Angelicus, magis comprobatur libertas liberi arbitrii, quæ secundum quemlibet gradum creaturæ in malum flecti potest.

Et aliunde fervor noster excitatur eo quod ad singulos ordines assumantur homines in supplementum ruinæ angelorum.

I. *Apoc.,* xu, 4.

Hugo a S. Victore, *De Sacramentis,* lib. I, P. V., *P. L.,* **ci.xxvi,** 261.

.I. *Itum,,* vm, 38; *Ephes.,* vi, 12.

■I. I·./ı ı nu i, xxvni, 14.

(». Ili '.o ʌ S. Victore, lib. I, *De Sacramentis,* P. V., c. xxx ; *JJ. L.,* ‹:i xxvi, ',iUi.

6. S. Bonam vi., // *Seni.,* dist. 6, q. 1, a. 2.

ARTICULUS <jl' MITES

*DE PIES.*l /)Æ1/OV/'V

AD ρ. LXIV S. THOM.'E

I. Ex duplici capite attendi potest pæna in daemonibus. — Una quippe est quasi intrinseca et ad actus internos pertinens, sive actus intellectus sive voluntatis, et hæc triplex est : *obtenebratio* in intellectu (a. 1), *obstinatio* in voluntate (a. 2), ac *dolor* etiam in voluntate (a. 3). Alia vero infligitur ab agente extrinseco, cl him· quæritur Ium de igne tum de loco poenali dæmonum (a. 4).

II. Intellectus in dæmonibus non est ita obtenebratus ut remaneat omni cognitione veritatis privatus (a. 1). Primo quidem, cognitio naturalis dæmonum *speculativa* nec fuit sublata nec diminuta. Nam hujusmodi cognitio pertinet ad naturam, sicut etiam constat species inditas esse angelis connaturales. Atqui in dæmonibus naturalia, utpote simplicia et incorruptibilia, remanserunt integra et immutata. Ergo cognitio hujusmodi nec fuit ablata nec diminuta. Ipsa tamen non est vera et proprie dicta beatitudo. Hæc enim consisti! in applicatione ad superiora. Jam vero per cognitionem naturalem speculativam da-mones minime applicantur ad superiora, qua· sunl divini ordinis.

Secundo, cognitio naturalis pra<li<a non videtur remansisse integra. Nam daunonrs prad ice judicant eligendum esse quod est malum, ul quum appetunt hominis damnationem. Porro cognitio practice falsa dici nequit naturalis, cum natura integra pol ms inclinet ad eligendum quod bonum est. Ergo in dæmonibus non remansit integra cognitio naturalis practice.

Tertio, cognitio supernaturalis speculativa est diminuta quidem, sed non totaliter ablata ; quia de secretis divinis tantum revelatur eis quantum oportet, vel mediantibus

angeli: bonis vel per aliqua temporalia divinæ virtutis elToclii.

Quarto, cognitione supernatural! affectiva totaliter carent d ' iiiones, quum hæc. adjunctam habeat charitatem. qua simpliciter privantur.

Quinto, dæmones cognoverunt aliqualiter mysterium Verbi incarnati, non tamen cum omnimoda certitudine ante resurrectionem Christi ; quia nondum erat evidentia, secus nunquam Dominum gloriæ crucfhgi procurassent (ad 4). Post resurrectionem autem et patrata illa miracula in Ecclesiæ propagatione, intellectus eorum fuit evidentia signorum coactus.

III. De obstinatione voluntatis in dœmonibus (a. 21). — Obstinatio voluntatis est immobilis adhæsio voluntatis malo semel commisso. Duplex distinguitur : imperfecta et perfecta. Obstinatio imperfecta habetur in hominibus peccatoribus in statu viæ, qui voluntatem habent in malo ita firmatam, ut ex illa nonnisi debiles motus in bonum exsurgant, quique tamen aliquos actus moraliter bonos interdum eliciunt et possunt sub auxilio Dei moventis ad conversionem disponi. Obstinatio autem perfecta dicitur qua quis ita malo adhæret et in malo detinetur, ut a culpa nullatenus exurgere queat nec ullum actum moralité!· bonum eliciat. Quocirca illi obstinati nunquam possunt ad poenitentiam salutarem reverti, sed malum semper eligunt et committunt. Quæ obstinatio non habetur in præsenti vita humana, nam in hominibus viatoribus liberum arbitrium remanet semper mutabile, et gratia divina nulli subtrahitur, ut dicetur infra, de gratia. Certum est de fide omnes damnatos, sive angelos sive homines, ila esse obstinatos in malo ut resipiscere nunquam possint, nam de tide est animas decedentium in peccatum mortali /no.r post mortem ad inferna descendere§ et poenas inferni

l i l (.oiiiinontatores S. Tηομέ, in h. L, et. Petav., lib. III, C. II |*| lll>

·' Hu emu ilium Florentinum, decret, pro Græcis, Denzinger, 693.

esse æternas, *nec unquam reslilulionem el redintegrationem jure dæmonum aul impiorum hominum'.*

Ipse Christus Dominus soi l·m damnatorum ita immobilem exhibet ut nunquam ii» ті quml transitus de statu pœnæ ad statum solalii : lil in his inler vos el nos chaos magnum *firmatum* est, ul hi qui voln.nl Ium· Iransire ad nos *non possint,* neque inde huc triuismciirr·.

Testimonium hujus fidei certissima· habetur m c/icom/c *Consi, concilii Vaticani* : « Post mortem, qua· ‹ .l v ia· nosl ra· terminus, *mox* ad Dei tribunal sistimur, ul referai imus quisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum *(11 Cor.,* v, 10^ ; *neque ullus posl hanc mortalem vitam* relinquitur locus pœnitentiæ ad justificationem[3]. »

Hujus obstinationis duplex assignari potest causa : una extrinseca, ex parte Dei non largientis amplius gratiam, quia tempus viæ elapsum el clausum est ; all era intrinseca, ex parte voluntatis creata·, quæ semper adhæret malo et Deum vindicem semper odit.

Quæ in præsenti sufficiunt, eætera expendentur in tractatu de *Novissimis.* Verum quæstio hic movetur utrum in dæmonibus obstinatio sil tantum extrinseca, propter subtractionem divinæ gratiæ, an etiam intrinseca, propter inflexibilitatem liberi arbitrii adhærentis immobiliter objecto quod eligit ex perfecta deliberatione, id est post certam cognitionem et liberam determinationem. Primum tenent Scotus, Molina, Toletus, Suarezius, alterum vero Thomistæ communiter cum Angelico Præceptore.

IV. Conclusio : Post primum peccatum dmmones perfecte sunt obstinati in malo, ex ipsa liberi arbitrii inflexibilitate, ita ut nec tempus nec locum habeant poenitentiae.

Scimus ex revelatione Deum angelis peccantibus non pepercisse, nec ullum ex dæmonibus resipuisse : « Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in luriarum tradidit cruciandos, in judi-

1. Ira concilium Constantinop.. II, 553, contra Origenislas ; Denzinger, 211.
2. Luc., xxiii, 43.
3. Cf. T. Granderath, *Acia ‹7 Decreta, conc. Vaticani,* p. 564, coi. 2; Frib. Brisg., 1892.

ciimi reservari1* » — « Angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, io judicium magni diei, vinculis aeternis sub caligine reserve vit8. » « Neque locus inventus est eorum amplius in cælo3. » Atqui, nisi essent angeli ex natura sua inflexibiles et inconvertibiles, Deus, pro sua misericordia, tempus et locum veniæ eis dedisset, ut dedit hominibus, qui sunt in præsenti vita flexibiles de malo in bonum sicut de bono in malum, et quidam ex angelis misericordia illa usi fuissent ad poenitentiam. Ergo ex ipso facto censendum est angelos esse naturaliter inconvertibiles.

SS. Patres impoenitentiam daemonum repetunt ex indole mentis angelicæ, qua iit ut oinnc peccatum angelorum sit irremediabile, nec ipsis amplius suppetat facultas redeundi ad Deum. « Neque ipse habet liberum arbitrium, ait Augustinus, ad bene faciendum sed ad maximam malevolentiam poena sui sceleris obduratum4. » — « Et de angelis quidem, scribit Fulgentius, hoc disponit et implevit, ul si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, numquam eam divino munere repararet5. » Huc etiam facit celeberrimum Damasceni effatum : « Hoc enim est hominibus mors, quod angelis casus6* ». quasi nempe anima fieret post mortem inconvertibilis, quia conditionem sortitui angelorum.

Probatur, ratione theologica. Cum Deus universa secundum modum propriæ naturæ gubernat, non debet convertere voluntatem quæ est ex natura sua inflexibilis et inconvertibilis. Atqui voluntas angelica est inconvertibilis ex natura sua, seu ex causa intrinseca. Ergo non debuit Deus, contra naturam agendo, convertere angelos. Prob. min. Vis appetitiva proportionate cognoscitivæ, voluntasque intellectui, ita quidem ut voluntas adhæreat sicut

1. *II Pel.,* n, 4.
·?. .luo., G.
U. /IpOc., xii, 8.
I. S Xoı.ı βτiN., *Epist. CCXVII,* c. m, n. 10; *P. L.*. xxxin, 982.
›. s l ii io <i., *De Fid. ad Petrum,* c. m, n. 30, *P. L.,* 1 x v, 687.
G. S. .Ioax Damasc., lib. II, *Orthod. Fidei, c.* iv ; *P. G.,* xciv, 878.

intellectus aprehendil el judical, Sed intellectus angelicus apprehendit immohililei nc< mutat judicium semel pronuntiatum. Ergo voluntas angelica immutabiliter adhæret nec mutat elect ioiiein sennl habit urn.

Explicatur argument um. Eab nu emit digit immutatio in intellectu nostro quatenus ratio diæiiml el discurrendo nova invenit motiva, ul reformetur judicium ; at qua* simplici intuitu apprehenduntur, ul prima principia, mm mutantur. Atqui angeli omnia apprehendunt uno ac sim plici intuitu, nec nova possunt adinvenire motiva, cum subito et perfecte omnia intus legant. Ergo intellectus angelicus non potest mutare quod semel judicavit. — Confirmatur. Ratio cur nos mutabiliter velimus est quia vel ex ignorantia, vel ex passionis impetu, vel ex pravo habitu operamur. Nullum autem horum occurrit in angelis : non ignorantia, quia nullum novum determinationis motivum ipsos latet, quando fuit voluntas post plenam deliberationem determinata ; non passiones vel pravi habitus, qui non concipiuntur in natura spirit uali, præsertim quum agatur de primo actu. Ergo nulla invenitur ratio cur angelus voluntatem mutet[2]

V. Corollarium respectu animæ separatæ.

Quæ probatio valet etiain pro hominibus damnatis. « Anima separata angelo conformatur, et quantum ad modum intelligendi el quantum ad indivisibilitatem appetitus, quæ sunt causa obstinationis in angelo peccante : unde per eamdern rationem in anima separata obstinatio erit*. »

VI. Dolor est in daemonibus ; non quidem ut est passio sed ut designat actum voluntatis a. 3). — Dolor ut passio oritur ex corpore et eatenus tantum substantiam spiritualem afficit quatenus hæc corpus habet, sibi naturaliter unitum. Cum ergo angeli non habeant corpora sibi naturaliter unita, non possunt dolonm) animalem pali.

Dolor autem involuntate est renisus voluntatis ad id

1. Quoad cetera cf. Gonet, disp. XIV, a. 1.
2. S. Thom., qq. *Dispp., De wit.,* <|· xxii, a. 11.

quod . ,l cl nd id quod non est. Porro dæmones inulta vcllcul . w quæ non sunt et non esse quæ sunt. Ergo.

Ill· dolor, seu pœna, est duplex, nempe *damni* et *sensus.* I'.i'iia damni consistit in amissione Dei et in tristitia quæ x apprehensione tanti detrimenti oritur ; pœna autem sensus est ea quæ per agens extrinsecum infligitur, dici- i urque per analogiam ad poenam quam sensus ex nocivo extrinseco patiuntur. Ratio utriusque est quia pœna debet i ulpæ respondere ; in culpa autem sunt duo, nempe aversio a Deo et conversio ad bonum commutabile : aversioni quidem a Deo respondet pœna damni, seu privatio visionis intuitive.*, conversioni autem ad creaturas respondet pœna sensus, quæ ab agente extrinseco provenit.

I'Iraque indicatur in forma solemni judicii universalis[1] : Discedite *a me,* maledicti (pœna damni), in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus (pœna sensus). »

Quibus verbis enuntiatur eamdein fore hominum damnatorum et dæmonum sortem. Alii etiam textus pœnam sensus dæmonibus adseribunt : « *Pudentibus inferni* detractos in tartarum tradidit *cruciandos,* in judicium reservari[2].» — « In judicium magni diei, *vinculis æternis* sub caligine reservavit[3]. »

\ 11. **Quomodo ignis torqueat dæmones. —** Certum est ignem inferni esse *realem,* non metaphorium, ut probatur in tractatu *de Novissimis,* licet de *natura* hujus ignis diversæ tradantur sententiæ. Quæstio porro difficillima est quomodo ignis corporeus possit substantias spirituales attingere ; hinc innumeræ hypotheses[4]. Nonnulli veteres I heologi existimabant spiritus ab igne torqueri eo quod ignem apprehendant sibi nocivum. Quæ explicatio nullatenus satisfacit : tunc enim dolor non proveniret ab igne, sed ab apprehensione. Alii ponunt dolorem similem ei qiu in anima ex adustione corporis patitur ; sed manifestum i sl hunc esse dolorem *animalem,* qui statum unionis um I orpore supponit nec substantiam incorpoream afficit.

1. Ma t t ii,, xxv, 41.
2. *II P«t.,* n, 4.
3. Jeu., 0.
4. Cf. S. I ik im v . uipplem., q. 1 x x.

Suarez censet ignem in dæmonibus producere quamdam qualitatem spirit ualem */latori/cram,* quæ substantiam angelicam afficit ac deturpat Verum lure omnia non conveniunt substantiæ spirituali, quæ m nullatenus deturpari aut alterari potest. Tenenda est igitur S l homie ejusque discipulorum sententia, quæ docet diemom . torqueri per quamdam *alligationem,* quatenus ignis ut *instrumentum /liuinie virtutis,* impedii quominus operentur uhi el quomodo vellent. Scriptura, de facto, describit pouiam danmnum per modum alligationis : *vinculis ælernis, rudentUms in/crni.* Pœna autem hujus modi est maxime afllictiva, quia dæmones, utpote naturæ præstantissimæ et maxima activitate præditæ, non possunt non dolere eo quod in tanta impotentia detineantur a re vili et inferiori.

Producit igitur ignis aliquid *reale* in dæmonibus, nam illos realiter cruciat el vere ac proprie affligi!. Alligatio porro non attingit immediate substantiam, ut putant Salamanticenses, sed potius *aclivilalein,* el idcirco potentiam, in qua est activitas, intrinsece allicit, et remote tantum substantiam spiritualem2.

VIII. De loco poenali angelorum (a. 4).— Addit S. Doctor hunc, articulum ut explicentur plures textus S. Scripturas, præsertim S. Pauli, qui exhibet dæmones ut principes vel rectores hujus aeris : « Secundum principem potestatis *aeris hujus3.* » — « Adversus principes et potestates, adversus mundi rectores *tenebrarum harum,* contra spirit ualia nequitiæ *in coelestibus**. El multorum Patrum, qui cum Augustino putant aerem caliginosum ‹ sse quasi carcerem dæmonibus usque ad lempus judicii' Hinc Ecclesia Michaelem exorat ut Satanam nliosqm· spiritus malignos qui

1. Suarez, *De Angelis.,* I. VIII. ›I xi\. n. 2G ss.
2. Cf. Joan, a S. Thoma, *Ciu s. I'lwul.,* I. IV, q. 1 x x iv, n. 13; Salmant., *De Angelis,* t. \ III, 1 ›ı·-|· W 111, ŋ. 69; Gonet, *De Angelis,* Disp. XIX, a. 2; \ Mu mi. art. *Peu,* in *Diction, lheol. cathol.* — De his iterum in Irin'lalii *I*‹ *\ovissimis.*
3. *Ephes.,* n, 2.
4. Ibid., vi, 12.
5. Cf. S. Augustin., *De* G‹'æ···/ *ail litter.,* lib. Ill, c. x; *P. L.,* xxxiv, 285.

ad |»<·ı tii<)ım .mimarum pervagantur in mundo divina viilulc m infernum detrudatl.

I'ularunl. olim plures sancti Doctores dæmones, licet igm ii'lernu destinatos, nondum esse in infernum detrusos'. Quam sententiam adhuc tenet S. Bernardus : « Jam diabolo ignis paratus, etsi nondum ille praecipitatus in ignem, modico adhuc tempore sinitur mahgnari3. » Probabiliorem illam putat S. Bonaventura : « Probabilior censetur sententia dicentium poenam ignis usque ad novissimum diem illis differri4. — S. Thomas veno controversiam solvit : infernus est locus jam debitus daemonibus ratione suæ culpæ ; sed aer iste caliginosus est eorum locus ratione exercitalHniis huinanæ, ita Lamen ut angelorum qui sunt in aere nullatenus diminuatur pœna. Licet prima opinio adhuc sustineatur a Melchiore Gano, EsLio, et præsertim a Cajetano6, sententia tamen S. Thomæ prævaluit, et hodie communiter docent theologi dæmones esse *esse jam in inferno* ; aliquos tamen, propter exercitium hominum, in mundo pervagari ; omnes demum post diem judicii esse in infernum detrudendos.

Esse jam inferno addictos dæmones constat ex analogia hominum damnatorum. De fide est, ex Benedicto XII et ex concilio Florentino, animas decedentium in peccato mortali, secundum ordinationem Dei communem, *ad inferna* descendere®. Cum autem eadem sit damnatio daemonum, imo durior, non est ratio cur animæ sint jam inferno addicte, non autem dæmones.

Difficultas autem est in explicando quomodo dæmones qui sunt in aere patiantur poenam sensus.

Quidam veteres, quos forte sequitur Venerabilis Beda7,

1. Preces jussu Leonis PP. XIII post missam recitandae.
2. Cf. Petav., lib. III, c. iv; L. Janssens, t. VI, p. 869 ss.
3. S. Bernard., Sermo I, *in transitu S. Malachiæ,* n. 4 ; *P. L.,* ui.xxxni, 483, 484.
I. S. Bonavent., *II Sent.,* dist. 6, a. 2.
(D, Comment, in *II Pel.,* c. n.
ii, In NziNOER, 531. 693.
7 | i Bi■■'., in *Epist. S. Jacob.,* c. m; *P. L.,xcm,* 27. Hæc sunt vciIhi Hi i. i : *Suarum secum ferunt semper tormenta flammarum,* insl.ii icln led antis, qui et in lectis eburneis, et si in locis ponatur apricis ſıiμ ıκiıı tamen vel frigus insiti sibi langoris evitare non potest. "

putant dæmones, existenl i s m acre vd per mundum vagantes, secum deferre part iᵏ nlimi ignis infernalis ipsos incari-erantis.— «Verum, ut iiniiiiiuik ‹ rl il ‹ loncl. hæc sententia multiplicat miracula sine ıı.·π··.·ıIıIı· esset enim miraculum quod ignis ille coram m olis imslris positus non videretur ; miraculum quod exislens prope hominem, neque cum combureret, neque lalidiicorel . mirai ulum denique quod daemon serum deferens ignem ingrediatur cubiculum omnino clausum1. »

Responderi igitur potest, quod jam animadvertebat S. Thomas junior2, non requiri in actione instrument ali ignis determinatam distantiam, sicut in actione corporali. Deus, qui est physice præsens igni et physice praesens daemonibus, potest applicare virtutem instrumentaient ignis in dæmonibus per mundum vagantibus, licet ignis ipse non sit unitus physice dæmonibus ; sicut Deus præsens in anima nostra et præsens in humanitate Christi, applicat nobis virtutem illius instrumentalem, licet humanitas Christi non sit physice præsens anima· nostra·3.

Digna est etiam quæ attendatur explicatio Donet i : « Ignem elevari ut instrumentum divinæ justitia· ad alligandos dæmones etiam in aere existentes, ut non possint quæcumque volunt operari, nec- esse ubicumque volunt : unde se habent veluti feræ funibus alligatae, quæ, licet interdum discurrere permittantur, semper tamen incedunt subject© funi, et rectori funem tenenti4. »

IX. Quæstio connexa de certa cognitione suæ damnationis, quam habent dæmones ' — I ·‹· hac certa cognitione hodiedum nulla amplius lursil titio inter theologos viget. At non semper ita fu il .· lst eu ini, ul scribit l 'd avius, fuit hæc eadem antiquorum illorum" opinio, qui diabolum ante Domini advenium blnsphenare ausum non esse (Hχo-

1. Gonet, loc. cit., n. 61.
2. S. Thom., *II Seni.,* dist. ‹·, q. i, uri. 3 ad 6.
3. Cf. opus nostrum : *La ‹:‹ıı··alil‹ instrumentale en théologie,* p. 108 ss.
4. Gonet, n. 82.
5. L. Janssens, op. cit., p. 877, 879.
6. Scilicet S. Justini, S. Irenirl, S. I.piphanii, Isidori Pelusiolæ.

runl ψιιιι nondum sciret damnationem suam. Cum autem ex i lirini i el Apostolorum sermonibus didicisset aeternum ldo ignem esse præparatuin, eum a quo se condemnatum intellexerat, Deum blasplcmari per suos hæreticos cœpissel. »

Concessimus quidem daemones nonnisi post resurrectionem et patrata miracula cognovisse mysterium Christi, quasi evidentia signorum coactos (supra, n. n, 5°) ; sed daemones cognovisse subito suam certam damnationem manifeste colligitur sive ex ipsa notione mentis angelicæ, quæ nequit tanta ignorantia laborare ; sive ex notione sentential divinæ, quæ statim execution! mandatur, sicut scimus *mox* post mortem animas hominum in peccato mortali decedentium ad inferna descendere ; tum ex notione obstinationis in substantia angelica, quæ immobiliter apprehendit et inflexibiliter adhæret ei quod semel elegit..

X. Pietatis corollarium. — Quæ hucusque de angelorum peccato et pcena disseruimus, humilitatem maxime suadent nosque ad orationem assiduam movent, qua semper gratiam efficacem ad perseverantiam finalem petamus, ut in hac vita el in futura clamemus : *Mihi adhaerere Deo bonum esi !*

1. Petav., **Illi. 111, c. iv.**

QUÆSTIO ACTAVA

De ministerio Angelorum

Absolutis quaestionibus ‹le angelis m esse. luiluræ el in esse gratiæ, quoad eorum meritum vel lapsum, gloriam vel poenam, S. Thomas sermonem interponit de creatura ‹ or porali q. 1 x v -1 x x iv, ad de creatura mixta, scilicet de homine, seu composito humano, q. 1 x x v -c ii ; deinde, q. cui et seqq., de gubernatione divina, ‹ ui subduntur et creatura spiritualis et corporalis, et creatura mixta.

In gubernatione autem Deus ministros et cooperatores adhibet, et hinc resumitur tractatus de angelis, sub respectu universaliore, quatenus adhibentur angeli ad exacutionem divinæ gubernationis. Qua* consideratio de angelorum ministerio tamquam parte *gubernationis* rerum, est pulcherrima et altissima. Ordo itaque *Suinmæ Theologica·* est omnino fundatus, logicus et naturalis, perspicuus ac lucidus, et idcirco, quantum possibile est, retinendus in scholis.

Verum, quia jam mos invaluit ut præcipuæ quæstiones de creatura corporali et de homine in Cosmologia el Psychologiaabsolvantur[1], commoditas consulit ut Ione ultima tractatio de angelis præecdent ibus immediate colligetur.

Concurrunt porro angeli ad gubernationem rerum quatenus movent creaturas ; el him qua-liones de modo quo angeli movent creaturas spirit unies, corporales, et mixt as. Unde fit sermo imprimis de illuminatione et locutione angelorum, q. cvi-cvil ; deinde de bonorum et malorum angelorum ordinatione, seu de Im i archiis et choris, q. cvn-cix ; postea de præsidenlm angelorum supra creaturam corpoream, q. cx, ac de actione angelorum in homines,

1. Quæstiones illas de crcalina corporali el de homino fuse prosequimur in tribus volumimlm· *Cursus Philosophise Thomisticee,* scilicet, vol. II, 111, IV, et infra oh respectu theologico.

q. i xi il consequenter de missione angelorum, q. exii, ac dei..... ‹|‹· custodia bonorum angelorum et impugnalionr dirmonum, q. CXIH-CXIV.

ARTICULUS PRIMUS

DE ILLUMINATIONE ANGELORUM

AD Q. CVI S. THOMAE

I. **Notio illuminationis et locutionis. —** Illuminatio est manifestatio veritatis ignota;, juxta illud Apostoli : « *Omne quod manifeslalur lumen esi'.* » De ratione porro illuminationis intellectualis est ut, manifestando aliquid intellectui alterius, illum perficiat ; et hinc differt a locutione, quæ est tantum manifestatio conceptus proprii, absque actione perfective. Plus ergo dicit illuminatio quam locutio.

II. Doctrina de angelorum illuminatione. — Est com-muniter recepta, non solum a D. Thoma, sed a B. Alberto[2], S. Bernardo[3], et a Scholasticis, excepto Durando[4]. Traditur in illis Dionysii libi is, qui, saltem a sæculo vi, recepti sunt in Ecclesia. In quibus statuitur hæc regula angelos inferiores illuminari per superiores, et generatim quæ secunda.sunt per prima divinas participare illuminationes[5]7

Refertur etiam a S. Joanne Damasceno® ; nec est prioribus Patribus ignota, nam S. Gregorius Nazianzenus vocat angelum secundum lumen et rivulum primi luminis participationem ac *ministerium illuminationum* habentem'.

1. *Ephes.,* v, 13.
2. B. Albert., *Comment,* in cap. iv *De Cœlesti Hierarchia.*
3. S. Bernard,. De *Considérai.,* lib. V, c. iv; *P. L.,* clxxxh, 701 88.
4. Ihihand., *II Sent.,* dist. 11, q. in.
5. Dr *cœlesti Hierarchia,* cc. iv, vu, vm, xv; *P. G.,m,* 182, 210, 230 HH.
6. Cf Ioan. Damasc., lib. Il, *Orthod. Fid.,* c. ni ; *P. G.,* xciv, 872, 873.
7. lim iioii. Nazianz., *Oral. XL in Sand. Baptism.,* v; *P. G.t* xxxvi, 301.

Expresse traditur a S. Iphrae.m Syro : « Quum angeli cupiunt cognoscere res l ilii. ad eos qui ipsis superiores sunt, quæstiones dirigunt. Sed el angeli supremi nutu Spiritus docentur, .luxi a gradus angelorum sunt quæstiones angelorum. Adeo nullus angelus) d qui audeat definitos sibi praetergredi limites. Id Icslalur proprius natura· ordo, in quo ordo ordinem excipii usque ad Eum qui omnium est corona12 »

III. **Ratio theologica** (a. 1). — Illuminare nihil aliud est quam occultam veritatem aliis manifestare el hae manifestatione illorum intellectum perficere. Sed angeli superiores manifestant inferioribus occultam veritatem illosque tali manifestatione perficiunt. Ergo angeli superiores illuminant inferiores. Prob. min. ex resp. ad 1. Qui de rationibus divinorum operum plura cognoscit quam inferior potest inferiori occultam veritatem manifestare. Sed angelus superior plura de rationibus divinorum operum cognoscit quam inferior ; nam angelus superior accipit a Deo veritatem in universali quadam conceptione, quam nequit inferior adæquare, cum intelligat per species minus universales. Ergo angelus superior, suas universaliores species dividendo et multiplicando et intellectui inferiori accommodando, potest veritatem novam vel novum veritatis modum manifestare in triplici quidem gradu quo bonitas Dei diffunditur et quo possunt angeli bonitatem aliis communicare, scilicet nalura·, gratia· et gloriæ (ad 2).

IV. De modo quo fiat illuminatio vnrim sententiae. Triplex refertur seni<>ul ia Prima (eiiscl hac ratione fieri illuminationem quah-nus angelus superior aliquid reale et physicum in inlelleclu angeli inferioris imprimat : vel novum lumen infundendo, ul existimat Henricus Gandavensis3 ; vel lumen nalui.de intensius constituendo ut vult Hervæus4; vel virtulein quamdam intentionalem

1. S. Ephraem Syri, !><. /.'](/<· *hymn.,* apud Assemanum, *Bibliotheca Orientalis,* t. 1, p. 100.
2. Cf. Commentatores in Ii. l , pru scrLiin Gonet , disp. XV, a. 2.
3. Henric. Gandav., *quodlih.,* v, q. xv, a. 7.
4. Hervæus, *II Sent.,* del. ',i, q. i, a. 2.

ad modum virtutis instrumentalis communicando, sicut iiitrlh'il un agens phantasmata imaginationis illustrai, ni Iciii'l Capreolus[1]*; vel speciem actus causando, ut tenet Suarez*; vel actum secundum, seu ipsam cognitionem m angelo illuminato aliquatenus afficiendo, ut dicere videtur Scotus[3].

Altera sententia illuminationem ita concipit ut angelus superior virtutem suam vel lumen suum conjungat cum virtute et lumine inferioris angeli, efficiendo quodammodo unum intellectionis principium. Ita Bannez et Zuinel[4].

Tertia sententia illuminationem explicat per modum magisterii artificiosi, quatenus angelus superior proponit inferiori objectum prius sibi cognitum illudque aptat ad captum angeli inferioris. Ita communius Thomistæ, præserl im Gonct, Billuart, quibus est adhærendum.

V. Duæ priores sententiæ sunt excludendae. — 1° Repugnat ut angelus superior aliquid physicum imprimat in intellectu inferioris. Cum enim intellectio sit actio immanens nec fieri possit in distans vel per intermedium, deberet angelus illuminans esse praesens intra intellectum illuminati. Sed nulla creatura potest intra intellectum alterius illabi. Ergo. Probatur min. Ille solus potest intra intellectum illabi qui dal el conservat esse vel intra terminos essentiæ operatur. Solus autem Deus dat et conservat esse et intra essentiam operatur. Ergo. Creatura quippe operatur immutando extrinsece, ideoque attingit solum accidentia, quæ extrinseca sunt, ipsam autem essentiam non afficit immediate, sed solum indirecte, ratione accidentium externorum. Quocirca substantiam materialem, quæ accidentia recipit externa, potest angelus immutare, sed substantiam spiritualem, quæ non nisi spiritualia sucipit accidentia, non potest angelus naturaliter immutare. Cum cniin accidentia hujusmodi intra substentiam subjectentur, nec extrinsecus pateant, deberet operatio crea-l.urii' immediate substantiam attingere, ut accidentia ipsa

1. ‹›,λ ιιιι;οι . *II Sent.,* dist. 11, q. n.
   Si muv, J›' *Angelis.,* lib. VI, c. xm.
3. Si.oi , *// Seni.,* dist. 9, q. n.
4. In Ii. l.

immutet. Porro accidenialis operatio nequit substantiam attingere. Ergo nec valcl a<K ı·I··ıI ia mere spiritualia afficere et immutare.

Confirmatur. Qua* ad naturam perlinent ille solus potest imprimere qui condii nalmam Sed species intelligibiles et quidquid est physicum in ipsis perlinent ad naturam angelicam, vel ul **proprielal**, vel allem ul aliquid connaturaliter debitum. Ergo sidus auctor milurie potest imprimere species vel quidquid esi realilatis physica* in ipsis.

2° Nec etiam unus angelus infundit in intellectu alterius lumen novum. Non supernaturale, ut liquet, cum id soli Deo competat. Nec naturale, nam infusio luminis naturalis ad solum auctorem naturæ pertinet ; cæterum, non sufficeret respectu supernaturalium, de quibus fil illuminatio.

3° Nec satisfacit secunda sententia. Nam conjunctio et unio virtutis et luminis quam illi am lores adsl ruunt vel aliquid imprimit, et jam recurrunl incommoda primæ sententiæ; vel nihil, et tunc quomodo intellectus illuminatus fieri possit aptior et virtuosior ?

VI. Eligitur tertia sententia. — Ut explicant Thomistæ communiter post S. Doctorem, duo requirit illuminatio, nempe manifestationem veritatis et confortationem intellectus. Sed magisterium artificiosum manifestat objectum et confortat intellectum. Ergo sufficit ad illuminationem. Prob min. Magisterium esi quædam explicatio objecti, ac proinde nova.objecti manifestatio, \liundi· esi qmrdam confortatio potentia·. In hoc enim consistit magisterium quod angelus superior, proprias spe ics universaliores dividendo, accommode! atque aptet obj<*< Ium captui intellectus inferioris. Porro ini elle, Iu, confortatur quolicscumque objectum ipsius inplui pi oportionatur ; nam tunc objectum menti applicatur m sua intclligibilitate suoque lumine; propiium autem luminis esi ut vi sui facultatem corroboret.

Manifestatio et confortai io tenent ex parte objecti; sed Deus ipse lumen **intrinum** addit intellectui dum angelus superior alium illuminai objective. Divina quippe providentia sibi debet ul illuminet speciem et intellectum

angeli ml cognoscendum res quando sunt et sicut sunt in seipsi krgo, quando angelus superior species suas dividil el iminil'esl al, angelus inferior recipit a Deo lumen ut in pi epi ns spc iebus cognoscat rationes novas ac particulares quas angelus superior in suis speciebus inducit, dum illas dividit ac multiplicat.

Quamdiu species angeli superioris remanet universalis, angelus inferior non illuminatur; at simul nt species divitur, jam ipsi insunt novæ notiones, seu novi modi, quos angelus inferior poterit in propria specie percipere, vi novi luminis a Deo derivati.

A **II. Unus angelus potest aliqualiter voluntatem alterius movere ex parte objecti, non tamen efficaciter ; ex parte vero potentiae nullo modo potest (a. 2). — Ex parte** objecti potest movere, quatenus est quoddam bonum appetibile et quatenus ostendit bonum. Non tamen efficaciter, quia nec est bonum universale, nec ostendit bonum universale, quia non ostendit ipsum Deum, sed solus Deus poteit suam essentiam ostendere.

Ex parte vero potentiæ, ille solus movet voluntatem qui dat intrinsecam inclinationem voluntati. Sed solus Deus, qui est auctor intellectualis naturæ, inserit voluntati iiil i inseram inclinationem. Ergo solus Deus potest movere voluntatem ex parte potentiæ.

Advertatur hic *principium fundamentale* quo probat Angelicus Deum posse movere voluntatem, quia nempe Deus dat virtutem et inclinationem naturalem.

VIII. Angelus inferior superiorem non illuminat (a. 3). — Ordo naturaliter inditus substantiis spiritualibus nunquam prælermittitur. Atqui ordo naturalis est u! superior inferiorem, non autem inferior superiorem illuminet. Ergo. I !al io majoris est quia ordo naturalis non debèt prætermitti nisi propter ordinem superiorem, qui est ordo gratiæ, ut nempe inserviat ad conversionem vel sanctificationem hominum. Porro prætermissio ordinis qui substantiis spirit unlibiia debetur non inserviret ad hominum conversionem vel amici j (iealionem, quum hujusmodi operationes

angelicæ sint nobis occuli .l Ergo talis ordo nunquam debet prætermitti aut immolari

IX. **Angelus superior inferiorem illuminat de omnibus** sibi notis (a. 4).—l la·. ‹!‹»‹ l rm.i ..... e l Thomæ propria, sed traditur jam a Magistro *Sententiarum,* a S. Gregorio Magno, et a Dionysio, cujus hæc (·..,| 1'crc sententia : *I na quæque tâeleslis essentia inlelligenliam sibi a superiore datam inferiori communicat'.*

Ratio congruentiæ satisfacit. Quum bonum . d dilTu sivum sui, quanto magis aliqua participant divinam boni tatem, tanto magis nituntur eam aliis communicare. Al qui inter creaturas angeli sancti maxime divinam bonitatem participant. Ergo maxime nituntur illam communicare, illuminando inferiores de omnibus sibi notis.

Illa porro spectant sive statum gloriæ, sive statum gratiæ, sive statum naturæ. Quoad statum gloria·, non fit illuminatio respectu bealitudims essentialis, qua· non est capax augmenti, sed respectu accident alis, quatimus angeli superiores, qui plura cognoscunt, in essentia Dei de rationibus divinorum operum, has rationes caderis manifestant vel per revelationes extra Verbum, quæ usque ad finem mundi fient (ad 3). Quoad gratiam vero possunt superiores illuminare cæteros de his quæ spectant mysterium .Incarnationis et Redemptionis, seu hominum salutem. Demum quoad statum naturæ, illuminatio non fit circa rerum naturas, atd proprietates, aut effectus necessario consequentes, quia ha;c omnibus innotescunt per species inditas; sed circa ea qme, licet sint m se ordinis naturalis, non oriuntur tamen a causa necessaria, sed a causa libera et contingenti dépendent

X. Triplex attenditur in illa operatione respectus : purgatio, illuminatio, perfectio. Qme tria non sunt realiter distincta, sed respectus : purgatio, quatenus innuitur et indicatur terminus *a quo,* illuminatio, quatenus habetur

1. Cf. Petr. Lombard., *II Seni.,* ilisl. 9 ; S. Gregor. M., Itoniil. XXXIV, *in Evantj.,* n. 11 ; /■. *I* .. i \.\vi, 1252 et ss ; Dionys. Gœl., *Hierarch.,* c. xv, P. G., 32H.

Icrmiiiii. *ml quem.* « Quantum ad remotionem privationis, '•si purgatio ; quantum ad influentiam luminis, est illuminatio; sod quantum ad cognitionem consequentem, in quam dirigit lumen sicut in ultimum terminum, est perficere1. »

1· S. TtioM . // *Sr.nl.,* dist. 9, q. i, a. 2.

ARTICULI IS SUCI \|»|JS

DE LOCUTlO.Xim s WGI.I.oltl M

AD *Q.* CVII S. TIIOM;|.

I. Angelos sibi invicem loqui et testatur Scriptura et ostendit ratio. — Isaias audit Seraphim qui « clamabant *aller* ad *allerum* : Sanctus, Sanctus, Sanctusl. » Apud Danielem exhibetur angelus, qui clamat ad alium, dicens : « Gabriel, fac intelligere istam visionem2 »; et pariter apud Zachariam, unus angelus egrediebatur el alius egrediebatur in occursum ejus, e.l *diril ad eum3...* » Epistola S. Judæ introducit Michaelem diabolo loquentem cf dicentem : « Imperet libi Dominus45 Id innuit Apostolus : ‹ Si *linguis* hominum loquar el *angelorum3.*

Ratio quoque id ostendit. Angeli quippe perfei lam inter se habent societatem commerciumve spirituale. AI spii i tualis societas absque mutua et intelligibili conceptuum communicatione institui nequit. Ergo viget inter angelos quædam intellectualis conceptuum communicatio, quæ locutio dicitur.

II. **De modo quo fiat locutio.** Recurrit controversia jam exposita de illuminatione. Qui enim docent illuminationem fieri per impressionem physicam, id etiam locutioni tribuunt. Juxta Seolum. angelus loquens producit in audiente notitiam sui conceptus : juxta Suareziuni, elTormat speciem sui conceptus in intellectu audientis. Quidam veteres eum Durando volebant locutionem fieri per quædam signa, vel sensibilia, quid emis ı decent nr soni, vel spiritualia.

1. Isa i., vi, 3.
2. Da n iel ., v iii, 16.
3. Za c har ., ii, 3-4.
4. Jud ., 9.
5. *I Cor.,* xiii, 1.

S. Bcrnurdun existimavit angelos habere corpora quædam tenui .unii ni possint inter se conversari1. Imo nonnulli, quo IniiiiH) deridet Durandus, imaginati sunt angelos sibi loqui per characteres quosdam in coelo exaratos,sicut nos in charta conceptus internos manifestamus.

Thomistæ communiter reponunt locutionem fieri quatenus angelus loquens ordinat suum conceptum ad angelum cui loquitur.

III. **Rejiciuntur priores sententiae.** — Non fit locutio per impressionem, quia tunc deberet angelus loquens illabi intra intellectum et voluntatem alterius, quod jam impossibile ostendimus. Nec fit per signa ; non quidem sensibilia, quia locutio in angelis est quædam perfectio naturæ spiritualis, quæ non potest a sensibilibus dependere; nec spiritualia, quia non concipiuntur alia signa spiritualia præter species intelligibiles, et sic efformaresigna hujusmodi esset efformare species intelligibiles, quod jam constat repugnare, ex dictis alibi de speiiebus inditis.

IV. Probatur et explicatur sententia D. Thomæ (a. 1). — Ut angelus alteri loquatur seu manifestet suum conceptum, requiritur et sufficit 1° ut tollatur obstaculum vi cujus concepi us remanebat occultus ; 2° ut audiens reddatur capax audiendi loquentem ; 3° ut servari possit secrelum. Sed hæc tria commode præstantur per ordinationem conceptus, prout exponit S. Doctor. Ergo in illa ordinatione consistit locutio angelica. Proh. min. 1° Obstaculum celans angeli conceptum non est, sicut apud nos, grossities corporis, sed voluntas, quæ secreta cordis claudit. At eo ipso quod angelus velit suum conceptum ad ahos ordinare, tollitur impedimentum. Ergo conceptus desinit esse occultus. 2° Alter angelus fit capax percipiendi. Ad hoc enim sufficit ul angelus audiens habeat conceptum loquentis in sua specie naturali repræsentatum et ut motionem a Deo i· , ipi.il ad attendendum actu. Porro angelus in sua specie iiiilin .di repræsentatum habet quidquid ad scipsum spectat ;

I. S. Hr.n s vim., *Super Cantic.,* Serm. V et VI ; *P. L.,* c l x x x iii, 798-80Ü.

dum 'autem angelus loquens ordinal, suum conceptum ad alium angelum, id ad .nida-nlcm perlinet actu ; Deus aliunde, vi sui concursui* ordinarii, movet actu angelum ad percipiendum ea qua* ipsum lutu aperiant, et hinc angelus excitatur ad attendendum lictu I" Potest servari secretum. Nam, <pmm ordinatio ‹ ‹»ii‹ ··|»! tiH a voluntate pendeat, potest unus angelus suos comepliis ad alterum ita ordinare ut nullatenus ad alium spectent, ai subinde remaneant occulti.

V. Hinc eruitur posse angelum malum in loquendo mentiri. — Ratio est quia valet suos conceptus ita ordinare ut exprimat se cogitare quæ non cogitat, velle quod reapse non vu't. « Potest etiam conceptum quem habet manifestare a'teri quoad substantiam, non vero quoad circumstantias ejus : in quibus omnibus actibus mendacium et deceptio in 'ocutione damionis inveniuntur[1]. »

VI. Licet angelus inferior nequeat superiorem illuminare, potest tamen superiori loqui (a. 2). — Proprium illuminationis est manifestare veritatem ignotam prout hæc pendet a prima veritate, loqui autem est manifestare conceptum prout hic pendet a vbluntate loquentis. Atqui manifestare veritatem prout pendet a prima veritate, seu in ordine ad principium quod est Deus fieri debet a solis superioribus, qui debent inferiores ad Deum reducere ; sed manifestare conceptum prout pendet a volutate loquentis fieri potest a quocumque., nam sub hoc r‹ spectu volens est primus et supremus. Urgo, licet soli angeli superiores illuminent, quilibet angelus potest alteri, etiam superiori, loqui.

VII. Angelus Deo loquitur, non quidem active aliquid ignoti communicando, sed quasi passive, vel divinam voluntatem consulendo, vel Dei excellentiam admirando (a. 3).

Angelos Deo loqui testantur manifeste Sacræ Litteiæ dum recolunt angelos pro hominibus orare vel orationes

I. Gonet, disp. XV, a. 3, n. 81.

Iimuiiiiiin olïcrrc Domino : « Respondit angelus Domini ◊| dixil : Domine exercituum, usquequo tu non misere-l>.n . .lesuralem! ? » « Ego obtulit orationem tuam Domino2. »

1" pars liquet, cum impossibile sit aliquid ignoti communicare illi qui est omnis veritatis et omnis voluntatis principium.

Declaratur 11a pars. Dicitur aliquis Deo loqui passive qui Dei consulit voluntatem vel admiratur excellentiam, quam nunquam comprehendit et in qua aliquid quasi novi semper detegit. Sed angeli consulere interdum debent divinam voluntatem el ejus infinitam excellentiam mirantur. Unde pulchre animadvertit S. Gregorius M. : « Angeli loquuntur Domino, cum per hoc quod super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt3. »

VIII. **In locutione angelica nullum impedimentum præstat distantia loci (a.** 4).— Consistit enim locutio angelica in operatione intellectuali, in qua non concurrunt phantasmata, et quæ idcirco a conditionibus loci vel temporis abstrahit. Unde in angelis clamor non est vocis corporeæ, quæ fit propter distantiam loci ; sed significat magnitudinem rei vel magnitudinem effectus (ad 2).

IX. Locutionem angeli potest unus percipere quin omnes cognoscant (a. 5). — Locutio quippe angelica non percipitur nisi loquens voluntate libera suum conceptum ordinet ad alterum. At potest angelus, multiplici de causa, conceptum suum ad unum angelum ordinare, quin ordinet ad cæteros. Ergo poterit locutio ab uno percipi, non autem a cæteris.

Illuminatio quidem omnibus communicatur, ut dictum est supra, a. 4, quia respicit principium commune omnibus, eum emanet a prima veritatis regula; locutio autem restringitur, quia respicit principium unicuique proprium, scilicet voluntatem.

I. Za g iia h ., i, 12.
l'un., xn, 12.
3. S. Giiituon. M., lib. II; *Moral.,* c. vu ; *P. L.,* 1 x x v, 560.

AIΓΚΊ Ί .I S ıi ·:ıK I II IS

DE ANGEl.OIlI U II1/. H 1l« II1 ! s ! / IlHDIMHI'S

AD Q. CVIII S. ГIIOM.Ί·:

I. Notio hiérarchisé. — Quoad nomen hierarchia. e l sacer principatus, vel sacrorum principatus, ιερά *Jc'/'h,* vel ἱερών ἀρχη. Prout hic usurpatur, describi solet : *Series personarum aliquo modo sacrarum, quæ, sub uno principe vel sub uno regimine, munus habent sacra curandi.* Ipse principatus est quid sacrum, eum sil communicatio quædam divinæ potestatis; linis est maxime, sacer, cum sii assimilatio ad Deum; personæ sunt aliquomodo sacra·, quatenus sunt subjectum rei sacræ. Importai hierarchia gradus in principatu, ordinemque in dignitatibus et olliciis. Quapropter in creaturis irrationalibus, quæ nec principal us nec dignitatis sacræ sunt participes, esse nequii hierarchia. In divinis non potest esse hierarchia, cum inter divinas personas nulla concipiatur subordinatio vel ordo dignitatum ; sed SS. Trinitas est terminus ac finis hierarchiæ ; nam hierarchia ad hoc tendit ut creaturas reducat in Deum unum et trinum, omnium principium et finem[1][2]

Potest vero in angelis esse hierarchia, cum inter ipsos vigeat ordo dignitatum, sini que gradus superiorum et inferiorum.

In Ecclesia, quæ est societas ina-qualis, habetur pro prie hierarchia : tum ordinis, qiue constituitur ex episcopis, presbyteris et ministris, divina quidem ordinatione[1]; tum jurisdictionis, quæ ex Homauo Pontifice, Patriarchis, Metropolitis, etc., confiai ur, qmeque sub hoc respectu est juris ecclesiastici.

Incivilibus demum potest aliqua ratione inveniri hierarchia, quatenus est ordo personarum quæ rem aliquomodo

1. Cf. Dio n y s., *Cœlest. Hierarch.,* ‹·. i ; *P. G.,* in, 120 ss.
2. Cone. Trid., sess. XXIII, ... 6.

sa» i un. ' lin I l dignitatem et potestatem a Deo derivatam, piiili ipuŭuI ; non tamen sensu proprio, quia personæ illæ nun mil charactere supernatural! insignit».

11. **Dari inter angelos quamdam superiorum et inferiorum ordinationem, vel hierarchiam sensu quodam vero, est doctrina fidei. — Nam** Scriptura diversis nominibus angelos nuncupando, munia diversa ipsis attribuit, quæ ordinationem quamdam innuunt, ut archangeli, principatus. virtutes, dominationes. S. Paulus manifeste inducit gradus in angelis dum dicit : « Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque *angeli,* neque *principatus* neque *virtutes'...* » Cum igitur principatus dividantur contra angelos, el virtutes contra principatus, debet esse inter illos gradus vel ordinatio ; sicut dum alibi dicitur *archangelus,* insinuatur distinctio in gradu superiori : « In voce *arehangeli*3. » — « Cum Michael *Archangelus*3. » — Quam graduum distinctionem indicare videntur nomina *Cherubim el Seraphim,* quæ passim in Veteri Testamento occurrunt4.

Esse inter angelos ordinationem seu hierarchiam testantur primi scriptores ecclesiastici. Sic S. Ignatius Martyr alludit ad « *angelicos ordines,* nec non angelorum et *exercituum differentias* : ac virtutum et dominationum *discrimina* ; thronorumque el potestatum *varietates',* æonum *magnitudines,* cherubim et seraphim excellentias5. »

Ecclesia in liturgia sua ordinationem graduum profitetur, v. g. in Præfatione : « Laudant *angeli,* adorant *dominationes,* tremunt *potestates...* »

III. Licet fides non determinet QUID et QUOT sint hierarchiæ et ordines, doctrina tamen de tribus hierarchiis et novem choris, seu ordinibus, est omnino fundata et retinenda. — Patres fatentur se nescire in quo sit repoiii nda illa diversitas ; unde S. Irenæus exclamat : « Dicant

1 *Kom..* vin, 38.
/ *I'hi'XHiil.,* iv, 16.
3. .Im·,, II.
•I. I'. M IV I- /I CIIIEL, X.
5. S. Io.Sa i., *Trull.*

nobis quæ sil invisibilium mil m a. enarrent numerum angelorum et ordinem archang'doriim, demonstrent thronorum sacramenta, el doceant diversitatem dominationum, principatuum, potestatum alipie virtutum[1].

Pariter S. Augustinus . E. ilaqtw sedes, dominationes, principal us, potest ni es, in cirleslibus apparatibus, firmissime credo, el *differre inter se aliquid, indubitata* tide teneo. Sed, quo me contemnas, quem magnum putas esse doctorem, *quænam ista sint el quid inter* se dilTerant, nescio[2]» — « Quid inter se distent... dicant qui possunt, si possunt probare quod dicunt ; ego me ista ignorare confiteor[3]. » — Itaque Patres testantur esse differentias et gradus inter angelos ; sed quid sil illud discrimen vel ordinatio non valent determinare. Nec etiam concordes sunt, in enumerandis choris, ut explicabitur ari. seq. Attamen illa doctrina est omnino fundata, Ium quia Ecclesia, sive in sua liturgia, sive sua praxi el magisterio ordinario, illam agnoscit; tum quia expresse a S. Gregorio Magno traditur[4]; Ium quia jam in illis Dionysii operibus refertur, quæ a sæculo vi magna auctoritate in Ecclesia gaudent, quasi essent antiquissimæ sententia? testimonium[5]. Quidquid sit de illorum librorum auctore, doctrina ipsa, videtur esse scientificum quoddam compendium veteris traditionis, quæ forte, ut nonnulli existimant, a D. Paulo exorditur.

In ipsam tamen fortiter invehuntur novatores; nam <'.alvinus illam angelorum distinctionem vocat puram garrulitatem falsamque sapientiam. Erasinus autem scholasticorum figment um sine verbo Dei excogitatum.

Ecclesia nihil definivit ; sed illa doctrina ita communis evasit ut, in concione publica coram Patribus concilii Lateranensis V, sub Leone X, fuerit solemniter exposita e| commendata. Sic enim Maximus Corvinus, Episcopus Isernensis, concilium alloquitur : « Eum Deus in principio cielum et terram creasse!, eo lum ipsum in 1res principa–

1. S. Iren. *Coni. Heeres.,* lib. II. xxi, P. *G.,* vn, 818.
2. S. Augustin., *Coni. Prise.,* xn : *P. L.,* xi.n, 678.
3. *Enchirid.,* 58; *P. L.,* x1. •'59.
4. S. Gregor. M., *In Evan//,* homil. XXXIV, C, 7 ; *P. L.,* xxvi, 1249, 1250.
5. *Cœlest. Hierarch., P. G.,* m, 120 ss.

Lus, qiuiH *hnrarchias* vocant, instituit, ac quemlibet prin- i t i|i>l mu m l ‹›l idem angelorum *choros* distinxitl.»——Licet .mi' in orali·» illa non sit professio ipsius concilii, haberi Limen debet tamquam testimonium communis sententia· tu Ecclesia receptæ.

IV. Tres in angelis esse hierarchias suadent congruæ rationes (a. 1). — Hiérarchie est multitudo seu series personarum aliquomodo sacrarum quæ sub uno principe ordinantur. Atqui in angelis triplex est multitudo sub uno principe ordinata. Ergo triplex est in angelis hierarchia. Major constat ex ipsa notione hierachia?-, in qua *unitas* attenditur ex parte principis, et *multitudo* ex parte personam m, el *ordinatio* personarum sub uno principe. Prob. min. Multitudo sub uno principe ordinata multiplicatur secundum diversos modos quibus ab illo recipit gubernationem. Triplex porro in angelis est modus recipiendi gubernationem divinam. Ergo.

Angeli quippe, substantiæ intellectuales, gubernantur secundum cognitionem, seu illustrationem a Deo derivatam. Jam vero, cum angeli superiores universaliorem habeant cognitionem quam inferiores, triplex est modus recipiendi illustrationem divinam. Dationes enim de quibus illic l raid ur angeli possunt considerari : vel 1° quatenus procedunt a primo omnium principio, nempe voluntate Dei, cl hæc est universalissima cognitio, cui respondet prima hierarchia ; vel 2° prout pendent a causis universalibus, quæ tamen aliquatenus multiplicantur, v. g., si cognoscatur motus solis in legibus creationis, salus Petri in passione Christi, et hæc est cognitio minus generalis, cui respondet secunda hierarchia ; vel 3° prout pendent a propriis causis, ut si cognoscatur motus solis in ipsa solis evolutione, et salus Petri in proprio martyrio, et hæc est cognitio adhuc minus universalis, cui respondet tertia hierarchia.

l simplo illustratur2. Triplex est modus cognoscendi

1, *Monnii Corvini Episcopi Isernensis, Oratio* in XII sessione . ..... In i ul· i y, an. 1517, sub Leone X; Ma n si, I. XXXII, eoi. IHI

2. c.i lis..... .i V, in *II Seni.,* dist. 9, q. unica, a. 3.

regimen alicujus gentis : vel inspiciendo voluntatem principis qui omnia movet ; vel inopi. iendo leges et consuetudines generales quibus tota gena rej dur ; vel denique inspiciendo leges et consuetudines .p. (quibus singula loca reguntur. Ita triplex esi mmlii regimen divinum cognoscendi : 1° intuendo illud in voluntate divina; 2° in causis el legibus universalibus, m causis propriis. Et juxta triplicem hum modum triplex cou Idui l ur in angelis hierarchial.

Confirmatur. Hierarchia in angelis attenditur se< imdiini actionem intellectualem, quæ est *purgare, iluminarc, perficere,* et icleir, o tot sunt hierarchiæ quot sunt modi actionem illam habendi. Porro triplex est modus : 1° a Deo solo purgari, illuminari el perfici, et purgare illuminare, ac perficere inferiores ; 2° purgari, illuminari et perfici a superioribus angelis, el purgare., illuminare ac perficere inferiores, 3° purgari, illuminari, perfici a superioribus, et purgare, illuminare, ac perficere homines lanium. Itaque prima hierarchia *illuminat aliam, al non illurninalur ab alia,* sed a solo Deo ; secunda el *ab alia illurninalur el aliam illuminai,* tertia *ab alia illurninalur, sed aliam non illuminai.* nisi humanam.

Prima Deo assistit; secunda rebus cæteris præest ; tertia exequitur.

V. De ordinibus angelorum (a. 2 et 6). — Ordo potest sumi dupliciter : 1° pro generali ordinatione sub se comprehendente diversos gradus, el sic non disl inguil ur ab hierarchia ; 2° pro gradu sub ista ordinalium· contento, el hac ratione ordines ab hicrnrchiis discriminantur, da ul iu singulis hicrarchiis sint plure·- ordines , quo sensu ordines communius dicuntur *chori.*

Novem porro esse angelorum rhoms est traditio antiquissima. S. Gregorius M. illos u enumerat : « Novem angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus angelos, nr< hangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes thronos, cherubim atque

1. Agitur de connatural! modo cognoscendi, nam per visionem beatam angeli omnes cognoscunt res in ipso Deo.

■.Seraphim Dîo iiv mu h

Guam enumerationem ex Scripturis deducit[1], | ciindera numerum tradit, sed aliter disponit, il.i ut sil ista divfeio : angeli, archangeli, principatus; potestates, virtutes, dominationes ; throni, cherubim et seraphim[2]. Non est itaque dispositio in omnibus certa quoad duos primos et duo ultimos, est fixus ordo, quoad cæteros choros aliquatenus variatur apud scriptores ecclesiasticos.

Ratio congrua dispositionis hæc assignari potest ‹·χ doctrina S. Thomæ (a. 6). In suprema hierarchia, quæ Deo assistit seraphim, cherubim et throni; in secunda, quæ rebus creatis præest, dominationes, virtutes et potestates ; in tertia, quæ execution! mandat, principatus, archangeli et angeli. In qua dispositione seraphim, quæ sunt ardor, habent affinitatem cum Spiritu Sancto, qui est amor in Trinitate et terminus Trinitatis ; dominationes, quæ sunl principium secundæ hierarchiæ, habent affinitatem cum thronis, qui sunt terminus primæ hierarchiæ et judicia Dei exercent ; principatus, qui sunt initium tertiæ hierarchiæ, affinitatem habent cum potestatibus, quæ sunt terminus secundæ hierarchiæ. Dispositio tamen S. Gregorii congruitatem habet, ut explicat Angelicus, a. 6. Hinc Doctores alii Dionysio, alii Gregorio adhærent[3].

VI. Fundamenta positiva hujus divisionis. — Nomina novem ordinum ex Scripturis colliguntur. *Seraphim* ex Isaia : « *Seraphim* stabant... Et volavit ad me unus de *Seraphim**. » Cherubim ex *Genesi* et ex Ezechiele[5]. Verum quæstio est utrum nomina illa designent speciales ac distinctos ordines, Seu choros.

S. Paulus ad *Coloss.* nominat quatuor ordines : « Sive

1. S. Gregor. M., *Homil.* -ΥΛ'Λ'/Γ, 6,7; *P. L.,* lxxvi, 1249, .1250.

2. *Ccelesl. Hierarch.,* cap. vu, vni el ιχ ; *P.* G., m, 205 ss.

.3 Idepositionem Dionysii amplectuntur S. Joannes Damas- . i u De *Fid. Orlhod.,* lib. II, c. m ; *P, G.,* xcv, 873 ; multi re- . , ni ιοi) . dispositionem autem S. Gregorii sequuntur : S. Isidores Ili i'Ai i us, .Sent. *I,* 10, 15; *P. L.,* lxxxiii, 555; S. Bernardus, Dr ι:ι>η·ι<l . lib. V, c. iv ; Petrus Lombardus, *II Sent.,* dist. 9, a. 1.

4. Ihai., vi, 2. 6.

5. Gram., x, 3 ; I'.zech., xxviii, 14.

throni, sive *dominationes,* sive *principatus,* sive *potestates*[1]. \libi addit *virtutes.* « Supra omnem *principatum* et *potestatem, virtutem et dominationem"* \l< nl Ionem facit archangeli in *I Thessal.* : « In jussu, rl iu voce *archangeli*[3]. » Quem etiam recolit epistola S. .ludii' ı Cum Michael *trchangelus**. » - *Angeli* clinin sen.-u spe, inii nominantur prout efformant ordinem ali aliis, v. g. principalibus el potestatibus, distinctum : « Neque *angeli,* neque *principatus.* neque *potestates*[3]... » Septem igitur enumerantur a S. Paulo ordines : *angeli, archangeli, principatus, potestates, virtutes, dominationes. Ihroni.* Quibus si addantur cx Veteri Testamento *Cherubim* et *Seraphim,* novem, recensentur nomina ordinum angelicorum.

Non intendisse autem Paulum enumerare omnes ordines eruitur ex eo quod addit : « El omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro® », quasi innueret alios esse coelestes ordines, quibus nominandis impar est humana locutio. Quapropter mulli Patres animadvertunt enumerationem Pauli non esse completam, præsertim Origenes, Chrysostomus, Hilarius. Hieronymus Theodoretus[7].

Plerique Patres recensent septem ordines, omissis *cherubim* et *seraphim,* quia forte isti chori manifeste ponuntur in Scripturis. Quidam numerant octo, ut Gregorius Nyssenus, Basilius, Seleucensis[8]. S. Gregorius Nazianzenus, præter novem ordines consuelos, addil *splendores* el *ascensiones* 9; at non constat utrum isti duo posteriores ordines ponantur ut realiter distincti a i alteris. Novenarius mime

1. *Coloss.,* i, 16.
2. *Ephes.,* i, 21.
3. *Thessal.,* iv, 16.
4. Jud., 9.
5. *Rom.,* vni, 38.
6. *Ephes.,* i, 21.
7. Origen., *De princip.,* lib. 1, e. v ; P. *G.*. xr. 157 ; S. Chrysost„. *Coni. Anom.,* iv, 2; *P. G.,* xi.vm, 719 ; S. Hii.ar., *in Ps.* cxxxv, 10; *P. L.,* ix, 774; S. Hieronym., *in Ephes.,* i, 21, *P. L.,* xxvi, 461 ; Theodoret., *in Ps.* cm; *P. G.,* i.xxx, 1692.
8. S. Gregor. Nyssen., *In Canin .. w ; P. G.,* xi.iv, 110; S. Basil. Seleuc,. *Orat.,* xxxix, 2; <>., i.xxxv, 429.
9. S. Gregor. Nazianz., *Oral.,* xxvm. 31; *P. G.,* xxxvi, 72

ru·· antiquissima traditione asseritur. Jam S. Ignatius Mar- I
l m ponit novem ordines, ita quidem ut loco *archangelorum* I
‹‹l *principatuum* ponat *exercitus* et *æones*1. S. Cyrillus I
Hierosolymitanus testatur *novem* ordines admitti ab I
Ecclesia sua, qui sic disponuntur : *angeli, archangeli, virtu** I
les, dominationes, principatus, potestates, throni, cherubim |
et *seraphim*2. A S. Chrysostomo novem quoque recenseri- 1
tur : *angeli, archangeli. virtutes, throni, dominationes, prin-* I
cipalus, potestates, cherubim et *seraphim*3.

VII. Quid concludendum. — Ut jam monuimus, licet fides non determinaverit çuidsint etçuo/sint angelici chori nec. *dispositio* ordinum sit in omnibus fixa, non est rete- I
dendum a communi doctrina de novenario angelorum numero, quæ jam manifeste traditur S. Ignatio, Martyre! I
S. Cyrillo Hierosolymitano et S. Chrysostomo, quæque a I
temporibus Dionysii et Gregori Magni in utraque Ecclesia, I
Occidentali et Orientali, invaluit.

Nulla est definitio ; sed sacra liturgia numerum illum I
sancivit : Præfatio, quæ est quid in liturgia solemnius, I
commemorat *angelos, archangelos, dominationes, virtutes,* I
potestates, thronos, cherubim ac *seraphim* ; in festo autem I
omnium Sanctorum novem chori enumerantur : « *Angeli,* I
archangeli, throni et *dominationes, principatus* et po/es-·· *tales, virtutes* coelorum, *cherubim* et *seraphim,* intercedit·· I
pro nobis. »

Rem suadet ratio S. Thomæ (a 2). Hierarchia est multi-·· tudo perfecta. Omnis autem multitudo perfecta reducitur I
ad tres ordines, primum nempe, medium et finem, quod I
apparet etiam in civilibus, in quibus reperiuntur optimates, I
medii, seu cives honorabiles, et vulgus. Ergo convenit in I
qualibet hierarchia 1res esse ordines, omnesque simul I
novem.

\ III. **Cætera quaesita de ordinibus.** — Plures sunt in quolibet ordine angeli ; tum quia Scriptura ordines de- ■

1. S. Iuvλi'., *Trail.*
2. S. C.vHli.i Hier osol., *Calech.,* xxm, 6; *P. G.,* xxxni, 111, I
3. S. Chr Yhohi., *Hotnil. XV in Genes.,* 5; *P. G.,* 1 iii, 44.

signat in plurali, tuin quia ordiiu distinguuntur secundum officia, quæ sunt multa (a. 3). Distinctio hierarchiarum et ordinum est dispositive a natura angelica, quæ diversimode recipit divinam gubernationem ; sed est completive a gratia, a qua præst.alur linis ultimus, m ordine ad quem distinguuntur hierarchia· el chori (a Ii \ngelici ordines convenienter nominantur ex eorum spiritualibus pcrfe<-lionibus et offi· iis : Dionysius quidem exponit nomina secundum perfectiones angelicas, Gregorius autem se< undum officia (a. 5). Legatur littera S. Thoma·. Ordines angelorum remanebunt post judicium quoad diversitatem graduum naturæ et gratia: et gloriæ. quia hæc diversitas semper persistit : quoad officia vero cessabunt ut sunt *ad* finem, remanebunt autem ut sunt *in* fine, eo modo quo militantium officia remanent in triumpho (a. 7). Homines electi assumunt ur ad ordines angelorum, non se'undum naturæ gradum, quia semper remanebit dist in< lio nat uræ angelicæ ab humana ; neque secundum ministeria, quia animæ sanctorum de lege communi non miti uni ur in ministerium; sed secundum gratiam el gloriam, ita ut in quolibet ordine sint, aliqui homines, el ita angelis el homini s unam societatem beatam, seu triumphantem Ecclesiam, efforment. Ratio est quia per gratia: donum possunt homines tantam gloriam mereri ut angelis aequentur secundum singulos angelorum gradus (a. 8).

Sic ruinæ angelorum per homines reparantur ; attamen probe notanda sunt quæ animadvert it alibi S. Thomas : « Non est principalis finis creat ionis hominis reparat io ruinæ angelicæ, sed qua-dam utilitas consequens[2] »

Homo non est simpliciter factus propter reparationem ruinæ angelicæ, sed propter fruitionem Dei el perfectionem universi, etiamsi nunquam fuisset ruina angelica*.

IX. De hierarchiis et ordinibus in dæmonibus (q. cix). — Remanent inter damioin ordines secundum gradum, quia naturalia in dæmonibus permanserunt integra ; non autem secundum gratiam, qua Inii totaliter amissa (a. I),

1. In // *Seni.,* dist. 3, a. l nd 3
2. QQ. Dispp. *De Malo.* q. xvi. n l ad 16.

Um iliiliir mil dæmones naturalis prælatio ; quia, min .n l in i qiial ur naturam, oportet ut actiones inferiorum ıIııTïıoiuuuu actionibus superiorum subdantur. In his qui ηuIηIuπl tir « si coactio et odium, in his qui præsunt miseria, juxta effatum : *Præesse in malis esi maxima miseria* (a. 2). — Non datur inter dæmones illuminatio proprie dicta ; nam hæc est manifestatio veritatis in ordine ad Deum, a qua manifestatione abhorrent dæmones (a. 3).

Angeli boni habent prælationem super malos (a. 4). Id testatur Scriptura, nam Raphael *ligavit* dæmonem in deserto superioris .'Egypti[2] et pariter angeli *ligant* diabolum per annos mille*. — Homines sancti prælationem etiam habent super daemones, ut ex vitis sanctorum constat, et ul testatur Scriptura : « Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici ; et nihil vobis nocebit[3]. » Creaturæ enim quæ sunt Deo propinquiores habent prælationem super alias ; quia ordo praelationis procedit originaliter a Deo et a creaturis participatur secundum quod Deo magis appropinquant. Boni autem angeli vel sancti homines sunt Deo propinquissimi. Ergo dæmonibus imperant.

Hinc pietatis corollarium : Conemur magis ac magis Deo per gratiam el charitatem assi mil ari, ut possimus calcare super omnem virtutem inimici.

1. l'un,, vm, 3,
2. *Apec.,* xx, 2.
3. Luc., x, IV.

ARTICULUS (JI \HTUS

de a.x g e i.o h i \I I·II.I^II>I·:\ 11 \ sided

CREATI DAM CORRODAI.EM ET \(TIO\E / \ HOM IEES

AD *Q.* CX ET CXI. S. TIIOM/E

I. **Constans omnium populorum traditio.** — Angelos ad mundi gubernationem a Deo adhiberi est traditio universalissima, omnibus populis, etiam ethnicis, communis. Iliam testantur philosophi, Plato et Aristoteles[1,2] quorum opiniones referi S. Thomas, a. 1, ad 2 ei 2. Imo gentiles singulis rebus, nempe fontibus, nemoribus, fluviis, singula numina præposita credebant. Licet fuerit in mullis traditio deturpata, non est tamen in omnibus falsa, el forte a primitativa revelatione derivatur.

II. Testimonia scripturistica. — Clarissime testatur Sacra Scriptura opera Dei inter homines mediantibus angelis adimpleri, et præsertim mirabilia divina erga populum Israeliticum, revelationemque mosaicam, a‹· cætera quæ ordinationem legis spectant*. Frequenter mentio fit spirituum quos Deus mittit in omnem terram : unde apud Zachariam de angelis dicitur : Ili sunt quos misit Dominus ut perambulent terram[3]. Ilu‹ etiam faciunt qua' tradit Ezechiel de quat uor animalibus thronum Dei deferentibus per omnem terram[4] ; quod innuit gubernationem divinam per angelos deferri. Pariter visio celeberrima Jacob de scala per quam ascendunt ‹·l descendunt angeli[5], denotat angelos ad hujus mundi gubernationem adhiberi.

1. Cf. Ar ist ot., *III MıEıρIıı/κ.,* text. 44, et *.XII .Melaphys.,* text. 34.
2. Cf. *Aci.,* vn ; *Gal.,* h i. 19 ; *llebr.,* n, 2.
3. Zachar., i, 10.
4. Ezechiel, i.
5. *Genes.,* xxvm, 12.

S. Piuilus i'..... resurrectionem fore in *voce archangeli*[2] in \i>nctihii>si exhibentur angeli jussa Dei perficientes in hoi· mundo".

III. Testimonia SS: Patrum:— Ex una parte sancti Ductores confutant errorem gnosticorum, qui fingebanl mundum coporeum non esse a Deo immediate creatum, sed a quibusdam angelis, seu æonibus, qui propterea *demiurgi* appellati sunt. Hinc Patres Apolo »etæ, Justinus, *Dialog, cum Tryph.,* Tertullianus, *Adv. Marcionem,* Irenaeus, *Coni. Hiereses,* el ipse Augustinus late ostendunt omnia esse a Deo creata nec posse angelos ullatenus creare[3]. Aliunde Patres asserunt angelis commissam esse hujus mundi curam. S. Justinus putat omnia quæ sub coelo sunl ab angelis gubernari[4]. Athenagoras recolit actionem angelorum circa materiam[5]. Origenes vult angelos præsidere aeri, igni, et singulis elementis, animalibusque ac plantis[6]. S. Epiphanius pariter putal angelos præesse nubibus, pluviæ, grandini, fulguri, etc.[7] ; S. Chrysostomus quoque testatur ab angelis custodiri universum, gentes, inanimata, solem et lunam, mare ac terram[8]. Eandem doctrinam confirmant textus S. Augustini et S. Gregorii M., quos citat S. Thomas, hie a. 1, *Sed Conlra.* S. Thomas exponit rationem congruam : Potestas inferior per potestatem superiorem regitur. Ergo convenit ut virtus crealuræ corporalis, quæ est inferior, regatur et gubernetur per virtutem creaturæ angelicæ, quæ est superior.

IV. Quousque extendatur angelorum regimen circa creaturam corporalem: — Non potest ex revelatione determi-

1. *Thessal.,* iv, 16.
2. *Apoc.,* c. vu, ss.
3. i .l. S. Au g u s t i n ., lib. IX, *De Genesi ad lilt.,* cap. xv ss, et *l>' Civil. Dei.,* lib. XII, c. xxiv, xxv ; *P. L.*. xxxxiv, 403, et x l i 373, 371.
4. Ii bt in ., *Apol. n, 5 ; P. G , vi, 432.*
5. A i m s \g >n, *I.eg.* 24 : *P. G.,* vi, 915. *In Num.,* horn. XIV, 2.
6. Omni x., *In Jerem.,* horn. X, 5; *Coni. Cels.,* vm, 57 : *P. G.,* x i. leu I; mi, iisii ss. ; xiii, 365.
7. S. I i ii'iiAx , *De mens, el pond.,* 22; *P. G.,* x l iii, 276.
8. S. ‹ Jins mi·. ■ npuil Ph o t iu m .; *P. G.,* c iv, 264.

nari. Probabile est singulis rerum speciebus præfici singulos angelos, ut. conservationi rerutn consulant (ex resp. ad 2 et 3). Ita Patres, cilnli. prasertim Origenes, S. Augustinus, S. Gregorius \l Pulal m uper Gregorius illam præsidentiam ad ordinem *virliituin* proprie per inere.

Ratio congrua e.st quia providentia Hei spec ialiter ea (urat quæ perpetuo manenl el ad perfectionem universi per se concurrunt. Hujusmodi autem sunl species rerum corporalium, et individua humana, qua· ratione anima· habent incorruptibilitatem et uni speciei aapiivalenl Debet itaque Deus de speciebus et de individuis Immanis specialiter curare ; quod quidem optime præstatur. si singulis singuli angeli præficiantur.

Non debet quidem illa præsidentia supra modum extolli, vel ita explicari, ut putetur leges naturæ non esse fixas et immutabiles, vel cum illi excessibus quos ponebant plures veteres ex libro pseudo *Enoch.* Quo sensu merit o deridet illam opinionem S. Hieronymusl. Verum legitimo sensu potest retineri, quatenus inferiora per superiora, ex divina ordinatione, gubernentur.

V. Qua ratione angeli agant in materiam (a. 2). — Materia non obedit angelis ad nutum, ita ut possint formam in materiam inducere. Id enim quod fit est simile facienti. Sed id quod fit per introductionem formæ est compositum. Ergo id quod inducit formam in materiam est compositum, vel id quod habet virtutem compositi. Deus quidem habet virtutem compositi ; non autem angeli, quia compositum materiale non continetur in angelis *nirliKililer,* sed lanium *intelligibiliter.*

Verum, adhibendo media naturalia, angeli producere possunt effectus mirabiliores respectu nostri, quippe qui virtutes naturales melius cognoscunt. el creaturis inferioribus utendo tamquam instrumentis, possunt effectum præstantiorem inducere, quam non eliceret creatura corporalis sibi relicta.

VI. Corpora possunt ab angelis moveri quoad motum

1. Cf. S. Mier on., *In Habnc.,* i, 14 ; *P. L.,* xxv, Γ286.

localem (n. 3), Innumeris testimoniis S. Scripturæ ‹ ‹>n 'I ni migi'liis apprehendit Habacuc capillo capitis sui I l m Babylonem transtulit1;* Christus Dominus passus c p „ mos eri a diabolo et transferri in sanctam civitatem' ; Philippus I ranslatus est ab angelo et inventus est in Azoto3, liai io est quia natura inferior in sui supremo attingitur a natura superiori. Porro natura corporalis est inferior spirituali, et inter motus corporeos localis est supremus. Ergo motus iste debet attingi ab infimo superioris, ita ut corpus a substantia spirituali moveatur.

Angelus autem non movet, sicut anima humana, quæ, utpote forma corporis, non potest alia corpora movere nisi mediante proprio; sed movet angelus tamquam motor extrinsecus; qui, cum non sit alligatus alicui corpori, potest omnia localiter movere.

VII. Miracula facere non possunt angeli virtute propria ; sed solum ut instrumenta divinæ potentiæ. — Constat ex ipsa notione miraculi, quod est effectus excedens totius naturæ vires. Instrumental!ter autem possunt triplici modo cooperari : 1° miraculum precibus impetrando ; 2° materiam disponendo ut miraculum fiat ; 3° aliquid agendo simul cum Deo, sicut colligendo pulveres in resurrectione communi.

Nolet,ur responsum S. Thomæ ad 2, de modo quo magi, el sancti et mali christiani faciant mirabilia : magi *per privatos contractus,* seu pactum initum cum diabolo ; sancti per *publicam justitiam* ; mali autem christiani per *signa publicæ justiliæ,* sicut invocando nomen Christi, vel exhibendo aliqua sacramenta.

VIII. Homines per angelos illuminantur (q. exi, a. 1). — Scriptura recolit ac narrat revelationes hominibus per angelos factas. « Eece ego mittam angelum meum... observa eum el *muli vocem* ejus4. » Angelus Raphael Tobiæ multa

1. I'ANI I I XXXV.
J. M λ i i n , iv,
3. .»</ . vm, 31' I".
•i. Exon., XXIII, ‹>'•'•Ul.

revelavit1. Angeli illuminunl llanielem : « Et audivi vocem viri... et clamavit et ail : Ⅱ (labriel, fac *intelligere* istam visionem. Et venit, et ait : *Inlelligi,* Illi hominis23» In Novo Testamento angelus multa mini ini, Zu< hariæ, B. Virgini, B. Joseph, etc.8.

Ordo divinæ Provident in* id liahel ul inferiores per superiores gubernentur el peril· ianl iir m proinde ul hommes, qui nalura sunt angelis inferiores, perfeciionem suam præsertim intellectualem mediani ibus angelis ac quirant.

Modus autem illuminationis duplex esse potest : visibiliter quidem, sive per apparitionem in corpore assumpto, sive aliter ; invisibiliter autem, illuminando intellectum modo suo ; id est proponendo veritatem captui hominis et nostrum intellectum confortando. Id autem præstat angelus, non quidem intra intellectum illabando, nec conceptum intelligibilem manifestando, sicut lit illuminai io in angelisj sed excitando et producendo in *imat/iiiatiom· phantasmata,* ex quibus intellectus agens species intelligibiles eruat. Cum enim valeat angelus imaginat ionem movere, potest efficere ut in illa exsurgant nova· species sensibiles, magis aptæ, ut ex illis abstrahantur species intelligibiles. quibus veritas perfectius exhibeatur.

IX. In voluntatem directe agere non possunt angeli, illam interius inclinando ; sed aliqualiter possunt illam movere, sive proponendo objectum sive suadendo, sive passiones concitando ; quin tamen possint efficaciter illam trahere (a. 2).

Sæpius jam ostensum est nihil posse intra volunt atom operari nisi det voluntati esse <l conservari, ita ut ejusdem sit movere voluntatem interius el dan· voluntati inclinationem interiorem, Id autem non potest esse nisi ab eo qui est voluntatis auctor, siili-el a l><<>. Si vero creatura moveret interius voluntatem, jam non esset actus ab intrinseco, nec idcirco voluntarius

1. Tob., v ss.
2. Daniel, vm, 161.
3. Matt ii, i et n ; Luc., i.

\l poti l angelus sensibus, sive externis sive internis, oIψκ'I udi aile iens proponere, et indirecte voluntatem ad illud iippelendum suadere. Quia etiam voluntas inclinari interdum potest per appetitum sensitivum et passiones, pol esi angelus, systema *nerveum* et *sympathicum* movendo, humoresque dirigendo, passionesve concitando, remole in voluntatem influere. Non tamen efficaciter ; neque ex parte objecti, quia solum bonum universale valet voluntatem necessario trahere ; neque ex parte passionum, quia voluntas potest illis resistere, et, si turbaretur totaliter voluntas ex parte systematis nervei, jam actus non esset voluntati proprius, sed ab extrinseco impositus; nec ex parle snhje· Ii, quia solus Deus potest physice facultatem ad actum applicare.

X. Imaginationem hominis potest angelus, sive bonus sive malus, virtute sua naturali movere (a. 3). —Quidquid causatur ex motu locali subest naturali virtuti angeli ; constat enim angelos, qui non sunt corporibus alligati sed corporibus superiores, posse movere localiter corpora. Porro, utendo motu locali, sive in systemate nerveo, sive in systemate magni sympathici, sive in humoribus ac toto corpore, possunt efficere angeli ut exsurgant phantasmata et ope pliant asmal uni visiones imaginariæ in phantasia. Quia tamen debent uti virtute naturali phantasiae, non possunt nisi ea educere ad quæ imaginatio est in potentia : unde non valent imprimere aliquam formam imaginariam nullo modo per sensum prius acceptam, efficiendo ut cæcus imaginetur colores (ad 2). Debent, igitur ita movere organismum ut processu psychologico elformentur in phantasia species sensibiles.

XI. Sensus humanos possunt angeli virtute sua immutaro (a. 4).

Dupliciter contingit sensus immutari : 1° ab exteriori, nrmpi ah objecto sensibili ; 2° ab interiori, scilicet perturbai..... Iduis qui ex systemate nerveo vel systemate magni sympathici dependent. Jam vero possunt angeli sensus immutare ex parte objecti, præsentando corpus

vel a se vel a natura formal uni ; el ab interiori, agendo in organismum, motum sanguinis cordis vel cerebri perturbando, et hinc actus eonsiielos sensuum impediendo. Unde angeli qui subverterunt Sodomam percusserunt Sodomitas caecitate12 el simile legitur de Syris, quos Elisaeus duxit in Samariam*.

1. *Genes,* xix, 2.
2. *IV Rey.,* vi, 17-20.

ARTICULUS QUINTUS

DE MISSIONE ANGELORUM

AU Q. CXII S. THOMÆ

I. Doctrina fidei. — Angelos in ministerium mitti fere omnes sacri eloquii paginæ testantur. Quæstio quidem esse potest utrum *singuli* mittantur et *quinam* mittantur ; sed milii generatim angelos est de fide. Sufficiat aliquot texi us recolere : « Ecce ego *mittam* angelum meum, qui præcedat te1. » — « Tempus est ut revertar ad eum qui *misit* me2. » — « Deus meus *misit* angelum suum et conclusit ora leonum3. » — « Rogabant Dominum... ut bonum angelum *mitteret* ad salutem Israel4. » — « *Missus* e,st angelus Gabriel a Deo5:* » — « *Mittet* Filius hominis angelos suos8. »

Patres communiter asserunt *proprium* esse naturæ angelorum ut mittantur : ita præsertim Eusebius, Athanasius, Gregorius Nyssenus, Hieronymus7.

Simul recolit Scriptura angelos, etiam dum mittuntur, non carere divina visione. « Angeli eorum (scilicet parvulorum, ad quos angeli mittuntur) *semper vident* faciem Patris, mei, qui in coelis est8. » Quod S. Thomas ita explicat hic. ad 1 : « Quando actu non est in coelo empyreo, nihil ejus dignitati substrahitur, sicut nec regi, quando non sedet in regali solio, quod congruit ejus dignitati. »

1. *Exod.,* xxiii, 20.
2. Tob., xii, 20.
3. Daniel., vi, 22.
4. *// March.,* xi, 6.
5. Luc., 26.
6. Matt ii., x iii, 41.
7. ' l l'.iiseu., *Præpar. Evang.,* vu, 16 et *Demons!. Evang.,* ni; *I' G* >i, !>i·3, et xxii, 193; S. Athanas., *Cont. Arian.,'Orat.* Ill, 12;/'. g., x xvi, 318 ; S. Gregob. Nyssen., *Cont. Eunom.,* l ; *P. G.,* xi.v, 3(18, S. IIii hon., *In Isai.,* vi, 6; *P. L.,* xxiv, 96.
8. Matt ii., win, 10.

II. **Ratio theologica** (a. 1). — Ille mitti dicitur qui ab aliquo procedit, et incipit esse vel simpliciter ubi nullatenus erat, vel saltem novo modo ubi prius aderat. Atqui angeli a Deo ita procedunt ut incipiant ubi non erant. Ergo angeli mittuntur a Deo. Major patet ex ipsa notione missionis, quippe quæ importat 1° *processionem* missi a mittente, vel per realem dependentiam, vel per modum ordinis: vel 2° habitudinem ad locum vel personam, tamquam ad terminum *ad quem*. Fit autem missio vel per consilium, vel per imperium, vel per simplicem originem, qua ratione Pater in divinis mittit Filium, Paterque et Filius mittunt Spiritum sanctum. — Prob. min. Invenitur in angelis egressio missi a mittente, scilicet a Deo, quæ quidem fit per imperium. Incipiunt autem angeli esse ubi prius non erant: nam, cum angeli sint in loco per contactum virtutis et eorum virtus sit finita nec possit pluribus locis adæquatis simul applicari, incipiunt simpliciter esse ubi prius non aderant, dum ibi virtutem suam applicant. Quia vero mittuntur per imperium, ut jussa Dei adimpleant, recte dicuntur mitti in ministerium Deo exhibendum.

III. Utrum omnes angeli mittantur (a. 3). Diversæ Patrum et theologorum sententiae. — Ante Dionysium et S. Gregorium Magnum Patres communiter asserunt angelos omnes, nullo adhibito discrimine, in ministerium mitti[1]; quod etiam de *Seraphim* dicunt S. Ambrosius ac S. Curillus Alexandrinus[2]. Testatur pariter S. Basilius angelos etiam si digni sini, qui throno Dei assistant, in ministerium mitti[3]. Verum illi Patres non expresse indicant in quo missio consistat. Dionysius autem distinctionem invexit, quam illi forte non exclusivam: missione quidem *interna*, quæ fit per illuminationem, omnes angeli mitti dicuntur, sed missione *ad exterior* superiores angeli nunquam mittuntur[4]. S. Gregorius Magnus existimat pariter angelos

1. Cf. Patres jam cit.
2. S. Ambros., *De Spiritu Sancto*, i, 10; *P. L.*, xvi, 730; S. Cyrill. Alexandr., *In Isai.*, i, Orat. iv, 6; *P. G.*, lxx, 181.
3. S. Basil., *In Isai.*, vi; *P. G.*, xxx, 423.
4. *Cœlest. Hierarch.*, vi, vii; *P. G.*, iii, 196, 304, 307.

suprem··· nunquam mitti ad extra, sed solum inferiores, il;i qmdr..... qui minima nuntiant dicantur *angeli,* qui summa, *archangeli*.*

\i>||<l hcologos vero 1res præcipuæ referuntur sententiæ. Prima, quæ adhæret Dionysio et S. Gregorio Magno, docetur a S. Thoma, S. Bonaventura, Suarezio, Thomistis communiter. Altera vult omnes angelos promiscue mitti et iam in ministerium externum ; ita S. Bernardus, Alexander Halensis. Durandus multique recentiores. Tertia, quæ est Alberi i Magni, Scoti, el···, censet, sali em ex divina dispensatione el de lege extraordinaria, mitti quandoque etiam angelos supremos'.

I\ **Rationes quibus vindicari possit prima sententia.** – Scriptura distinguit inter *assistentes* et *ministrantes*3. Porro, si omnes mitterentur ad extra non valeret illud discrimen. Ergo Scriptura innuere videtur aliquos non mitti ad extra.

Quæ vero ex aliis S· ripluræ locis objiciuntur non cogunt. Verba Paulit4, possunt intelligi vel de angelis per quos lex data est, vel de missione *interna,* qua' omnibus angelis convenit (ad 1). Quod autem attinet ad *Seraphim* a quo purgantur labia Isaiæ®, sic intelligi potest : vel quod dicalur seraphim *analogice,* quatenus est ardor incendens labia propheta·, vel quod ejus viitute inferior hoc fecerit : sicut papa dicitur absolvere aliquem, etiamsi per alium officium absolutionis impendat (ad 2).

Hoc etiam sensu ac< ipi possunt verba Patrum ante Dionysium, omnes nempe angelos missione saltem interna mitti.

Ratio theologica potest si·· proponi, tum ex supra dictis Ium ex ari. l. Quum angelorum proprietates et officia ex eorum nominibus colligantur, illi tantum angeli censendi sunl in ministerium externum mitti, quorum nomina exter-

l · l Gmti.oii. M.. lib. XVII. *Moral.,* c. xvm, et Homil. \\\I\ m ◢ _ _ H. 12, 18; *P. L.,* i.xxvt, 20, 1250, 1254.
' ·II II i xx . *Dr Angelis,* lib. II, c. vi.
3. I >ANI I I, XII, 10.
4. *Ilebr.,* I. I I
5. Isa i., ⅄ I.

num ministerium signifie ml Porro quatuor superiores ordines non habent hujusmodi nomina : *dominationes* dicuntur ab imperio, quod quidem nullatenus innuit ministerium externum ; *throni,* sic denominantur quia sunt Dei sedes et Deo adhæreiit, quod n mim.dci io externo penitus abstrahit; plenitudo scientia· qua- m immine *cherubim* et plenitudo ardoris, qua* in nomine *seraphim,* importantur, non dicunt ordinem ad externum ministerium. Ergo quatuor illos ordines mitti nihil cogit.

Ne per dispensationem quidem mit li congruit. \am ordo divinæ providentiæ est ut inferiora per superiora gubernentur, cui legi non derogatur nisi propter spec ialem et altiorem râtionem. Porro non datur hæc ratio cur prætermittatur ordo vi eujus inferiores, non superiores mittantur. Ergo nulla censetur fieri dispensatio aut derogatio.

Prob. min. Ordo natura- non pia-lermillitur nisi propter ordinem superiorem, seilicel gratiæ vel gloria-. Sed angelic us ordo, cum attendatur secundum gratiam et gloriam, non habet superiorem, cui subordinetur. Ergo nunquam debet prætermitti.

V. De assistentibus et ministrantibus (a. 3). — Celebrata est divisio illa in angelos *assistentes* et *ministrantes,* quæ ex Daniele desumitur : « Millia millium *ministrabant* ei, et decies millies centena millia *assistebant* ei[1]. » Quæstio movetur utrum angeli qui mittuntur ad extra sint assistentes et qui nunquam mil l uni ur dici possint ministrantes. Difficultas vero dislim lionc solvi congruenter \ idetur. Sensu communi, assistentes dicuntur qui dix mam essentiam contemplantur ; sensu autem speciali el sl ricto prout a Dionysio et S. Tiioma usurpai ur, sunl illi qui a I)eo immediate illuminantur. Cum ergo sola prima hierarc hia immediate a Deo illuminationem accipiat, tres soli priores ordines sunt proprie assist cnlcs. — Ministrantes stricte dicuntur qui ad extra mill uni ur, sicut explicatum est art. 2, id est quinque inferiores ordines.

Quocirca, ut paucis ha·, doctrina resumatur, omnes angeli dici possunt lato sensu assistentes, quatenus omnes

1. Da n ie l , vu, 10.

iin lll<· l\n|· Henin vident; et stricto sensu tres priores chon qui n l ⅈ·<> immediate illuminantur; ministrantes mil«m proprii· dicuntur qui ad extra divinam gubernationem ivipnmlur ; et lato sensu etiam assistentes diei possunt ministrantes, quatenus ministerium quoddam internum, nempe illuminando, excreent.

VI. Ad quem ordinem pertineant Michael, Gabriel et Raphael1. — Quidam theologi putant Michaelem esse simpliciter omnium primum, quia sive in *Apocalypsi* sive in liturgia dicitur *princeps* milii ia- cælestis. Alii duplicem Michaelem distinguunt, unum, qui esset omnium, etiam Seraphim, primus, alterum, autem supremum ducem in Ecclesia militante, et utrumque sub eodem nomine et ..... festo ab Ecclesia celebrari2. Sed hæc absque fundamento et contra obvium liturgiæ sensura asseruntur. Probabilius autem, juxta D. Thomam, Michael esset primus de choro *principatuum,* cum dicatur princeps.

Gabrielem esse quoque in aliquo ordine primum colligitur ex dignitate missionis ; unde, quia summa nuntiavit, probabilius est primus de choro archangelorum.

Raphael, ex mente D. Thomæ, creditur primus de choro angelorum.

\ II. Ordines secundae hierarchiæ mittuntur in ministerium externum, præter Dominationes (a. 4). — Ex ipsis nominibus illa doctrina eruitur. In nomine *Dominationum* non importatur exeeutio ad extra, sed tantum dispositio d imperium de exequendis, quantum ad internum ministerium restringitur. *Virtutes* autem conferunt efficaciam ad externa exequenda ; *potestates* coercent, contrarias potestates : *principatus* sunt primi in exeeutione ; *archangeli* suiniiia nuntiant ; minima autem *angeli.* Ergo quinque inferiores ordines sunt qui ad extra mittuntur.

lliiqur dominationes sunt quasi inter assistentes, qui nd prunam hierarchiam proprie pertinent, et ministrantes, qui in ministerium externum mittuntur.

1. Cf. ı ΓΙιιιμ λ η, q.cxm, a.3, et *II Serit.,* dist. 10, art. 1, et dist. II, q. I, ii.
2. Cf. Go n i i, <l|k|i XIV, n. 41.

VIII. Plures sunt assistontos quam ministrantes (ad 2). — S. Gregorius in hoc discrepui a Dionysio; putat enim plures esse ministrantes «putui assistentes. Verum doctrina quam sæpius tradit S. Thomas eviinil plures esse assistentes. Quanto enim aliqua sunl perfoel iora, seu in gradu superiori, tanto in majori excessu. saltem secundum multitudinem, sunt creata a Deo, Sed angeli assistentes sunl in altiori gradu intellect uali. h.rgo ‹ \< ednnl angelos ministrantes secundum multitudinem quasi incomparabiliter*. Unde effatum jam alibi vindicatum oslendil angelos in numero excedi ab archangelis, archangelos a principalibus, principatus a potestatibus, potestates a virtutibus, \ irtutes a dominationibus, dominationes a thronis, thronos a cherubim, et cherubim a seraphim.

1. Cf. quæ disseruimus supra, <|. **i**, a. 3.

ARTICULUS SEXTUS

DE CUSTODIA DONORUM ANGELORUM

AD *Q.* CXIII S. THOM/E

I. Dogma catholicum est sanctos angelos ineffabili Dei providentia ad hominum custodiam deputari (a. 1). — Deputari angelos ad hominum custodiam, abstrahendo a quæstione utrum *singulis* hominibus, etiam infidelibus, praeficiantur singuli angeli custodes, tenent communiter l heologi esse de fide, propter evidentissima Scripturæ et Traditionis testimonia.

Sciiptura enim frequentissime officia Angelorum circa homines describit vel commemorat. A libro *Genesis* usque ad *Apocalypsini,* quæ narrantur de angelis spectant hominum utilitatem v?l custodiam. Libri *Tobiæ, Judith, Isaiæ, Daniel Zachariæ,* hoc dogma manifestissime testantur l et special,im *psalmus* xc. : « Angelis suis mandavit de te, ut custodiarii le in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fori e offendas ad lapidem pedem tuum. » Licet hunc lexluin plures de Christo specialiter interpretentur, ex contextu tamen liquido constat psaltem generaliter loqui, de omnibus nempe qui habitant in adjutorio Altissimi.

Christus aliunde asserit pueris esse angelos assignatos : « Angeli *eorum*[2]. » Paulus absolute pronuntiat omnes esse administratorios spiritus in manisterium missos *propter eos qui hæreditatein capient salutis*[3].

Patres sunt omnino concordes : si quædam dubia moventur, hæc respiciunt extensionem custodiæ, utrum singuli homines habeant custodem angelum ; sed homines general im custodiri ab angelis nemo inficiatur. Quod etiam de singulis fidelibus communiter tradunt. Hinc effatum

1. Cf. v, vi ; Daniel, iii, vi, ix, xxiv; Zachar. i.
2. Mattii,, xvin, 10.
3. *Hebr.,* i, II,

Origenis : « Adest *uniciiii/in· imslriim,* etiam minimis qui sunt in Ecclesia Dei, angelus Bonn·.. qui regat, qui moneat , qui gubernet, qui pro aci ibus noslris corrigendis et miserationibus exposcendis, quotidie videanl faciem Patris, qui in coelis est[1]. »

Doctrina Ecclesiæ ubique se prodii, prirserlim in liturgia, quæ speciale festum de i uslodilms angelis célébrai : « *Custodes hominum psallimus angelos.*

Probatur rationibus t lieologii is. Ordo csl divina· Providentiae ut inferiora per superiora el mutabilia per invariabilia regantur : id apparet tum in ordine physico, in quo videmus terram verti circa centrum minus mobile, et solem circa aliud centrum adhuc nobilius ; tum in ordine morali, sicut liquet fideles, qui sunt mobiles in fide, regi a pastoribus, qui sunt magis stabiles in fide, et pastores regi a Summo Pontifice, qui esi stabilis, seu infallibilis. Atqui homines in via sunt in suis operibus inulabiles el variabiles, nec liberum arbitrium sufficienter ex se praeservatur a malo (ad 1) ; angeli autem samli habcnl naturam immutabilem et sunt confirmai i in bono. Ergo congruit ul. homines per angelos sanctos regantur et cusi odiant ur.

In præsenti vita quasi in via sumus ad patriam pergentes[2] in qua via multa sunt pericula, tum ab interiori, ut tentationes, tum ab exteriori, ut dæmonum insidiæ. Sicut autem parentes filiis in via difficili et periculosa custodes assignant. ita. imo et a fortiori, Pater coelestis debet homini viatori custodem in ordine ad vitam æle.rnam subministrare.

II. Singulis hominibus singuli pradlciuntur angeli custodes (a. 2). — Versatur infra (n l) quæstio utrum *omnes* homines ab angelis custodiantur; sed hic qmrritur utrum illi homines qui ensi odiuntur habeant custodem *proprium,* an vero plures homini ab eodem angelo custodiantur. Contendit Calvinus non esse fundatam sententiam quæ singulis fidelibus proprios angelos .attribuit. Dicendum est, e contra, do< irinam illam, licet non sit dc

1. Or igen., *In Num.,* Iloinll. XX, 3; *P. G.,* xn, 733.
2. Cf. S. Gr egor. M., lloniil XI. in Evang., n. l ; *P. L.,* l x x v i, 1115.

fide, Script urn i l traditionis fundamentis ita solidis nili, nr possit iilisipu· (meritate negari.

p,nimiis m describit custodiam *personalem* : mandavit ,/,· /<·, ul cuslodiante *le* in omnibus viis *tuis...* putabunt *le.* \ <i l>a (.hrisl i : «Videte ne contemnatis unum ex his pusillis : dico enim vobis, quia angeli *eorum* in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est[1]. » Si vocantur angeli *eorum,* unusquisque suum *proprium* custodem habet. Primitiva Ecclesia id confitebatur. Puella nuntiante Petrum (qui fuerat in carcere) stare ad ostium, responderunt : « Angelus *ejus* est[2]. » Credebat ergo communitas Christiana unicuique fideli assignatum esse proprium angelum.

Ex Patribus sufficiat pauca referre testimonia. « *Adest unicuique* nostrum, ait Origene.s, *angelus bonus*[3]. » S. Basilius etiam unicuique fideli assignat angelum, qui est adjutor pacificus et comes in via[4].*Clarius adhuc S. Hieronymus : « Magna dignitas animarum ut *unaquaeque* habeat ab ortu nativitatis in sui custodiam angelum delegatum[6]. »

Ecclesia doctrinam manifestat sua liturgia, præsertim festo SS. Angelorum Custodum, in quo sive ipsa verba sive indoles solemnitatis insinuant singulis hominibus singulos præfici custodes ; in quo etiam citatur S. Bernardus, qui hanc sententiam profitetur et singulis consulit « *reverentiam pro pra-senlia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia**. »

Posse singulis hominibus singulos angelos præfici constat ex dictis de numero angelorum ; nam multitudo angelorum etiam infimorum excedit numerum hominum quasi incomparabiliter.

Aliunde ordo divinæ Providentiæ postulat ut partes universi principaliores, quæ per se intenduntur ratione sua· nobilitatis el perpetuitatis, specialiter custodiantur ab angelis, qui sunt Providentiæ exeeutores. Atqui singuli homines suid inter partes universi principaliores et per se

1. Ma i i ii., x x v iii, 10.
2. ı ı< / , xu, 13-15.
3. (Iiiiu ic n ., lui·. cil.
4. ' I'ŋ ıı i Ill'll XI : P. G., xxxn, 273.
5. s Hu nox *In Matth.,* xvm, 10; *P. L.,* xxvi, 130.
6. S. I<i nn a n i, *in ps* xc; Serin. XII, n. 6 ; *P.L.,* c l x x x iii, 233.

intenduntur, cum ratione anima· incorruptibilitatem el perpetuitatem obtineant. Ergo. .i singulae species rerum singulis angelis commendant m . i fortiori singulis hominibus singuli angeli deputant ut tui custodiam.

III. Singulorum hominum custodia particularis ad infimos angelos spectat ; generalis voro nd alios ordines (a. 3). — Hæc est doctrina Dionysii, S. Grcg-trii Mugm. ac S. Thomæ ; sed alia est sententia, quæ censet etiam angelos superiores. imo et seraphim, deputari in custodiam hominum, præsertim in sanctitate eximiorum '. Ratio prioris sentent ia· est quæ hic assignatur : Minimum officium ad minimum ordinem spectare debet. Porro minimum officium est custodia unius hominis ut est singularis persona. Ergo hæc custodia ultimo angelorum ordini commissa est. In quolibet autem ordine sunt multi angeli, non solum numero, sed et specie differentes, et quo sanctior el dignior est homo et ad majorem gloriæ gradum ordinatur, eo perfectior angelus ei deputatur (ad 1). Universalis autem custodia ad ordines superiores pertinet, eo quidem superiores quo universalior est custodia, juxta effatum : çuan/o *agens fuerit universalius, lanio esi superius.*

Hinc quædam determinationes : custodia multitudinis humanæ spectat ad *principatus,* vel forte ad *archangelos* ; custodia autem super naturam corpoream *virtutibus* tribuitur ; præsidentia vero super dæmones convenit *potestatibus.*

Angelus etiam superior ac specialis deputatur personis in prælatione constitutis, ul episcopis. Summo Pontifici, regibus, etc. ; hæ igitur persona·, quatenus privata* habent custodem de ultimo ordine ; ul autem *publico officio* fungentes et universalem curam gerentes. possunt habere custodem ex superioribus ordinibus qui in ministerium ad extra mittuntur.

IV. Omnibus hominibus in via. non solum electis vel fidelibus, sed et infidelibus vel reprobis, adesse angelum custodem, est doctrina hodie communis et omnino tenenda.

1. Cf. quæ diximus supra, ad q, i.x ii, a. 3, p. 175.

— Stdlriii omnibus electis præfici angelum custodem esi dogma jam stabilitum ex testimoniis allatis Scripturæ et Tnulitioiiis. Omnibus autem et singulis *fidelibus* veris singulos angelos deputari eruitur ex iisdem testimoniis : Ium ullus ex Patribus fuit qui inficiaretur commune effatum jam ab Origiene sic expressum : « *Adesi unicuique nostrum, etiam minimis qui sunt in Ecclesia Dei, angelus bonus*l. »

Utrum autem singulis *hominibus,* etiam non prædestinatis vel infidelibus, assignentur angeli custodes, non fuit semper concors Patrum sententia. Nam quidam, pauci tamen, præsertim Origenes, S. Basilius, S. Cyrillus Alexandrinus, Simeon Metaphrastes2, beneficium angeli custodis fidelibus reservare videntur. At cæteri Patres, præsertim Tertullianus, S. Gregorius Nyssenus, Theodoretus, S. Ghrysostomus, S. Hieronymus, universaliter asserunt omnibus hominibus adesse angelos custodes3. Hinc effatum S. Hieronymi : « .Magna dignitas *animarum ul unaquaeque habeal ab orlu nalioilalis* in custodiam sui angelum delegatum4. » Ubi tria præsertim enuntiat : 1° *animae humanae,* quia est anima humana et magnam sibi vindicat dignitatem, delegari angelum ; 2° *singulis,* seu *unicuique* ; 3° ab *orlu nalioilalis* incipere custodiam.

Textus Scripturæ sunt universales, nec ullum excludunt hominem. I.ilurgia, præsertim in festo SS. Angelorum. absque. distinctione enuntiat angelos ad custodiam, non sanctorum vel fidelium tantum, sed *hominum,* deputari : *Custodes* hominum *psallimus angelos.*

Suffragatur ratio theologica. Deus nulli viatori denegat auxilia generalia ad salutem spectantia. Porro inter auxilia illa generalia debet recenseri angelorum custodia ; nam hæc est executio divinæ Providentiæ, et idcirco angeli

1. Origen., *In Numer.,* homil. XX, 3 ; *P. G.,* xn, 733.
2. Origen., *in Num.,* homil. V, 3; *P. G.,* xn, 606; S. Basil., in I x.xxm, 5; xi.vin, 9; P. *G.,* xxix, 656 ; S. Cyril l. Alexand., />«i *Adorat, in Spirit.,* iv; *P. G.,* 1xviii, 314, 326; Simeon. Mi IAΓΠΛHI., *Serm. VII, 'I; P. G.,* xxxn, 1198.
3. Ii mi ii.., *De Anima,* 37; *P. L.,* n, 713; S. Gregor, Nyi i oilu Moi/sis; *P. G.,* XLiv, 337; Theodoret., *In Genes.,* in *I· i.* i · si ; S. Chrysost., homil. CII, *De laud. S. Pauli; P. G* , i, el Homil. XXVI *In Aci Apost.; P. G.,* 1., 201.
4. S. Hii.hon., *In Maith.,* xvm, 10; *P. L.,* xxvi, 130.

custodes præstant auxilia genet alia <|tiæ Deus decrevit omnibus largienda, ('.cirrum omîtes homines etiam infideles, quamdiu remanent in liu< vila, sunt viatores, quibus possibilis est salus, quique in ha< \ in mullis subjacent periculis, et custoditi superna! lirait maxime indigeni.

Quapropter sacra lilurgia rationem illius custodia; desumit ex *fragelilale naltirir huninnin* . qua· ratio pro cunelis viatoribus valet :

> Custodes hominum psallimus iinglos,
> *Naturæ fragili* quos Pater addidit
> Coelestis comites, insidiant ibus
> Ne succumberet hostibus.

Notetur ministerium angelorum custodum etiam respectu eorum qui pereunt non carere fructu, nam a multis peccatis retrahit vel præservat ; imo respectu Antichristi præstabit ut iste non lanium noceat quantum vellet (ad 3).

V. De Adamo et Eva, de Christo et B. Virgine.

Protoparentes indigebant angelorum ‹ ustodia, quia erant viatores ; et, licet non palorentur periculum ab interiori, imminebat, eis periculum ab exteriori, propter insidias dæmonum. ut rei probavit eventus (ad 2).

De Christo nonnulli dubitant ; sic S. Bonaventura putat non adfuisse Christo angelum ‹ ustodem. cum superflua fusset hujusmodi cura[1]. S. Thomas tamen assignat Christo angelum servientem, non ratione quidem aniinæ, secundum quam erat comprehensor, sed rat ionc passibilitatis corporis, secundum quam erat viator. Sub hoc respeclu angelus verum *ministerium* exhibebat Christo, iliique ul *inferior* inserviebat (ad 1).

Ille porro angelus erat e.x nobilibus, propter dignitatem ejus cui ministrabat. Quidam ..... logi putant fuisse Michaelem ; sed nihil certi statui pol esi.

B. Virgini deputatus fuil citam angelus, quia ipsa erat viatrix et in conditione mortali versabatur, licet non indigeret custodia ad pra·· avenda peccatorum pericula, utpote immaculata in conceptione el impeccabilis. « B. Virginem magis indiguisse angelica custodia quam Evam

1. S. Bonavent., / *Seni.,* dist. II, a. 1, q. m.

quoad) midil i«>ıı··ıı mortalem, in qua degebat; minus autem quoad digmlalcm moralem, qua Evam longe superabat, limiorem i ustodiæ B. M. Virginis quidam assignant Ar-, luingelo Gabrielil. » — Nihil tamen, ut jam animadvertimus de Christo, potest cum omni certitudine statui.

\ I. De angelis custodibus Ecclesiarum, regnorum, etc.

10 Est doctrina universaliter recepta angelos quosdam esse Ecclesiae catholicae praepositos, et praesertim S. Michaelem. Nam illa erat custos populi Irsael, seu Synagogae : « Michad *princeps vester*23. Michael princeps magnus, qui stat pro *liliis populi lui.* » Jam vero Ecclesia in omnibus privilegiis successit Synagogæ. Quam protectionem apparitionibus manifestavit, ut ipsa Ecclesia agnoscit in festo S. Michaelis archangeli, xxix septembres.

2° Est doctrina probabilissima singulis nationibus angelos esse præpositos. Quo sensu multi interpretantur quæ dicuntur apud Danielem de *principe* icgni Persarum8, de *principe* Græcorum, de *principe* Judæorum4. Quocirca Patres generatim, cum Clemente Alexandrino, Origene, S. Basilio. S. Gregorio Nazianzeno, S. Cyrillo Alexandrino, S. Augustino, angelos custodes nationibus assignant5 6

3° Esi doctrina sal fundata singulis Ecelesis particularibus, religiosis communitatibus, civitatibus, personis publicis qua l alibus. v. g. episcopis, deputari angelos. Ibi quippe concurrit specialis angeli præsentia ubi est specialis modus recipiendi gubernationem divinam. Quocirca idem Patres loquuntur de angelis civitatum, de angelis Ecclesiarum8.

S. Thomas etiam putat personis publicis, præter angelum quem ut personæ privatæ habent ab ortu nativitatis,

1. L. Janssens, op. cit., p. 992.
2. Daniel, x, 21.
3. Daniel, xii, 1.
4. Idem, x, 13, 20, 21.
1>. Gi.em. Ai exandr., *Shorn.,* vi, 17; *P. G.,* ix, 389; Origen., *in* <<c»i<ix, 3; G., xn, 213; S. Basil., *in Isai.,* x; *P. G.,* xxx, Olo, Giu.uoh. XAziANZ., *Poem.,* vu. 13-26; *P. G.,* xxxvn, 410. S i viiiii. Ai.exandr., *Coni. Julian.,* iv; *P. G.,* lxxvi, 680 ; S. \i >.i eux., *in Ps.* Lxxxviii, 3; *P. L.,* xxxvm, 1121.
6. ‹.l <.i i m , Ai i xandr., loe. cit.; S. Gregor. Nyssen., *In Cani.,* Iкuuuil. XII , *I'* G., xi.iv, 1033; S. Gregor. Nazianz., loc. cit.

deputari alium qui eos dirignl in his quæ spectant ad regimen multitudinis sibi commissa·l.

4° Utrum vero angelus superioris ab angelo communitatis sit diversus? Probabiliter esse diversum existimant theologi, quia persona esi n reliqua multitudine distincta et super ipsam eminet.

5° Certum esi qmedam Im a samia spe, laliter ab angelis custodiri, praesertim cum sacra ibi exercentur. Constat ex liturgia : *Angeli lui sancti habitantes in ea.* Jamque Origenes testatur angelos adesse *orationibus* nostris, quas in *ecclesiis* fundimus2, et Tertullianus loquitur de angelo *baptismi* ac de angelo orationis8.

VII. Quid suis clientibus præstent angeli custodes. Quinque præeipue præstant : 1° multa mala, sive animae, sive corporis, avertunt ; 2° impediunt ne dæmones noceant, sicut vellent ; 3° bonas cogit at iones et inspirationes suggerunt, ut angelus sanctus suggerebat Cornelio4; 4° Deo preces nostras offerunt® ; et 5° medicinales pœnas interdum infligunt, quibus client es ad Deum convert ani ur vel Deo firmius adhaereant.

VIII. An etiam singuli dæmones singulis hominibus deputentur. — Huic opinioni favent quidam scriptores ecclesiastici, ut Hermas, S. Gregorius Nyssenus, Cassianus8. Verum nunquam fuit recepta in Ecclesia, nec ullo fundamento fulciri potest. Permit lit quidem Deus ut homines a dæmonibus impugnentur, ut dicetur quiest. sequenti; at, nulla viget ratio cur singulis hominibus singulos da-mom-s deputet : comites quidem in via nobis assignat angelos sanctos, ut nos a periculis via· protegant el ad terminum in-

1. Cf. S. Thom., *II Seni.,* (list. l I, q. i, u. ? ad 4 el 5.
2. Origen., *In Luc.,* homil. XXIII ; /'. *G.,* xm, 1863.
3. Tertull., *De Baptismo,* \ . i, 206; et *De Oral.,* xvi; *P. L.,* i, 1174.
4. *Aci.,* x, 3 ss.
5. Tob., m el xxv ; .4cL, x, l ; Ipoc., xm, 3, 4.
6. Cf. Hermas, *Aland..,* vi, 2. I; /'. *G,.* n, 928; S. Gregor. Nyssen., *De uila .Moysis; P. G..* x i.iv, 337, 340; Cassian., *Coli.,* vin, 17; *P. L.,* x l ix, 750.

colune perdm ant ; at minime potest instituere comites qui nobis insidientur in via.

I X **Angelus ad custodiam deputatur, non a momento infusionis animæ, nec a momento collati baptismatis, sed a momento nativitatis** (a. 5). — Quidam existimarunt angelo custodi committi munus introducendi animam in corpus[1] ; alii custodiam incipere a momento collati baptismatis. Verum sententia quam expressit Hieronymus evasit paulatim communis : « *Magna dignitas animarum ut una quæque habeat* ab obtu nativitatis i» *custodiam sui angelorum delegatum*[2]. »

Ratio theologica est sat perspicua. Quamdiu puer remanet in utero, est aliquid matris, et idcirco per angelum matris custoditur ; a momento autem baptismi incipiunt beneficia quæ homini conferuntur ut Christiano, sed ea quæ dantur homini ut homo est incipiunt a momento quo nascendo talem naturam accipit. Porro custodia angelica homini convenit ut homo est. Ergo ab ortu nativitatis incipere debet.

X. Quamdiu hæc præsens vita durat, angelus custos nunquam deserit totaliter hominem ; sed secundum quid, non impediendo quin tribulationi subdatur vel cadat in peccatum (a. (i).

Nonnunquam Patres innuunt angelum custodem a cliente ingrato et peccatore recedere, ut apis a fumo refugit[3] ; vel illuni relinquere, ut solus in pugna fortius resistat[4]. — Verum hæc omnia non important derelictionem absolutam, sed secundum quid. Convincit autem ratio S. Thomæ. Custodia angelorum est quædam executio divinæ Providentiæ generaliter facta. Porro nihil potest divinæ Providentiæ totaliter subtrahi. Ergo nec unquam custodiit* ang ilicæ subtrahitur totaliter homo. — Interdum

I. Γ.Γ. OillCiicN., *In Joan.,* xm, 49; *P. G.,* xiv, 490.

' S IIii.iion., *In Matth.,* xviii, 10, *P. L.,* xxvi, 130.

3 II.i s Hahii.., *in Ps.* xxxm, 5; *P. G.,* xxix, 363. — Cf. S. IIii.hon , *In Jerem.,* xxx, 12; *P. L.,* xxiv, 869.

I. Ilu Amiihos., *in Ps.* xxxvn, 43, xxxvm, 32; *P. L.,* xiv, 1031, 1051.

tamen, ex judicio divino, angelus sinit ‹ lientem peccare aut aliqua mala pati, luci Ium etiam pro ipso preces effundat.

XI. Non possunt angeli beati dolare proprie de peccatis et poenis hominum quos custodiunt (a. 7). Hic iterum refellendus est error not issimu. Origenis juxta quem, non solum beatitudo, sed ei salus angeli pendet aliquatenus saltem a sanctitate clientum[1][2] Qua; omnia ex ipsa beatitudinis notione ex· luduntur. Tristitia quipp el dolor sunt de his quæ voluntati contrariantur. Atqui nihil accidit in mundo ve! accidere potest quod angelorum sanctorum voluntati proprie contrariari possit ; nam voluntas illa perfecte conformatur voluntati divinæ, quæ permittit mala fieri, imo ex malorum permissione ac punitione gloriam suam manifestat. Peccata quidem et poenas hominum, universaliter et absolute loquendo, non volunt angeli ; at nihilominus, si hæc accidant, reperiunt semper aliquam rationem gaudii, scilicet impletionem ordinis divina· Providentiæ (ad 3).

XII. **Inter angelos sanctos pugna quidem esse potest, non discordia voluntatem, sed contrarietate eorum de quibus Deum consulunt** (a. 8). — Movetur quæstio occasione cap. x. *Danielis,* ubi dicitur : « Princeps autem regni Persarum *reslilil* mihi viginti et una diebus ; et ecce Michael unus de principibus primis *veni/ in adjulorium meum*[1]. » Juxta interpretationem porro apud mullos receptam, illi principes sunt angeli in custodiam regnorum deputati. Hinc, eruitur angelos regnorum custodes inter se quandoque pugnare.

Ratio theologica est quia interdum contingit ut in diversis regnis vel hominibus diversa inveniaiitur merita vel demerita propter quæ unus debeat subdi et alter præesse. Cum autem angeli quid super hoc ordo divinæ sapientiæ habeat non cognoscant nisi l›eo revelante, debent Deum consulere de his rebus inter se pugnantibus. Hinc dicuntur

1. Or ig en ., *In Matth.,* xm, 27-28 ; *P. G.,* xm, 1165 ss.
2. Da n iel ., x, 13.

ang-h iiilci «· pugnare quatenus res hominum diversis jnp. h ruinrnissæ sunt contrariae, et ea de quibus Deum lOiisiiluid Mini repugnantia.

Su rogare poterat Gabriel pro cessatione captivitatis judaii æ. quod in bonum Judaeorum vergebat ; angelus autem Persarum poterat deprecari pro commoratione Judaeorum inter Persas, ut isti ad Deum verum converterentur, quod erat bonum hujus gentis. Uterque autem angelus intendebat bonum populi sibi commissi ; et quia illa bona erant opposit a, dicitur fuisse inter angelos *pugna* seu resistentia. ,

Cognita autem dispositione divinæ Providnntiæ, cessat omnis pugna vel dissensio.

ARTICULUS SEPTIMUS

DE DÆMONUM IMPERIO. — 77057.

AD 0. CXIV S. TUOMINI

I. Tria puncta ad fidem spectantia. — 1° Generatim homines a dæmonibus *impugnari*, 2° homines a dæmonibus *lentari*; 3° *obsesssionem* vel *prossessionem* interdum a dæmonibus fieri. De singulis punctis est breviter disserendum.

II. Homines a dæmonibus impugnantur (a. 1). —Tota Scriptura testatur hanc *impugnationem,* quæ ad hoc tondit vel ut homines in peccata labantur vel saltem ut malum physicum patiantur, sicut, e converso, angelorum custodia ad hoc ordinatur vel ut homines a peccato praeserventur vel a malo physico liberentur. *Genesis* narrat impugnationem erga protoparentes[1]; liber *Job* et libri historici vel prophetici maleficia diabolica describunt[2]; huc etiam faciunt quæ dicuntur in evangeliis de zizania, de seminante, de forti armato, etc.[3]. S. Paulus impugnationem illam nervose exprimit[4]; S. Petrus exhibet dæmonem quærentem quem *devoret*[5].

III. Impugnatio ipsa a dromone procedit; ordo **autem** tentationis est a Deo. —; Daunones quippe hominibus invident, et hæc est prima rausa cur illos ad malum alliciant. Aliunde sunt superbi, cl him·, similitudinem divinæ potestatis usurpando, volunl sibi habere ministros, quos ad hominum perniciem adhibent. sic ut Dens angelos bonos ad nostrum bonum delegal.

1. *Genes.,* m.
2. *I Parai.,* xxi, 1; Zachak., m. I.
3. Matth., xm; Luc., xi.
4. *Ephes.,* vi, 12.
5. *I Pel., v,* 8.

Deu» l min'.....ipugnationem ordinat ad bonum, sicut goiiernl ini nudis utitur, ad bonum ordinando. Unde etiam impugnatione utitur ad majorem gloriæ suæ manifestationem, vel ad hominis punitionem, correctionem, conversionem. Quapropter, licet impugnatio sit semper mala ex parte dæmonum, ex ea tamen semel permissa Deus elicit bonum majus. Quando dæmones impugnant instigando ad peccatum, ex seipsis, non a Deo mittuntur ; quando vero puniunt, licet id faciant ex odio, mittuntur tamen a Deo propter ejus justitiam et hominum correptionem.

IV. Proprium est diaboli TENTARE ad malum finem (a. 2). — S. Paulus rem ita efficaciter exprimit ut definitio diaboli sit *lentator,* seu *is qui leniat* : « *Ne forte lentaverit* is qui tentât l. » Hinc adnimadvertit cl. L. Janssens : « Mirare pulchram definitionem diaboli : « ille qui tentât », vero scilicet sensu ; quippe cujus, inter culpam suam et hominis creationem ac sæculorum finem, actio in mundum hoc verbo contrahitur tota[23]»

Tentare est experimentum sumere de aliquo, ita ut proximus finis tentant is sit scientia, alius autem finis sit id quod ex scientia obtinendum intenditur. Iste autem finis potest esse bonus vel malus : sic Deus tentare dicitur propter bonum finem, ut faciat alios scire; homo vero lentat quandoque ut juvet, quandoque ut noceat ; diabolus autem semper ut noceat, in peccatum præc ipitando. Quo sensu proprium diaboli officium est tentare : nam homo non Lentat nisi ut minister diaboli ; caro etiam et mundus dicuntur lentare instrumentaliter ; sed diabolus *ex officio,* quia his omnibus utitur ad tentandum.

Tentatio autem fit objective, movendo imaginationem vel sensus. Nequit diabolus in intellectum et voluntatem directe influere, quia deberet intra terminos essentiæ n|iei uri. vel menti illabi, quod esse impossibile jam plus ·.. niel ostendimus[8] ; sed potest in systema nerveum et

1. / *Tlueital.,* m, 5.
2. I.. l ANHHiiN»., I. VI, p. 1015.
3. Supra, q. avi, n. 5.

magni sympathici agere. Insipie mediantibus, sensus et imaginationem ac appel ilum sensitivum immutare; et hinc, remote et indirecte, partem iniellci l ivam aliquatenus movere, non tamen efficaciter trahere

V. Omnia hominum peccata ox diabolo tanquam causa indirecta procedunt ; non tamen omnia fiunt ex immediata tentatione diaboli (a. 3).

Ia pars ex Sacra Scriptura constat : « Qui facit peccatum *ex diabolo* est, quoniam ab initio diabolus peccat*. » — « Peccatoribus potest accommodari quod Judæis improperabat Christus : « Vos ex *paire diabolo* estis3. » Diabolus quippe primus instigavit hominem ad peccatum, ex quo omnia alia peccata secuta sunt, et sic censendus est causa omnium peccatorum indirecta.

IIa pars etiam in Scripturæ asseritur : « Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus'12» — In homine est sufficiens causa peccati, scilicet liberum arbitrium, et carnis blandimenta, quæ ex se ad peccatum alliciunt, licet possint a libero arbitrio refrænari. Si potuit, primus angelus nemine instigante peccare·, a fortiori potest homo, ex se ipso, absque diaboli tentatione, in peccatum prolabi.

VI. Non possunt dæmones vera miracula patrare, sed vera tamen quædam mirabilia, quæ vires et considerationem hominum reapse excedant (a. 1). — Constat Ia pars ex ipsa notione miraculi, quod esi factum excedens vires et ordinem totius naturæ créai a·.

IIa pars breviter ostenditur. Cum facultates dæmonum excedant vires nostras, multa possunt patrare, quæ sint veræ res mirabiles, utpole nostram cognitionem superantes.

Quadrupliciter autem contingere possunt mirabilia diabolica. 1° Quandoque fiunl propter illusiones nostrorum sensuum, internorum, vel externorum. quia possunt angeli,

1. Cf. supra, q. exi.
2. *Epist. 1* Joan., m, 8.
3. *Evang.* Joan., viii, 44.
4. Jacob., i, 14.

ni di· Ium (I. opr systematisnervei vel magni sympathici, sensus inimiil are. 2° Quandoque propter celerrimam et inipen epl ilulein substitutionem unius corporis loco alterius, ul si serpentes loco virgæ celerrime substituantur. 3° Propter apparitionem realem in corpore a dæmonibus assumpto vel producto. 4° Possunt demum daemones vera mirabilia operari applicando activa passivis, efficiendo, v. g. ut semen animalis citius fecundetur et evolvatur.

Discerni autem possunt effectus diabolici tum ab operibus divinis tum ab operibus naturæ. Virtus enim diabolica est tantum *educliva,* non agit nisi in *aliquo subjecto* ; non producit nisi *determinatum* effectum ad quem subjectum est in potentia ; nec efficaciter agit nisi *adhibendo requisita inedia* ; virtus autem divina est ab his omnibus absolute indepcndens. Natura vivificat *jormaliler,* dæmones autem non possunt exercere in mundo corporeo nisi operationes *exlrinsece* et similitudinarie vitales.

VII. Diabolus ab homine victus recedit ab eo ad tempus, non tamen in perpetuum (a. 5). — Scriptura testatur diabolum *recessisse* a Christo, vel *reliquisse* Christum[1].

Liquet ratio, tum ex divina clementia, quæ, et si permittat paulisper lentare, tamen repellit propter infirmam naturam; Ium ex astutia diaboli, qui reformidat iterum triumphari. — Non tamen in perpetuum, quia nec homo Iit invulnerabilis, nec diabolus amittit voluntatem aut virtutem nocendi, sed semper desiderat *reverti in domum unde exivit*[2][3]

VIII. De obsessione et possessione diabolica. — *Possessio* est specialis actio dæmonis, qua corpus hominis *quasi inhabitat* illudque *quasi ab intrinseco* movet. *Obsessio* est potius dæmonis actio quæ exercetur *ab exlrinseco.* Signa possessionis sunt : ignota lingua pluribus verbis loqui ; vel loquentein ignota lingua intelligere ; distantia et occulta patefacere ; vires supra ætatem vel conditionem ostendere ; vel similia[8].

1. Maiin , ɳ. 1l ; I-uc., iv, 13.
2. Matin., XII, Ii.
3. Cf. *Hihtalr Homan.,* De exorcism, obses.

Duo sunl extrema vitanda leniere ex levi causa credere aliquem esse possessum ; et iiegur»· absolute possessionis lactum, lota enim historia ı·vangelica, imo tota historia Ecclesiæ. possessiones diabolii as invicte testantur.

1°Ipse Christus testimonium imameiisHiim perhibet. Dæmonesde corporibus obsessis e.xpellil, non sirnl expelluntur morbi, quemadmodum contendunt i al ionalisf æ, sed sicut spiritus veri qui homines per se ipsos allligunt. Illos quippe alloquitur *ut personas reales,* illisque *imperat,* a,· *illos increpat* : « Surde et mute spiritus, ego *præcipio libi,* exi ab eo, et ne amplius introeas in eum1. » — Exponit, mira arguendi vi. se in digito Dei ejicere daemonia, et cx potestate ipsa quam habet dæmonia ejiciendi, se esse a Deo missum, suumque regnum esse a regno diaboli distinctum2.

Unde possessio diabolica est realis et vera, sicut ipsa missio Christi : « Porro, si in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei3. » Dedit apostolis veram potestatem ejiciendi dæmonia4 ; et, dum apostoli gaudent eo quod ipsis dæmonia subjiciantur, Christus veritatem facti confirmat his verbis : « Videbam Satanam, sicut fulgur, de cœlo cadentem5 6 »

2° Apostoli potestate sibi tradita ejiciendi dæmones efficaciter utuntur, ut refertur in *Actibus* Apostolorum : « Afferentes ægros et vexatos a spiritibus immundis, qui *curabantur omnes*9... Et *spiritus nequam egrediebantur*7. » — Non fuisse tantum morbos, sed spiritus veros, constat cx eo, quod narratur de circumeuntibus Judæis exorcistis, qui volebant Paulum imitari : « Respondens autem spiritus nequam dixit eis : desum novi, el Paulum scio; vos autem qui estis ? Et insiliens in eos homo in quo orat dæmonium pessimum, el dominatus amborum, invaluit contra eos8. »

1. Cf. Marc., i, 34; ix, 24 ; l.u<vni, 30.
2. Luc., xi, 14-26.
3. Ibid., 20.
4. Matth., x, 1 ; Marc., xvt, 17.
5. Luc., x, 17.
6. *Aci.,* v, 16.
7. *Act.,* xix, 12.
8. Ibid., 13-16.

I'x loin historia Ecdesiæ constat. Farta possessionis el poli··.la:. quam habent chistiani ejiciendi dæmonia, erani adeo manifesta ut potuerit inde Tertullianus arguere contra ethnicos : « Quid isto opere *manifestius* ? Quid hac probatione *fidelius*[1][2] » 4° Idem testatur liturgia ; ordinatio exorcistarum, ipsique exorcismi, etc.

5° Ratio aliquatenus explicat quomodo id fieri possit. .Non potest sane diabolus corpus informare, cum ipse sit forma perfecte subsistens ; nec *proprie* inhabitare, sicut Spiritus Sanctus inhabitat justos, nam inhabitatio importat actionem permanentem in essentiam et facultates. Sed potest diabolus corpori uniri sicut *molor mobili,* et motu quasi mechanico movere membra·; aut ipsam linguam ut sic possessus externe loquatur quæ intendit diabolus. Recolatur iterum posse diabolum, *ope systematis nervei vel magni sympathici, in* sensus, imaginationem, appetitum,· temperamentumque corporis influere, et hinc diversos illos effectus inducere, qui in factis possessionum observantur.

Animadvertatur tandem nihil posse diabolum nisi Deus permittatvel in peccati punitionem, vel in peccantis correptionem. vel in sanctorum majorem purificationem et gloriam ; el subdi lotam diabolicam potestatem Ecclesiæ sand.i· Dei. contra quam portæ inferi nunquam prævalebunt*.

IX. Tractatus conclusio. — Superest ut Deum omnipotentem totis mentis viribus adprecemur, quatenus qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ®, perducat tandem in societatem angelorum sanctorum.

I. Ter t u i.i... *ApoL,* c. xxiii ; *P. L.,* i, 413.

i :ıı·ı.·ı i quæ possessiones spectant vel magiam et hypnotisiiiiiin nl alia disciplinas referuntur. — Cf. Ribet, *La mystique tlii'iii'* I III. c. ix-xi ; Ver o n n e t, *La possession diabolique,* in *It.* u. ./« c/n ▮/' *Irançais,* t. XXXVII, 570 ss., et t. XXXIX, p. 423 \i i ı .m i *Demonic possession in the New Testament,* 1912.

3. *Colost.,* I, 13.

Facit ergo Deus ul angelis huik Iîs adhaereamus, illosque imitando Angelici nomen videamus aliquatenus participare, et cum angelis faciem l'aln videre, ac Deum sine modo diligere12 « Quid enim prodegi intéresse festis hominum si deesse contingat festis angelorum' ? »

1. S. Bernard., *De diligendo Deo,* ‹. i ; *P. L.,* clxxxii, 974.
2. Festiv. Omn. Sanet., led. |χ.

TRACTATUS DE HOMINE

Angelicus Doctor peiïccl.... dr Homine lradii. Tractatum, qui tria præsertim complectit ur : de Hominis Natura, de Hominis Productione, de Hominis Lapsu.

De Hominis quidem natura disserit sub respectu lum philosophico tum theologico in Prima Parte, a q. lxxv ad q. xc ; de Productione autem a q. xci et scqq. ; de Lapsu vero ubi de Peccato Originali, scilicet Ia IIae, q. lxxxi et seqq., et IIa IIae, q. clxiii ad cliv.

Quem ordinem sequemur, per modum unius conspectus resumendo ea quæ S. Thomæ in diversis locis tradidit.

Hinc logica divisio nostri Tractatus :

I. De Nominis Natura.

II. De Hominis Productione, seu Origine et Elevatione, quos immediate sequetur Tractatus de Peccato Originali.

QUÆSTIO PRIMA

De Hominis Natura

Quia Homo est creatura mixta, ex spiritu et corpore constituta, natura seu essentia ipsius includit animam et corpus, seu unionem anima· el corporis. « Naturam autem hominis, ait Angelicus, hic. q. i xxv, *Prolog.,* considerare pertinet ad theologum, ex parte anima·, non autem ex parte corporis, nisi secundum habitudinem quam habet, corpus ad animam ; et ideo prima consideratio circa animam versabitur. »

Relictis porro iis qua· respectum mere *philosophiam* habentl, recolimus doctrinam *otilholicam el theologicam* de natura ipsius animæ, de unione ejus cum corpore, de que ejus potentiis, præsertim libero arbitrio.

1. De hoc cf. nostr. *Curs. Philos. ThomM.,* vol. III.

ARTICULUS PRIMUS

DOCTRINA CATHOLICA ET THEOLOGICA DE VERA NATURA ANIMÆ HUMANÆ

AD Q. LXXV S. THOM.T.

I. Doctrina catholica supponit animam non esse accidens aut potentiam corporis, aut complexionem virium, sed substantiam singularem ac simplicem, a corpore et corporum viribus plane diversam. — Ecclesia rem sub hac forma nunquam definivit, at docet tamen hominem essentialiter distingui a bruto, et idcirco animam, quæ est *primum* principium specificativum, non posse ad ordinem accidentium reduci. Iterum tenet Ecclesia animam semper *eandem* permanere, non obstante materiæ instabilitate et phænomenorum lluxu, ac proinde non esse merum complexum virium corporearum, nec phænomenorum serjem, quæ transit ; sed principium substantiale quod nos et omnia quæ in nobis sunt in unitatem adigit et in unitate continet. Docet porro Ecclesia animam semper remanere eandem, quia debet Deo reddere rationem omnium quæ in Lota vita gessitl.*

Herum Ecclesia anathematizat eos qui exhibent animam tanquam mundi particulam, sicut ponunt monistæ et panlheistæ, ac theosophi', vel Dei emanationem, ut dixerunt veteres hæretici. Hinc in veteri formula « *Libellus in modum Symboli* », quæ antiquam Ecclesiæ fidem resumit, dicitur : « Si quis dixerit vel crediderit animam humanam *Dei portionem vel Dei esse substantiam,* A. S.3. » Ergo anima csl substantia *singularis.* Ratio S. Thomæ omnino evincit animam a corpore distingui. Anima quippe intelligitur pri-

I · .l. r.onr I.uler., iv ; Denzinger, 464.

' llii'c i·· ! .ı■••••rl io theosophorum : « Nous disons que l'étincelle ile im 'im l hniniiie est une et identique en essence avec l'esprit uiH'i'i i l.., il'npir nos enseignements. *VEsprit* el *la Matière* sont ni· ni n|in in o'sky, *La Clef de la théosophie,* traduit de l'anglais pur Mine m Ni uviLLÉg, p. 14, 43, 88, 90.

3. Can. l l : I>i nzinuer, 30.

mum vitæ principium. Atqui primum vitæ principium nequit esse corpus. Ergo ammu nequit esse corpus. Prob. min. Esse principium vitæ non convenit corpori quatenus est corpus, sed quatenus est /«/‹■ mv ii» omne corpus esset vivens. Atqui quod est act u hile habet. *ab alio,* quod est actus ejus, et idcirco ab ipso dilïert sicut actus a potentia. Ergo primum vitæ principium non est corpus, sed actus, a corpore realiter dist inct us. Hine eruit ur vigere inter animam et corpus illud reale discrimen quo a‹ l us differt a potentia.

Inde quoque colligitur animam esse principium *simplex* : tum quia *eadem* in toto vitæ decursu perseverat, quæ quidem personæ identitas arguit simplicitatem ; tum quia redit supra scipsam reditione perfecta, seipsam totam complectendo, ad intima sui penetrando, quod non potest substantia composita, in qua una pars non complicatur supra seipsam, sed solum supra aliam ; tum quia simplicitas includitur in spiritualitate, de qua nunc esi uberius disserendum.

II. Est dogma catholicum animam humanam esse proprie spiritualem seu subsistentem (a. 2). — Testimonium Scripturee.— Licet nullum exstaret hac de re speciale documentum, dogma ipsum adhuc in tota oeconomia Christiana inclusum inveniretur ; nam quæ tenemus de Deo principio et fine hominis, de Verbo Incarnato propter nostram salutem, de motu nostro in Deum, de virtutibus theologicis, de tota re morali, de sacramentis ac de novissimis, ve'ritatem illam de animæ huinanæ spirit milit ate omnino asserunt aut involvunt.

Sed disertissima sunt testimonia, sive Scriptura· sive Traditionis, quibus hoc dogma vindicatur.

In ipso Scripturæ limine adst ruitur animæ spiritual itas. *Distinctio* quidem a corpore indicatur, dum narratur *corpus* efformatum de limo ferra· el *spiraculum* vitæ, seu animam, a *Deo* insufflari', d *spirilualilas* proprie dicta perfectius asseritur, dum do itur homo supra animalia cuncta ita elevari, ut nullum inter illa inveniatur adjuto-

1. *Genes.,* ii, 7.

riimi *simile* ipsi[2] et fieri ad *imaginem* ipsius Dei' : quod Mine spiritum et intellectum importat.

Psalmi hominem extollunt propter partem *spiritualem,* r.ilioii, ‹ ujus assimilatur angelis, licet *paulo minus* infra ipsos[ll]. In Libris *sapientialibus* duplex recolitur elementum : *pulvis,* qui revertitur in terram, unde erat, et *spiritus,* rediens ad Deum, qui *dedit illum*[4]*; ubi tria simul affirmantur : et animam *spiritualem* esse, et *immortalem* et a *solo Deo* (per creationem) oriri.

Alibi instituitur oppositio inter *corpus,* quod aggravat animam, et partem *superiorem,* quæ multa cogitat : « Corpus, quod corrumpitur aggravat animam et terrena habi? talio deprimit sensum multa cogitantem". »

Prophetæ exhibent animam a corpore penitus distinctam, ut vestem præstantioris ordinis, animamque corpori superstitem ac demum in resurrectione corpus iterum assumentem?.

In *Novo Testamento,* ubique recolitur hæc veritas ; nam venit Christus sanare et redimere animas, adeo præstanles ut. dum persecutores *occidunt corpus,* nunquam possint *animam* occidere[7]* S. Paulus tam magnifice vindicat vim nostri intellectus, ut illam comparet Spiritui Dei : « Quis hominum scit quæ sunt hominis, nisi *spiritus* hominis qui in ipso est ? Ita et quæ Dei sunt nemo novit nisi Spiritus Dei". » Liber *Apocalypsis* canit simul animæ spiritualitatem et immortalitatem et sortem perpetuam[9].

ΓΓf. **Traditio catholica semper fuit constans et unanimis.** — Licet conceptus spiritualitatis perfectæ fuerit paulatim et successive expolitus, ut dictum est de Angelis[10], semper tamen Ecclesia credidit animam esse *incorpoream,*

1. *Genes.,* n, 27.
2. *Gen.,* i, 26-28.
3. 1·». vili.
4. *Eccl.,* xn, 7.
   Sup·, m, 1-4.
i, Iιιλ ι., im, 12: Ezechiel, xxxvii.
7, Matt ii·, x. 28.
H. *Cor.,* n, IL
B. *Λροι·.,* XX XXιι.
10. Supra, />< bi(/<*/is, q. i, a. 2.

rationalem, intellectivam \ntiqua formula, quæ in *Constitutionibus Aposl.* referlui, hid»·! : « Confitemur animam in nobis *incorpoream* el. immortalem[1]. » .luxta Symbolum Athanasianum, duo sunt in homine : anima *rationalis* et *caro*[2].

Concilium Chalcedonmise, 151. confitetur Christum *hominem verum ex anima rationali el corpore*[9] ; concilium Constant, n, 553, confitetur unitatem Dei Verbi ad carnem animatam *anima rationabili* et *intellectuali*[*] ; concilium Constant, m, 680-681. confitetur quoque Christum hominem vere ex anima *rationali* et corpore[6]. Concil. Constant, iv, 869-870. confitetur unam animam *intellectivam* habere hominem[6].

Cone. Later, iv veram spiritualitatem vindicat, dum credit et profitetur hominem osse creaturam *mixtam,* seu *communem,* ex *spiritu* et *corpore* constitutam[7], ita nempe utin homine anima differat a corpore, sic ut creatura angelica differt a mundana. Cone. Viennense (1311-1312), confitetur animam *intellectivam* seu *rationalem*[3]. Cone. Later, v addit illam animam *intellectivam* esse immortalem et pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilem et multiplicatam et multiplicandam[9].

Demum S. Cong. Indicis addit *spiritualitatem* animae posse a nobis eum *certitudine* demonstrari. Hæc est enim propositio quam S. Congregatio D. Bautain subscribendam exhibuit : « *Ratiocinatio* Dei existentiam, animæ *spirilualilalem,* hominis libertatem, cum *cerliludine* probare potest[10]. »

IV. Probatio autem illa evidens multipliciter efficitur[11].

1. *Const. Aposl.,* lib. 11; c. ii; G., i, 138.
2. Denzinger, 40.
3. *Idem.,* 148.
4. *Idem.,* 216.
5. *Idem.,* 290.
6. *Idem.,* 338.
7. *Idem.,* 428.
8. *Idem.,* 480-481.
9. *Idem.,* 738.
10. *Idem,* 1650.
11. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* 111. p. 84 ss.

Tum ..... <>bje< Ium quod attingit anima est ab omni malina d> i i a< l uni, et quia anima intelligit modo prorsus iodi P<11<I<11I< a materia, quæ quidem independentia in triplici mentis operatione manifestatur : in *simplici* quidem *apprehensione conceplus* est ab omni loco et tempore abstractus, ut universale, genus, species, etc. ; in *judicio* respectu? quidam est *necessarius,* qui a materiæ conditionibus eximitur, nempe *convenientia* prædicati cum subjecto ; in *ratiocinio,* magis adhuc elucet illa independentia, nam *consequentia, illatio, logicus transitus* ab antecedente ad consequens, est quid maxime immateriale, nulli sensui pervium.

Tum quia attingendo materialia anima addit respectum novum, ul , dum corrigit errorem sensuum et res illas intelligit. modo perfectiori quam sunt in seipsis.

Tum quia bonis spiritualibus perficitur anima et pro ipsis contemnit corporalia, et dolorem in corpore acceptat ne spiritualibus privetur.

Demum, quia non cognosceret materialia si aliquid materiale in sua natura retineret[1].

Pro difficultatum solutione, recolenda est distinctio inter dependentiam *exlrinsecam* et dependentiam *intrinsecam* et *objectivant.* Anima quidem nostra pendet a corpore extrinsece, *minislerialiler,* ut objectuum cognoscat et ideas ex phantasmatibus abstrahat ; non autem subjective, intrinsece, essentialiter, nec ullum factum scientificum opponi potest, teste celeberrimo Mosso : « *Si l'on demande une preuve irréfutable de la non-existence dans le cerveau d'une force immatérielle, on n'en peut fournir aucune*[2]. »

V. De fide est animam humanam esse incorruptibilem et **immortalem** (a. 6). — Testimonia hucusque allata oslenduiil simul et spiritualitatem et immortalitatem. Dum enim Scriptura dicit corpus in terram reverti[3],

1. Ilo· m uni, quod a recentioribus negligitur, exponi- inii› in uo ɳ Iɣo *Curs. Philos. Thomist.,* in, 90 ss.
2. Gt. *ibid.,* p. 93-96.
3. *Genes.,* 111, 19.

monet animam, qua; ad D<t imaginem facta est[1]2 redire ad ipsum Deum creatorem*. Him in *Genesi* Deus dicitur Deus Abraham jam dei'....ıı', in / *rodo,* Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob[4], el idcu ◊ Dens non mortuorum, sed vivorum, quo loco Dhrislu. ulilur ad probandum, non tantum animorum immori alii al em. sed et corporum resurrectionem[5].

Priores patriarcha; se profilent ur peregrinos el *hospites super terram ;* quæ verba supponunt ipsos credere el spiritus *immortalitatem el futuram retributionem,* ul authentice interpretatur Paulus : « Qui enim hæc dicunt significant se *patriam inquirere.* Et si quidem ipsius meminissent de qua exierant, habebant tempus revertendi. .Nunc autem *meliorem* appetunt, *id esi coelestem*[6]8 »

Psalmi supponunt et immortalitatem et vitam futuram, in qua satiabuntur nostra desideria :·« *Saliabor, cum apparuerit gloria lua'.* »

Prophelæ testantur simul el immortalitatem et resurrectionem : « *Vivent* mortui tui, interfecti mei *resurgent*[6]... Evigilabunt, alii *in vitam ælernam,* et alii in opprobrium, ut videant semper[9]. »

Liber *Sapientiæ* docet simul el vivere post mortem impios in inferno[10], et gaudere justos apud Dominum. « Justorum animæ in manu Dei sunt et *non langel illos tormentum mortis*[11]12 Justi autem in *perpetuum vivent el apud Dominum esi merces* eorum[18]. »

In life. *Machabæorum* immori alii as simul el resurrectio asseruntitr. « *In ælernæ vitee resurrectione* suscitabit...

1. *Genes., i,* 26-28.
2. *Eccle.,* xii, 7.
3. *Genes.,* xxvni, 13.
4. *Exod.,* m, 6.
5. Marc., x ii, 26.
6. *Hebr.,* xi, 14-16.
7. Ps. xvi, 15.
8. Isai., xxvi, 19.
9. Daniel, x ii, 2.
10. *Sap.,* n.
11. *Sap.*
12. *Ibid.,* m, 1, 7 ; v, 16, 17.

Créai m rl *spiritum* vobis iterum cum misericordia r»'d<l<i| e/ *vitam'.* »

Novum I'eslamenlum semper huic dogmati reddit testimonium. l um verba expressa « *Animam autem non possim! occidere*[1][2] » ; tum descriptio futuri judicii, et sortis pi rpetme : « Ibunt hi in *supplicium æternum,* justi autem *in vitam ælernarn*[3] » ; tum prædicatio resurrectionis, prout ex Paulo præsertim habetur[4][5]; tum descriptio coelestis Jerusalem in *Apocalypsi*[6].

Patres hoc dogma contra ethnicos vindicant. Teri ullianus scribit : « Definimus animam Dei flatu natam, *immortalem*[9]. » Epistola ad *Diognel.* pulchre habet : « *Immortalis mortale tentorium inhabitat*[7]. »

S. Justinus in dialogo cum Tryphone de hac immortalitate fuse disserit[8].

S. Cyprianus : « Pretiosa mors hæc est, quæ emit *immortalitatem* pretio sui sanguinis[8]. »

Omnia fi lei symbola hanc veritatem profitentur dum credunt *vitam ælernarn* vel *vitam venturi saeculi.* Speciatim autem concilium Later, iv recolit : « Illi cum diabolo poenam *perpetuam* et isti cum Christo gloriam sempiternam[10.11]» Et expresse cone. Later, v : « *Damnamus el reprobamus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse".* »

VI. Imo sola ratio potest apodictice demonstrare animam immortalem esse. — Fuerunt nonnulli qui cum Sioto dixerint immortalitatem animæ perfectam, tum scilicet *ab intrinseco,* seu ex propria natura, tum *ab exlrinseco,* quatenus nunquam a Deo annihiletur, per fidem solam

1. *II Machab.,* vn 13, 23. — Cf. xn, 43-46.
2. Ma t t ii., x, 28.
3. Cf. Ma t t ii., x x v, 31-46.
4. */ Cor.,* xv.
5. *Apoc.,* xx-xxii.
6. Γι ni i i i . *J)e. Anima,* χχιι ; Λ1. *L.,* n, 686.
i *//»/■./ a<l Diogn., P. G.,* n, 1176 ; Fu n k, i, 316.
H .Iiih i in, *Dialog.,* iv ; *P. G.,* vi, 481-492.
9. Cf. Cvc iiia n„ *Epist.,* vm ; *P. L.,* iv, 247.
10. IlitNziNKiin, 430.
11. *hiem,* 73H.

teneri, nee posse raliom· dcirionslrari quæ omne dubium removeat. Simili» controversia foil nostris temporibus suscitata[1][2]

•Jam Melchior Garnis , nrpil opinionem Scoti[3]; scribit quoque Bannez. : « l licere anima· immortalitatem non esse demonstrabilem per rationem naturalem, *erroneum esi*[3]4 »

Ecclesia, ut vidimus supra, n. m, tenol spiritualitatem posse demonstrari ; jam vero immortalitas est necessaria spiritualitatis sequela. Insuper, S. Gong. Episcoporum et Regularium, in formulario, quod D. Bautain subscribendum proposuit, petit ne unquam contrarium doceatur : « *De. ne jamais enseigner qu'avec la raison toute seule on ne puisse démontrer la spiritualité el l'*immortalité *de l'âme*.* »

Multiplicis generis sunt argumenta quæ immorialitatem demonstrant.

1° Argumenta moralia, lum ex sensu hominum communi, qui non potest hac in re errare ; turn ex necessitate sanctionis post hanc vitam, nam in præsenti nec vitium condignam poenam nec virtus condignum præmium suscipiunt ; hinc effatum Pauli : « Si in hac vita tantum *in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*[6]. »

2° Metaphysics, ex natura animæ et illius objecto. Immortale est ab *intrinseco* quod nequit corrumpi *per se,* seu dissolutione elementorum ' essentialium, nec *per accidens,* ad dissolutionem alterius. Atqui anima nostra corrumpi nequit per se, cum nullis pari ibus essentialibus constet ; nec per accidens, cum a nullo subjecto pendeal, utpote perfecte spiritualis. Ergo anima est immortalis ab intrinseco. Sufficit igilur ini<dliger· spiritualitatem, ut illico inferatur immori alii as. Him perfecta instituitur *adæqualio* logica inter spirituale el immortale. Quod etiam

1. Cf. de hoc *Reoue du Clergé b'raùçais,* an. 1903.
2. Melchior Can., *De Soc. Theol.,* lib. XII, c. χιv.
3. Bannez, *Comment, in* l P., q. 75, a. 6.
4. Cf. de Régny, *LAbbé Baulgtn,* p. 336-338.
5. *1 Cor.,* xv, 19.

ex ohjri Io imuiifestatur. Quum intellectus et intelligibile, appelilu ı·I appetibile sint ejusdem ordinis, utpote speciik ulum el specificativum, oportet ut anima sit sicut oli j.'i I uni intellectus et voluntatis. Atqui objectum intellectus et voluntatis est necessarium et incorruptibile, s.'ilicei verum et bonum universale. Ergo oportet animam nostram immortalem esse.

Eadem quoque evidentia ratio evincit animam esse iinmoi talem *ab exlrinseco,* seu nunquam a Deo annihilatum iri. Nam ratio sola pronuntiat Deum, qui instituit naturam, nunquam subtrahere rebus quod est proprium naturis earum1; secus sibi contradiceret infundendo proprietatem perpetuam et impediendo ne sit perpetua. Atqui immortalitas est proprietas animæ. Ergo ratio concludit Deum nunquam illam subtrahere animæ.

Cæterum, annihilatio esset miraculum, et, idcirco deberet ad ordinem gratiæ ordinari. « Porro, redigere aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem, cum magis per hoc divina potentia et bonitas ostendatur quod in esse conservet. » Ergo Deus nihil unquam annihilabit et hæc est- conclusio quam ratio sola absque ulla errandi formidine pronuntiat2.

\ II. Ex doctrina catholica colligitur animam non esse ipsum hominem, nec ejusdem esse speciei cum angelo (a I et a 7). —ıI Documenta superius allata testantur esse hominem verum, quia constat *ex anima rationali el corpore,* et idcirco symbolum Athanasium dicit : *Sicut anima rationalis el caro unus esi homo* (n. m). Cæterum constabit iterum ex dicendis de unione animæ el corporis3.

Ratio S. Thomæ est manifesta,. Illud homo esse nequit

1. S. Thom., // *Coni. Geni.,* c. 1 v. —Cf. I P., q. civ, a. 4. Cf. nosl. *Cnrs. Philos.,* ni, 100-113.

3. Piilclini uni et notatu dignissima verba S. Augustini : ' lloin.....i i corpus solum vel anima sola,sed qui exanima conii d ci i orpurr Non totus homo, sed pars melior hominis anima e-d , nnc lolii. Imino corpus, sed inferior hominis pars est ; sed cum i-.| uh unique conjunctum simul, habet hominis nomen. » *De Ciiiit. lui.* Ill· XIX, c. xxiv, 2: *P. L.,* x l i, 399.

cui tribui non possunt ‹il definitio completa hominis et omnes operationes hominis \1<µıi animæ soli tribui nequit tota definitio hominis, qme poeter formam complectitur materiam, et carnem el ossa , nec etiam omnes operationes hominis, nam qmedam sunt totius compositi, ut sentire, etc. Ergo.

Quocirca definitio hominis non esi quam liadnnt plures cum de Bonald : Anima t orpore utens, vel intelligent ia utens organis, sed : Compositum ex anima rationali el corpore, seu *animal rationale*[1].

Traditio quoque catholica docet animas non esse, cmlcstes virtutes propter culpam in corpora demissas[2]; nec etiam esse in eodem gradu cum angelis, sed *paulo minus* infra angelos.

Ratio theologica potest sic breviter contrahi : Forma quæ informat materiam el substantia incompleta in ratione speciei nequit specie convenire cum forma quæ nullatenus potest informare materiam quæquc esi substantia completa et perfecte subsistens. .Atqui, dum anima nostra est forma substantialis, angelus non potest esse nisi motor qui accidentaliter tantum unitur mobili, et, dum anima esi substantia incompleta in ratione speciei, angelus est species completa, imo tot sunt in angelis species quot sunt individua. Ergo[3].

Imo, nec etiam in quantum est spiritus anima est unius speciei cum angelo ; nam modus intelligendi per ideas infusas, ut est cognitio angelica, el modus intelligendi per ideas acquisitas et cum conversione ad phantasmata, differunt specie.

« Nihilominus potest affirmari hominem longe magis appropinquare ad dignitatem angelicam quam ad conditionem brutorum, licet forma hominis el forma bruti eodem materiali nomine vocentur anima[4]. »

1. Cf. *ibid.,* p. 160.
2. Ita Vigilus, Papa, 543. contra Origen. ; Denzinger, 203.
3. Cf. Tract, *de Angelis,* q. i.
4. Cf. Janssens, t. VII, p. 119.

Cætcruin lofa oeconomia Christiana, nempe de Incarnntioin· filii Dei, de Sacramentis *propter homines,* de gratia ‹l de line supernatural), ostendit Angelos et animas differre specie, sed ad eandem societatem supernaturalem pertinere, sub eodem Capite Christo.

Plenius innotescet natura nostræ animæ ex dicendis nunc de unione substantiali.

ARTICULUS SUC.I INDUS

DOCTRINA CATIIOI.IVA /■./' 1 1| El il.lit. K Λ DE UNIONE AN1MÆ ET COHTORIS

AD Q. LXXVI S. THOM®

I. Qua ratione possit hæc quæstio ad fidem referri. — Duplici titulo, scilicet ut explicetur mysterium Incarnationis et vindicetur dogma catholicum de unione hypostatica, et ut statuatur tota doctrina de homine tum sub respectu dogmatico tum sub respectu morali.

Imprimis docet fides unionem in Incarnatione esse *substantialem*[1], in qua duæ substantia·, scilicet divina et humana, in uno termino substantiali, qui est persona Verbi,' conjunguntur. Id autem importat duas partes nostras ita copulari, ut Christus sit verus homo, utque anima intellectiva seu rationalis ipsum corpus vere per se et essentialiter informet. Et hæc est ratio quam concilium Viennense indicat, ad explicandum quomodo Dei Filius assumpserit « *partes noslræ naturæ simul unitas,* ex quibus ipse in se verus Deus existons fieret *verus homo,* humanum videlicet corpus passibile et animam intellectivam seu rationalem, ipsum corpus vere per se et essentialiter informantem[2]. »

Secundo, dogma et moralis catholica supponunt hominem ita esse unum ut imputentur ipsi ad meritum vel demeritum omnia quæ in corpore et per corpus fiunt, ut dicatur sanctificari totus homo per sacramenta, quæ corpus tangunt, et tandem judicetur de his quæ in corpore gessit, juxta illud Pauli : Ul referat unusquisque *propria corporis* prout gessit, six e bonum sive malum[3]. »

1. Cf. *De Verbo Incarnato,* q. n.
2. Denzinger, 480.
3. *II Cor., v,* 10.

I I **lùimimnonta scripturistica et patristica. — Hue fa**riniil Hinnis toxtus qui referunt hominem esse *unum ex diiobu·* coahiscens, scilicet ex limo terræ et ex spiraculo vil.tel2 ila quidem conjunctis ut operatio corporis in a n i ma in redundet et corpus, quod corrumpitur, aggrave! animam* : id quippe innuit unionem *essentialem* et *personalem, ex* qua resultat una natura et una persona3.* Ei pariter illi textus qui dicunt uni et eidem tribui, in ordine morum, quidquid fit, non solum per animam sed et per corpus : unde et in textu mox allato S. Pauli *propria corporis* adseribuntur ipsi personæ humanæ ; ex quo sequitur ad naturam et personam *uniuscujusque* nostrum pertinere corpus. Unio porro materiæ et formæ est ea ipsa ex· qua et una persona et una essentia conflatur.

Patres eandem doctrinam æquivalenter asserunt, qui l radunt corpus ab anima recipere vivere et esse et speciem : ita tractatus *de Resurrectione,* qui tribuebatur S. Justino et refert saltem doctrinam illius ævi : « Anima est in corpore, quod sine anima non *vivit ;* egressa anima, *non esi**. » Et S. Augustinus : « Tradit *speciem* anima corpori, ut sit corpus in quantum est... Corpus nullum fit nisi accipiendo per animam *speciem5.* » Vel qui dicunt hominem esse unam naturam ex anima et corpore : « Omnis communiter hominum *natura,* ai! Athenagoras, ex anima immortali constat el corpore, quod cum anima in creatione conjunctum est6. » — « Homo, adjungit Augustinus, non est corpus solum vel anima sola, sed qui ex anima constat et corpore7. » Si anima dat corpori speciem, si conjungitur cum ipso

1. *Genes.,* n.
2. *Sap.,* ni, 1-4.
3. Si enim anima et corpus essent duo supposita vel duæ substanliæ distinctae, operatio corporis non redundaret in animam spiritualem, sed corpus animæ et anima corpori extranea remaneret Cf. *Durs. 1'hil. Thotnist.,* m, 131, 133.
1 *In Kr iiriccl.,* c. x; *P. G., n i,* 1590.
I> \i '.r iiN. ; *de Immortalitate animæ,* c. XV, 24; *P. L.,* XXXII, 1033, 1034.
(i. Λτιιι NHhuii., *De Resurrect.,* 15 ; *P. G.,* vi, 1004.
7. S. Λ..... ni. , *De Civit. Dei.* lib. XIV, c. xxiv, 2; *P. L.,* x l i, 399.

in una natura, est ⟨orpori I. mlns sen forma substantialis. In his ergo assertis conlimdur loin doctrina quam demum definierunt concilia, ut esi nunc exponendum.

III. Definitiones et declarationes Ecclesiae. — Concilium Viennense (1311-1312) post verba cilala n. i, pergit : « Porro doctrinam omnem seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quod substant ia animæ rationalis seu intellectivæ vere ac per se Immani corporis non sit forma, velut erroneam ac. veritati catholicae inimicam fidei, prædicto sacro approbante Concilio, reprobamus : *definientes,* ut cunctis nota sit fidei sinceræ veritas ac praecludatur universis erroribus aditus, ne subintrent, quod quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se et essentialiter, tamquam hæreticus sit censendus[1]. »

Mens Concilii colligitur ex scopo quem intendebat, scilicet damnare errores Petri Olivi (f 1297).

Duo porro præsertim docebat iste, ut constat ex manuscript© quod publici juris fecit Cardinalis Erhle, S. J., qui Bibliothecæ Vaticanæ per tot annos præfuit. Imprimis timebat erroneam theoriam de formarum pluralitate in uno eodemque individuo organico. Materia prima informatur inferiore forma, qua informatione capax et digna fit, quæ altiore forma informetur et ita porro. Inter varias autem formas non intercedit nisi relatio rectoris, motoris, stabilimenti ad instrumentum, superioris ad inferiorem regendum. Hinc sequitur animam superiorem non formam sed tantum gubernatricem corporis esse.

Alter Olivi error est de conslit ut ione animæ. Componitur ipsa ex materia spirituali et Iribus partibus formalibus, vegetativa sensitiva, intellectiva. quarum unaquaeque ut substantiale quid una cum aliis duabus per additionem quasi mechanicam efformat tandem unam totalem formam hominis, animam ejus... Concludit Olivi partem formæ intellectivam, per se seu ratione sui non informare corpus humanum sed tantum materiam ; spiritualem vero ?sse

1. Denzinger, 481.

formnin corpori, solum mediante sensitiva vel vegetative parte

I i rigo concilium errorem utrumque efficaciter renio-\<<r< l, asseruit unionem esse vere essentialem et idcirco animam *per se et essentialiter* esse formam corporis, et animam qua *intellectivam* seu *substantiam* animæ rationalis vel intellectivæ esse formam.

Cone. Later, v. 1513, renovat definitionem concilii Viennensis[2]. Pius IX, damnando libros Guentheri, 1857, scribit, : « Noscimus iisdem libris lædi *catholicam sententiam ac doctrinam de homine, qui corpore el anima ita absolvitur, ul anima eaque rationalis sil vera per se atque immediate corporis forma*[3]. »

IV. Ex quibus documentis colligi debet : 1° Illam sententiam esse *catholicam* seu *definitam,* ita ut qui pertinaciter illam negaverit tanquam *hæreticus* sit censendus. 2° Animam esse *vere* formam, id est non mere metaphorice vel analogice, sed sensu proprio. 3° Unionem esse *substantialem,* quatenus anima uniatur corpori *non per accidens,* sed *per se el essentialiter.* 4° Animam qua *intellectivam* esse formam, non vero tantum ratione partis sensitivae vel vegetativæ. 5° Ipsam *substantiam* animæ intellectivæ informare, el idcirco non mediante aliquo alio, *sed immediate,* ut explicat Pius IX. 6° Licet non dicatur animam *esse formam substantialem,* eundem sensum ex toLo contextu ingeri ; nam. si unio est substantialis, si *substantia* ipsa intellectivæ animæ unitur *per* se et *essentialiter,* liquet omnino formam hujus modi non esse accidentalem, sed utique substantialem.

V. Quinam errores his documentis excludantur. — Omnes errores qui volunt animam uniri tantum accidentaliter, ul motorem vel rectorem ad regendum corpus, prout ex do. Irina Olivi sequebatur et prout statuunt quicumque I hi'uriain plalonicam renovant. Pariter, qui reponunt n ll.i i n i'ii substantiam animæ in cogitatione, ut vult

l i r iwihhi.m), S. J., in periodico *Gregorianum,* 1920, fasc. I.
2. Di'.nzingi ii, 788.
3. *Idem,* HIM·.

systema cartesianum ; vol in conscientia sui, ut dicunt Kantiani ; vel in « immanenti perceptione qua subjectuni intuens ideam, afiirmat sensibib· postquam in hanc ejus essentiam intuitum fuerit ». ul di< il Hosinin1; vel in perceptione *lemporis el prælerili.* ul i entendit Bergson2.

Omnis unio qual secundum *cognitionem* sive conscientiæ sive memoria* sive cujusvis perceptionis, attenditur non potest esse nisi accidentalis. Itcfelluntiir etiam qui ponunt unionem fieri per aliquod *medium,* sive «orpus subtilissimum, in quo anima involveretur, ul dicebant platonici ; sive mediatorem plasticum, ut finxit Joannes Clericus ; sive, *involucrum,* in quo anima velut in vagina includeretur, ut somniant *spirilislæ.* Licet enim concilium Viennense intendat directe damnare Olivi, qui contendebat unionem fieri mediante parte sensitiva vel vegetativa, affirmat tamen ipsam *subslanliam* anima· intellectivæ uniri perse, et idcirco *immediate,* ul interpretatur Pius IX.

Ceterum, si unio fieret per aliquod medium, jam anima non esset primus et substantialis actus nec consisteret illa unio substantialis quam voluit concilium asserere ac lueri.

III. Rationes theologicae (a. 1). — Quia in philosophia quæstio fuse expenditur3, satius erit argumenta indicare. Forma substantialis corporis intelligitur id quo primo corpus operatur, quod tribuit speciem corpori et quod cum ipso conjungitur unione tum *personali,* ita ut sii. in homine unicum essendi et operandi principium, Ium *essentiali,* ita ut sit in homine una essentia seu natura specifica. Atqui anima humana est id quo primo coquis operatur, cum sit primum prim ipili ni quo nutrimur el sentimus et movemur secundum lo< um ; est id quod dat speciem, nam corpus non est humanum nisi per animam, sicut ipsa est quo a celeris discriminamur et in specie pro-

1. Prop. 24 damni, a. S. OlTlcio, l l dec. 1887 ; Denzinger, r, 14.

2. « La distinction du corps et de l'esprit ne doit pas s'établir en fonction de l'espace, mais du temps... Il faut que le passé soit *joué* par la matière, *imaginé* pin l'esprit. » Cf. Bergson, *Matière el Mémoire,* p. 246-249.

3. Cf. *Cues. Philos. Thômisl.,* vol. III, tract. II, q. n.

pria ‹ ‹·ıı· l il iiimur ; conjungitur unione personali, nam uni d eidem principio tribuuntur actiones corporis, v. g. nnlriri, dormire, et actiones animæ, ut intelligere et velle, c| idcirco idem permanet et persistit homo in toto vita: decursu ; el unione essentiali, nam integritas speciei humana· importat unam essentiam ex corpore et anima conflatam, et hæc quidem unitas est tanta ut operatio corporis in animam redundet, dum corpus aggravat animam, et operatio animæ propria, intellectio, in corpus quoque redundet, v. g., cor accelerando, pressionem sanguineam augendo, etc.l. Ergo anima est vera substantialis forma corporis nostri.

VIII. Pro solutione difficultatum. — Recolendum est animam intellectivam esse *virlualiter* sensitivam et corpoream nec esse formam immersam in materia, sed retinere esse *elevatum* supra materiam et ab ipsa independens. Hinc ad objectionem : Quod est forma corporis est pars intrinseca corporis et habet esse in materia. Atqui anima spiritualis non potest esse pars intrinseca corporis nec habere esse in materia. Ergo nequit esse forma corporis.

Reap. : Dist. maj. : Est pars intrinseca *constitutiva* et *specifica,* concedo ; pars intrinseca *potenlialis* et *materialis,* nego ; el habet, esse in materia totaliter *immersum,* si sit *formaliler* corporea, concedo ; si sit *virlualiter* tantum corporea et *formaliler* spiritualis, nego ; quia tunc retinet quoddam esse totaliter transcendens. — Contradist. min. : Anima spiritualis nequit esse corporis pars intrinseca materialis et potentialis, concedo ; formalis et specifica, nego ; nec habere esse immersum in materia, concedo, nec habere esse transcendens materiam, nego. — Conclusio potest negari, vel distingui : non est forma immersa in materia, concedo, forma vera in materia existens sed relinens ‹-s›e supra materiam elevatum, quod non communii nl muleriti·, nego.

l » 1« Lruvull Intellectuel accélère le cœur, augmente la pres- ' ıııpıuuu .Ums les artères périphériques... Tous ces phénomènes soul il'nuliuil plus marqués que le travail est plus intense. » Gı e y, *IHrnb s de l'si/chologie physiologique el pathologique,* 408.

IX. Dogma catholicum out animam intellectivam multiplicari secundum multiplient ionom corporum, seu tot animas esse quot corpora (a. ?). Contra omnes formas monismi el pantheismi.

Græci philosophi qui ponebant unam mundi mentem omnia regentem, implicite negabant multiplicationem animarum pro multiplicatione corporum. (Juem errorem renovarunt medio ævo averroistæ, a‹· signanter Sigerius de Brabantia, qui contendebat animam esse in omnibus unaml; error redivivus apparuit sæculo xvi, cum l'oinponatio et aliis philosophis, et iterum eum Spinoza el pantheistis, ac etiam nostra ætate eum criticis transcendentalibus Germanis, qui nihil præter To Ego agnoscunt ; ac gefteratim cum hodiernis monistis, qui humanam personalitatem inficiant ur.

Concilium Later. V definii simul et immortalitatem et multiplicationem animarum ; quæ duo dogmata sunl omnino connexa, nec enim vera gaudemus immortalitate, si anima sit pro « unctis hominibus una « Verum et immortalis, et pro corporum, quibu, infunditur, multitudine, singulariter multiplicabilis, et multiplicata, et multiplicanda sit2. »

Ratio psychologica potest sic breviter resumi : Experientia et conscientia constat esse distincta el mulla individua humana multasque et distinctas operationes humanas elici. Atqui, nisi sint forma* seu animæ distinctæ et multæ, non erunt individua distincta et multa, quia forma est essendi principium; nec etiam erunt actiones distinctæ; quia, si omnes intelligunl per unum el eumdem intellectum, erit una intellectio, si‹ ul, si plures viderent per unum oculum, esset una visio. Ergo.

Ceterum, ex hac hæresi perverti! ur lota doctrina, morum. nec jam est me it um aut demerit uni proprium, nec reddit Deus *unicuique* secundum propria opera.

X. De fide est non esse in homine nisi *unam* animam

1. Contra illum S. Thomas scripsit opusc. *De unitate intellectus contra Averroistas.* Cf. P. Manuoani i, O. P., *Siger de Brabant et Vaverroïsme.* Frib., 1899.
2. Denzinger, 738.

intellectivam ; est autem doctrina cum dogmate ita conjunctu ut hujus videatur legitima solaque interpretatio, osso in homine unum vitee principium animam scilicet rationalem, a quo corpus quoque et motum et vitam omnem et sensum accipiat (a. 3). — *Trichotomia* est theoria quæ vult esse in homine tria vitæ principia, seu tres animas distinctas, prout docuerant plures philosophi Græci, ac deinde Apcllinaris, qui posuit hominem constare ex tribus, *corpore, anima* et *ralione.* — *Dichoiomia* autem contendit duas saltem esse animas, unam a qua repetitur vita inferior, alteram a qua procedit vita superior et præsertim intellectio. Trichotomia veterum hodie communiter relinquitur; at dichotomiæ nonnulli adhærent, cum Barthez, Buffon, Maine de Biran, Jouffroy, Guenther. Baltzer.

Concilium Constantipolitanum IV, œcumenicum VIII. 869-870 habet : « Veteri et Novo Testamento *unam* animam rationabilem et intellectualem habere hominem docente et omnibus deiloquis Patribus et magistris Ecclesiæ eandem opinionem asseverantibus : in tantam impietatis quidam, malorum inventionibus dantes operam, devenerunt, ut duas eum habere animas impudenter dogmatizare et quibusdam irrationalibus conatibus per sapientiam quæ stulta facta est (7 *Cor.,* i, 20), propriam hæresim confirmare pertentent. Itaque sancta hæc et universalis synodus... talis impietatis inventores et patratoreset hissimilia sentientes magna voce anathematizat1. »

Quæ verba generalissima excludere videntur et tri< hotomiam et dichotomiam, licet non constet omnino de mente concilii ; sed saltem est de fide unam tantum in nobis esse animam rationalem seu intellectivam.

At, quia fides docet *unitatem substaniiæ* in homine et quia nequit unitas illa consistere si plures sint in nobis animte, ideo sententia quæ ponit unam tantum animam ‹ l sola dogmatis legitima interpretatio. Quapropter Pius IX in cpisl ad Bpisc. Wratislaviensem, 30 Aprilis 1860, declarat Sunlejil iam, quæ unum in homine ponit vitæ principium : aniiuain scilicet rationalem, a qua ‹ orpus quoque

1. Can, 1l ; lu nzingeb, 338.

et motum et vitam omnem el sensum accipiat, in Dei Ecclesia esse communissimam atque a doctoribus pluribus et probatissimis quidem maxim, *cum Ecclesiae dogmate ita videri conjunctam, ut hujus sil legitima solaque vera interpretatio nec proinde sine errore in fide possit negari'.* »

Ratio psychologica in his paucis resumitur :

Constat hominem esse unum vivens, et il a unum ut, dum operationes vitæ inferioris fuerint intensae, impediant operationes vitæ superioris, et ista* rursus redundent in partem inferiorem, ut vidimus supra, n. vn. Atqui, si plures essent animæ in eodem homine, homo non esset *unum ;* nam ab eodem principio res habet unitatem a quo vitata et esse. Atqui principium a quo habet vitam est anima. Ergo, nisi sit una anima, non erit homo simpliciter unum. — Pariter, si plures forent animæ, facultates unius remanerent extraneae facultatibus alterius dec posset operatio unius impedire operationes alterius. Ergo non potest esse in homine nisi anima una.

Anima porro intellectiva potest prætare munia animæ sensitivæ vel vegetativæ, quatenus in sua virtute ‹ ontinet quidquid perfectionis in illis habetur, sicut figura pentagona <ontinet tetragonam et numerus senarius binarium[2].

XI. Est doctrina S. Thomæ, quæ veluti *norma tuta* **est proponenda, unam esse in homine formam substantialem, scilicet animam rationalem, per quam habet homo ut sit homo et animal et vivens et corpus et substantia et ens** (a. 4).

Jam vidimus (n. m), quo sensu Petrus Olivi, poneret plures in homine formas ; scol isl ;e generatim admittunt formam corporeitatis ab anima distinctam, ita ut anima rationalis recipiatur,'non in materia prima sed in corpore jam præparato et organizato per formam corporeitatis, quæ persistit ni corpore dum separatur anima per mortem. Alii scholastici cum Suarez admittunt plures formas sed essentialiter subordinatas. Demum, plures recenti ævo, cum Frédault, Tongiorgi, Palmieri, statuunt ani-

1. Denzinger, 1655, not.
2. Quoad caetera, cf. nostr. *Curs. Philos. Thomist.,* t. Ill, II P., q. m ; et L. Jansesns, t. VII, p. 1 12 ss.

mam ml imiahmi esse quidem formam hominis primariam et primi palem, al præter ipsam dari etiam formas substantiales elementorum chimicorum.

bides quæstionem illam non solvit. Concilium Viennense iniendebal definire unionem esse substantialem et animam qua intellectivam uniri corpori essentialiter et per se.

Philosophia autem thomistica infert non posse salvari unionem illam substantialem quam fides tuetur, nisi sit unica tantum forma substantialis. Nam, cum proprium munus formas substantialis sit dare *esse simpliciter,* si præter et ante animam intellectivam est alia forma substantialis, hæc jam largietur esse simpliciter, et anima intellectiva illi adveniet. Sed quiquid advenit post esse simpliciter, accidentaliter advenit. Ergo anima intellectiva, quæ adveniet priori formæ substantiali, accidentaliter adveniet, et ita erit forma accidentalis, ac proinde perimetur unitas substantialis quam prælaudata testimonia ecclesiastica profitentur ac vindicant.

Quapropter, ut salvetur illa unitas compositi humani, sequenda est *luta* via, seu illa sententia quæ est propositio xvi inter viginti quatuor theses, de quibus S. Cong. De Seminariis et Universitatibus, in decreto approbato a Benedicto XV, d. 25 februarii 191 G, dixit : « *Proponantur veluti* TUTZE *normæ direcliva l.* »

1. De eii len milein quæstionibus quæ sunt potius ordinis philosophici, ‹ f. mihi. *Cnrs. Philos. Thomist.,* et L. Janssens, op. cit.

ARTICULUS TERTIUS

DOCTRINA CATHOLICA THEOLOGICA DE POTENTIIS ANIMAE

A *QQ.* 1XXVII ET SEQQ. S. THOMAS

I. Sententia quæ tenet reale vigere discrimen inter animæ essentiam et facultates, non solum fidei congruit, sed et necessaria videtur ad explicandam catholicam doctrinam de ordine supernaturali. — Fides quippe nostra docet ordinem supernaturalem ita supra naturam elevari, ut sit prorsus indebitus, et idcirco ab essentia nostræ animæ realiter discriminari ; ex quo sequitur dari in creatis accidentia realiter distincta a substantiis, imo ordinem supernaturalem creatum consistere totum in accidentibus indebitis[1]. Jam ergo comperimus in creatura rationali, ad ordinem supernaturalem vocata, sive angelica sive humana, essentiam seu substantiam ab accidentibus saltem indebitis prorsus distingui.

Porro accidentia indebita recipi quidem possunt m ipsa essentia, si habeant rationem essentiæ et habitus entitativi, ut est gratia sanctificans, sed debent., si sint habitus operative, recipi in potentiis, quæ, ut illis accidentibus proportionentur, debent quoque in ordine accidentali reponi. Quocirca videtur illa doctrina necessaria ad explicandam catholicam fidem de ordine supernaturali.

Iterum, dogma nostrum est, *intellectum* esse omnino spiritualem et a *sensu* prorsus distingui, sicut et vitam intellectivam a vita sensitiva el vegetativa. Porro, si sensus et intellectus idem sunl cum animæ essentia, sunt idem inter se. Ergo, ut explicatur catholicum dogma de reali discrimine intellectus a sensu, admittenda est realis distinctio inter essentiam et animæ facultates.

1. Cf. *De Deo Uno ei Trino* p. 121-125, et Tract. *De Gratia,* q. i, a. 1.

II **Traditio catholica. —** Quamvis nulla prodierit hac <l. i. uni lient ira declaratio Magisterii Supremi, Patres et I Im l ores hanc doctrinam testantur.

traditio quippe Patrum in his verbis S. Augustini resumitur : « *Non igitur anima,* sed quod excellit in anima *mens* vocatur[1]. » Quasi intenderet potentiam intellectivam, quæ *mens* vocatur, discriminari ab essentia : quod pari jure dici potest de parte inferiori, quæ *sensus* dicitur.

Traditio autem Doctorum resumitur in illis propositionibus S. Cong. Studiorum : Thesis, vu. Creatura spiritualis est in sua essentia omnino simplex. Sed remanet in ea compositio duplex : essentiæ cum esse, et substantiæ cum accidentibus. — Thesis, xvn. Duplicis ordinis facultates^ organicæ et inorganicæ, ex anima humana per naturalem resultantiam emanant : priores, ad quas pertinent *sensus,* in composito subjectantur, posteriores in anima sola. Est igitur intellectus facultas ab organo intrinsece independens. »

In thesi vu statuitur principium inetaphysicum, quod pro omni creatura valet ; in thesi autem xvn, asseritur distinctio tum inter essentiam animæ et facultates, a qua procedunt per *emanationem* seu resultantiam, tum inter facultates organicas, quarum subjectum immediatum est organismus animatus, et spirituales, quæ in sola anima immediate resident.

III Ratio autem et ipsum discrimen probat et modum quo facultates procedant congruenter explicata[2][3]

Quum potentia et actus sint in eodem genere, oportet, ut facultas operativa quæ habet rationem potentiæ sit in eodem genere in quo est operatio, quæ rationem habet actus[8]. Atqui operatio cujuslibet creaturæ est in genere accidentis, quum a substantia non solum discriminetur, sed el separetur. Ergo facultas operativa in creatis est in genere accidentis et idcirco a substantia realiter differt.

1. S. \ri.i sun., *De Trinil.,* lib. XV, c. vu ; *P. L.Txtm,* 1065. — Cf. *De Oriiime animae,* lib. I, c. xlv, el *Confes.,* lib. X. c. xi ; *P. /..,* m.iv, IMI el XXXII, 784 ss.

2. Cf. *Cui·. Philon.,* t. vol. Ill, Tract. Ill, q. ı.

3. *Ibid.,* el vol. V. p. 43; vol. VI, p. 158 ss.

Ab essentia autem procedunt per modum emanationis seu resultantia}, quatenus aci io l ><i creantis attingat simul et essentiam et facultates, line quidem ratione, ut essentia sit *medium* deferens actionem Dei ad facultates, et sic facultates *concreari* dicuntur.

IV. Ad originem idearum quod attinet, Ecclesia, licet non imponat doctrinam aristotelico-thomisticam, illam tamen maxime commendat et e regione plura systemata ideologica tamquam falsa reprobat (qq. 1 x x ix -i xxxvm). — Commendat quidem, proponendo veluti *lutas normas directionsl* theses xvni-xx, quæ problema de origine idearum et de humana cognitione attendunt et solvunt. Cæterum, tota doctrina catholica de unione animæ et corporis eandem doctrinam suadet. Nam, si homo est compositum *essentiale,* ex corpore et, anima constans, causa idearum adæquata erit nec objecta et sensus tantum nec anima sola, sed corpus simul et. anima, et, quia hæc est pars formalis et præstantissima, corpus debet ipsi inservire ad consequendam perfectionem quæ est operatio intellectiva, et idcirco infertur sensus concurrere extrinsece, objective, instrumentaliter, ad idearum a< quisitionem, causam autem principalem et propriam esse virtutem intellectus[2].

Demum, Ecclesia indirecte doctrinam nostram de idearum origine commendat, dum plui a opposita systemata reprobat.

1° *Agnosiicismum, posilioismum,* el systemata connexa, quæ contendunt cognitionem nostram intra ordinem sensibilem ita concludi, ut nequeat ad res spirituales et ipsum Deum se porrigere[3].

2° *Immanentismum,* quatenus vult unicam nostræ cognitionis viam, ac præsertim de rebus divinis, esse experientiam intimam aut sensum religiosum[4].

3° *Crilicismam* transcendent idem, quatenus asserit nihil extra mentem existera, vd rationem humanam ad mera

1. Cf. *Aci. Aposl. Sedis,* vm, 157.
2. Cf. *Cnrs. Philos. Thomist.,* Vol. IV, Tract. I, q. xi.
3. Cf. Encyclic. *Pascendi;* l)i;n z in <;i R, 2072 ss.
4. *Ibid.,* 2074.

ρIι.ΐ'Ιΐοηκηιι n Iriiigi, insolubilibusque subjici antinomiis, præscrl mi respectu Dei; nam Ecclesia profitetur posse r.il imicin argumentis a posteriori, per ea quæ facta sunt, i ,· spirituales et Deum ipsum, certo cognoscere, imo et e.jus e.xistentiam demonstrare1.

1° *Onlologismum,* qui contendit immediatam Dei cognitionem esse nobis essentialem, et illud quod in omnibus et sine quo nihil intc.lligimus esse ipsum esse divinum2.

5° *Tradilionalismum,* qui dicit cognitionem nostram a revelatione ita dependere, ul ratio ex sese nequeat verit ates spirituales, religiosas et morales, ut est Dei exisstentia, animæ spiritualités et libertas, cognoscere et demonstrare3.

G° *Hosminianismum,* qui asserit in ordine rerum creatarum immediate manifestari humano intellectui aliquid divini in seipso, etc...4.

V. De voluntate autem humana, Ecclesia profitetur ipsam vera libertate gaudere : quæ libertas tum Scriptura tum ratione probari potest (q. 1 x x x iii). — Ecclesia liberum arbitrium semper vindicavit, tum contra « nocentissimos liberi arbitrii defensores5», (pii prave illud explicabant ; tum contra illos qui <ontendebant illud fuisse ablatum per protoparentis culpam8,9 tum contra praes destinal istas, qui blasphemando dicebant homines quosdam prædestinari ad malum' ; tum et præsertim contra protestantes, definiendo, liberum arbitrium minime extinctum esse, viribus licet attenuatum et inclinatum8 ; sed a Deo motum et excitatum cooperari, assentiendo Deo excitanti atque vocanti, imo dissentire posse, si velit® ;

1. Cf. jusjurandum a Pio X præscriptum, *Act. Aposl. Sedis,* 1910, p. 669 ss.
Decret. S. Officii 18 sept. 18G1 ; Denzinger, 1659 ss.
:i. 1.1 Theses a Bautain subscript. 8 sepi. 1840; Denzinger, i\·.· ' el el nui. Cone. Vatican., De *fide et ratione.*
I Dceiel -, Officii, 14 dec. 1887; DEnzinger, 1591 ss.
I> 1l n *iuelrstinux I,* ad Episc. Gall., 431 ; Denzinger, 129 ss.
t>. i.iiiii Anius. II, a. 529, Can. 1 et ss.; Denzinger, 174 ss.
7. Cone Valent 111, n. 855 ; Denzinger, 32.
8. Concit. Trld . Sess. VI, cap. i.
9. *Ibid.,* cun. I li

tum contra Janscnisl as, iimut w m Io remanere in nobis, etiain in statu natura· lapsu·, liberiatem non solum a coactione, sed et a neecssilide

Igitur de fide est. hominem etiam lapsum vera libertate, tum a coactione, tum a necessilale gaudere, ei posse Deo excitanti et moventi cooperari vel resistere.

Denique Leo XIII in encydica *l.ilicrlas* dogma illud optime exponit, illustrai ac vindieal'.

Docet Ecclesia hanc plenam libertatem ex Seiipl.uris probari ; nam damnat hanc propositionem Baii : « Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub nomine libertatis *non reperilur in Scripturis,* sed solum nomen libertatis a peccato3. »

Libertas, e contra, ubique in paginis sacri eloquii asseritur. « Deus *ab initio* constituit hominem et *reliquit* in manu consilii sui4. » — « Quæ verba quam eloquenter liberum arbitrium ejusque processum describant, nemo attente legens non videt. Demonstrant insuper tam insitum esse liberum arbitrium, ut etiam sub potenti motione divina liberum arbitrium relinquatur sibi, quia non potest nec a Deo moveri nisi secundum inditam sibi ab ipso Deo virtutem... In Scripturis universis, ex mandatis, ex minis, ex mercedibus promissis, ex improperiis, ex poenis inflictis, quavis veluti pagina apparet de singulis hominibus bonis valere verba : « Qui potuit transgredi et non est trangressus, facere mala et non fecit » ; sicuti ex opposito quivis peccator potuit non transgredi el esi. transgressus, facere bonum et non fecit. Nec alilcr loquitur Christus. Sane imperante, gestu Apostolos vo< al : « Venite, posl me ! » ita tamen ut huic voci pareant liberevolc.nt.es. Inde aha; illæ locutiones Jesu : « Si quis vuH posl me venire » ; « si vis perfectus esse6 ».

Demum Ecclesia tend libei talem hominis posse per rationem demonstrari, el hinc proposuit hanc thesim

9. Cf. prop. 3 damn, in .Innseiihi ali Innoc. X, 31 maii 1653, et prop. I damnat, a S. Olllcio 1690; Denzinger, 1291.
2. Die 20 Junii 1888, *Actu Sancta· Sedis,* xx, 612 ss.
3. Prop. 40; Denzinger, 1040
4. *Eccli.,* xv, 14.
5. L. Janssens, t. VII, p. 386-387.

Atigusl·· Bonelly subscribendam : « Ratiocinatio Dei exisl etil ium, animæ spiritualitatem, *hominis libertatem cum crrliludine probare potestl.* »

VI. Argumenta porro quibus ratio probat libertatem sunt triplicis generis.

Primum quidem desumitur ex testimonis sensus communis, vi cujus fuerunt apud omnes populos consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia et pœnæ. Sed hæc et omnia libertatem important, alioquin frustra essent.

Alterum ex testimonio conscientiæ, ex qua procedit ut homo mirabilia tentet atque operetur, quin hujusmodi spes fallatur. Si autem non fallitur spes, vera est radix, veraque potentia liberi arbitrii.

Tertium ex ipsa natura substantiæ rationalis. Quicumque habet judicium de agendis non determinatum ad unum, habet liberum arbitrium, quia praecise ex indifferentia judicii repetitur indifferentia electionis. Sed in homine judicium de agendis non est determinatum ad unum ; nam eo ipso quod sit rationalis, potest apprehendere rationem boni universalis, necessario appetendi, et rationem bonorum particularium, quæ non habent necessariam connexionem cum fine ultimo et idcirco possunt indifferenter acceptari vel respui ; ac proinde, sicut intellectus se habet indifferenter ad media quæ non sunt necessario cum fine connexa.

Quocirca universalitas, seu spiritualitas, naturæ rationalis in essendo causât universalitatem et indifferentiam in judicando ; universalitas in judicando causât immediate universalitatem et indifferentiam voluntatis in appetendo, in qua formaliter reponitur libertas[2].

Imo tota oeconomia Christiana libertatem ostendit. Libertatis *corona* est *meritum,* cui respondet *præmium* aeternum...

1, l >i'iid S r.ong. ludicis, 11 Junii, 1855; Denzinger, 1650.

2. <i /.n;·. *Philos. Thomisl.,* vol. IV, Tract. II, et Cl. Janssens, op. cil. Comment in q. lxxxii S. Thomae. Consuli etiam potest opus nostrum */ .:.» viiifil-qualre thèses thomistes.*

QUÆSTIO SECUNDA

De Hominis Productione et Elevatione

Doctor Angelicus mulla cura multaque diligentia, ut solet, exponit quæ spectant productionem hominis, tum quoad animam tum quoad corpus, qq. xv-xciv, ac ejus elevationem per gratiam ac dotes et dona quæ statum illum comitantur, q. xic-cn. Quum autem littera S. Thomæ sit obvia, opus non est ut illam evolvamus, sufficitque pro scopo quem in hoc. opere intendimus resumere præcipua capita doctrinæ catholic® de prima hominis productione et elevatione.

ARTICULUS PRIMUS

DOCTRINA CATHOLICA ET THEOLOGICA DE HOMINIS PRODUCTIONE

AD Q. XC ET SEQQ. S. THOMAS

I. Sententiæ de origine animarum (a. 9). — Ad tres classes reducuntur : 1° *einanalisrnum,* quatenus anima esset *de* Deo, aut per divisionem substanti® divinæ, veluti portio illius vel particula lucis materia! alligata, ut posuerunt Manichæi ; aut per informationem, quatenus Deus esset corpus et anima esset de natura illius corporis, ut veteres materialist® fingebant, aul Deus esset anima mundi et anima esset pars illius anima) totalis sicut homo est pars potius mundi, ut dixerunt Varro et monistæ. 2° *Traducianismam* qui duplicem induil formam. Traducianismus corporeus tenet animam traduci per virtutem seminis corporalis, ut posuit Tertullianus, existimando animam esse.

subsl h il in ni *corpoream, effigiatam*1, et idcirco ex semine coporco musci, sicut et corpus2. Traducianismus spiritualis exisl imal animam filiorum ab anima parentum progigni sive per aliquod semen spirituale, sive per virtutem quamdam in semine latentem, sive alio modo nobis ignoto ; quæ sententia plures Patres ancipites tenuit, imo et S. Augustinum, quæque sæculo xix defensorem habuit Ubaghs ; sive iterum quia parentes virtutem quamdam creativam ad producendam animam filiorum receperint, ut contendit Frohschammer ; sive quia parentes generent animam sensitivam, quæ postea fit intellectiva, prout somniavit Rosmini. 3° *Creationismum,* qui statuit animas creari a Deo solo immediate, non quidem omnes simul ab initio, sed tunc singulas creari, dum exporibus infunduntur.

IL De fide est animam humanam non esse emanationem divinæ substantiæ.

Documenta ecclesiastica sunt : 1° Antiqua formula « Libellus in modum symboli : « Si quis dixerit vel crediderit animam humanam Dei *portionem vel Dei esse substantiam.* A. S.3. » — 2° Canon quintus concilii Bracariensis n, 561, contra Prisci lli anisias : « Si quis animas humanas vel angelos ex Dei credit substantia exstitisse, sicut Manichaeus et Priscillianus dixerunt, A. S.4. »3° Canon concilii Vaticani : « Si quis dixerit res finitas tum corporeas tum spirituales aut saltem spirituales e divina substantia *emanasse,* A. S.5. »

Ratio est manifesta : si anima est portio divinæ substantia, jam dividitur Deus nec est simplex et spiritualis ; si confunditur cum Deo, jam inducitur monismus ac pantheismus et negatur personalitas Dei veri et gloriosi, cui laus in sæcula.

I. I'I.ıtıtıi i.. *De Anima',* χχπ ; *P. L.,* n, 686.

ConfiiHir substantiæ ambæ jam in uno *semina* quoque sini mi .ciicriinl... ul nunc duo, licet diversa, etiam *unita* pariter l'illtmnl » *Ibid,,* coi. 696.

3. Iıı'.v /.ıv o κ ıı, 31.

4. *hiem.,* V3b.

5. *Idem,* 1804.

III. « Hœrelicum cat dicoro quod anima intellectiva traducatur cum semino. (q ‹ χvιιι, a. *2).* — Quod enim fit ex semine ‹ orporco pendcl η corpore. in fieri et in esse, quia *unum quodque habel fieri sieul el esse.* Sed quod pendet a corpore in esse el in fieri non csl spirituale, nec idcirco immortale. « Ponere ergo animam iniclle.cl ivam a generante causari, nihil est aliud quam ponere eam non subsistentem, et per consequens corrumpi eam cum corpore. » *(Ibid).* Igitur traduci anismus corporeus adversatur animæ nostræ spiritualitati et immortalitati, quæ sunt de fide, ut ostendimus q.'præced., art. 1.

IV. Doctrinam quoque catholicam lædit traducianismus spiritualis, seu generationismus, quacumque forma proponatur. — Ratio est quia inde etiam evertitur simplicitas et spiritualitas animæ intellectivæ. Substantia enim quæ generatur ex aliquo semine etiam spirituali fit ex aliquo præsupposito ac mutatur, ac proinde habet partes essentiales et est composita, atque evolvitur : quæ omnia et spiritualitati et simplicitati adversantur.

In sententia quoque Rosminii fit mutatio substantialis realis in anima, et, idcirco evertitur spiritualitas : siquidem transitus de esse sensitivo ad ordinem intellectualem est substantialis mutatio. Si autem dicatur cum Frochschammer parentes creare animas filiorum virtute a Deo communicata, est gratuitum assertum, quum ubique in Traditione creatio soli Deo adscribatur.

Nec cæterum videtur possibile instrument um in creatione, quæ est ex nihilo, dum omne instrumentum agit ex aliquo præsupposito, ut supra ostensum est (ubi de creatione).

Documenta autem ecclesiastica, .quæ huc referuntur, sunt : 1° Decretum S. C. Indicis. ‹l. 5 Martii 1857, quo damnatur liber Frohschammer : *Defensio generationismi ;* 2° decretum S. Officii d. 11 dec. 1887, quo damnatur hæc Rosminii propositio : « Non repugnat ut anima humana generatione multiplicetur, ita ut concipiatur eam ab imperfecto, nempe a gradu sensitivo, ad perfectum, nempe ad gradum intellectivum, procedere. »

Vigesima prima : « Cum sensitivo principio intuibile iit

essi,· ho» solo Ini tu, hac sui unione, principium illud antea solum Htuil.icus, ad meliorem statum evehitur, naturam mutat, ac lit intc.lligens, subsistens atque immortale[1]. »

V. De mente sanctorum Patrum. — Dum accuratior HI notio spirituali tatis apud Patres, traducianismus rejicitur. Jam strenue doctrinam catholicam vindicat Lactantius : « Ex quo apparet, non a parentibus dari animas, sed ab uno eodemque, Deo patre, qui legem rationemque nascendi tenet solus, siquidem solus efficit[2]. » — Concinit S. Ambrosius : « Ex nullo homine generantur animæ[3]. » Et S. Hieronymus : « Sat ridendi sunt qui putant animas ex corporibus seri, et non a Deo, sed a corporum parentibus generari[4]. »

S. Augustinus hærebat anceps, quia generationismus videbatur ipsi aptior modus ad explicandam traductionem originalis peccati a parentibus in filios ; attamen fatetur se paratum ad amplectendam doctrinam creationismi, dum modo originalis peccati dogma, quod ipse acerrime vindicat, salvetur : « Unde illa de animarum novarum creatione sententia,.si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea ; si oppugnat, non sit tua[5][7] »

Post Augustinum, sententia illa de creatione animarum paulatim diffunditur, illamque vindicat Gennadius[5] ; a‹· deinceps ita communis evadit, ut sit doctrina proprie catholica, prout nunc explicandum est.

VI. Est doctrina vere catholica animam humanam a solo Deo immediate creari (aa. 2 et 3).

Scriptura actionem Dei sufficienter innuit, dum dicit : « *Spiravit* in faciem ejus spiraculum vitæ et factus est homo in *animam* viventem'. » Exhibetur anima ut infusa a Deo

1. Diinzingeu, 1911, 1912.
2. Lactant., *De Opificio Dei,* c. lxxix ; *P. L.,* vi, 73.
3. S Λμ imos., *De Noe et Arca,* c. iv, n. 9 ; P. *L.,* xiv, 385.
4. S. llir.noN., *In Eccles.,* c. xn, *P. L.*
5. *Episi uti IHeron.,* c. vni, n. 25 ; *P. L.,* xxxm, 731.
ii. Cf. Gi NN so , *De Ecclesiast. dogmat.,* xi, xx; *P. L.,* 1 viii, 984-985.
7. *Genes.,* n, 7.

ipso, el ila quidem til sil. homo *ad imaginem el similitudinem* Deil. Ex quo inferri potest et animam esse spiritualem et produci, mm ex aliquo præsupposito, sed ex nihilo per actionem Doi crenliviun. Alibi S. Scriptura originem animæ opponit origini corporis, quatenus corpus sit ex pulvere et anima *detur* a solo Deo : « Et revertatur pulvis in terram unde erat, et spiritus redcal ad *Deum, qui dedit illum** ». Asseritur ergo Deus proprius a<· solus auctor seu creator animæ.

Quæ fides erat in populo israelitico ita recepta, ut, mater Machabaeorum aperte dicat : « Neque enim ego spiritum et animam donavi vobis3. »

In Ecclesia vero catholica, illa doctrina in formulis sat antiquis jam exprimitur. « Libellus in modum fidei » habet : Animam autem hominis non divinam substantiam, vel Dei partem, sed creaturam dicimus *divina voluntate creatam**. » Duo hic asseruntur, et animam esse creaturam et ab ipso Deo, seu *divina voluntate, creatam,* quod excludit generationem ex aliquo præsupposito, vel productionem a parentibus. S. Anastasius Papa II, in epistola ad Episscopos Galliæ, 498, damnat sententiam juxta quam parentes « ut ex materiali fæce tradunt corpora, ita etiam vitalis animæ spiritum tribuunt5. » — Leo IX in symbolo fidei dicit : « Animam non esse partem Dei, *sed ex nihilo creatam,* et absque baptismate originali peccato obnoxiam, *credo* et prædico6. »

Tria igitur simul creduntur, et animam non esse subsstantiam Dei, et ex *nihilo creari,* el esse peccato originali obnoxiam. » — Benedictus XII damnat errorem Armenorum « quod *anima humana* lilii propagatur ab anima patris sicut corpus a corpore, et angelus etiam unus ab alio7. » — Demum, ut vidimus, S. Gong. Indicis damnavit opus Frohschammer, 1857, et S. Oilicium sententiam Rosmini, 1887.

1. *Genes.,* i, 26-28.
2. *Eccl.,* xu, 7..
3. *II Machab.,* vu, 22.
4. Denzinger, 20.
5. *Idem,* 170.
6. *Idem.,* 348.
7. *Idem,* 533.

Haque illinium creari a Deo est saltem doctrina catholica, cui absque peccato contradicere non possit ; imo, si sl.ricl,· uniantur verba symboli Leonis IX, dici poterit dc fide, quia credi debet sicut et doctrina de peccato originali.

Quoad alleram partem, scilicet creari a solo Deo immediate, quatenus non fiat per demiurgos, ut posuerunt Gnostici et Manichæi, est de fide contra præfatos hærcticos, quia Ecclesia in suis symbolis non nisi Deum agnoscit ut creatorem. Hinc, apposite S. Thomas a. 2 : « Quidam posuerunt, quod angeli, secundum qua operantur in virtute Dei, causant animas rationales. *Sed hoc esi omnino impossibile* ET A FIDE ALIENUM. »

De sensu autem quem intendebat Froschammer, nihil proprie definivit Ecclesia, sed illa theoria ex iisdem documentis remanet reprobata.

Ratio theologica est demonstrativa. Quum fieri sit via ad esse, unumquodque habet fieri sicut et esse. Atqui anima humana est per se, quum constet jam ipsam esse formam subsistentem seu spiritualem. Ergo fit per se. Sed quod fit per se vel generatur vel ex nihilo creatur. Porro anima non potest generari, quia sic fieret ex aliquo in cujus potentia contineretur et a quo dependeret jamque desinere! esse spiritualis. Ergo creatur ex nihilo. Sed creari esi Dei solius immediate, quia virtus creative nequit creatura? communicari, neque ut <ausæ principali, neque nt instrumento, ut ostendimus supra. Ergo anima a solo Deo creatur immediate.

— Nec dicatur Deum cooperari peccato parentum n fornicatione : « Deus solum concurrit actioni physicæ et physiologica; generationis, quæ secundum se bona est, quamvis generantes illa forte abutantur. Exequitur Creator legem naturalem a se constitutem quæ vult ut posito embryoni a parentibus ipse infundat animam rationalem ; abusus nutem el peccatum in solam generantium volonl.alum refunditur'. »

I. *Cues. Philos. Thomisl.,* m, 123. — De origine animarum sicut el ile urigine corporis consuli poterit erudita dissertatio, L. Janssens, Coninioiil. in h. l. Summ. Theol.

VII. De tempore autom quo anima producitur, certum est ipsam non exstitisse ante corpus, sed tunc a Deo creari, quando corpori infunditur (n, I) - Imprimis hæretica est fabula, qua·, viguit apud l'ltd unicos, Pythagoricos, Neo-Platonicos et Origenislas, animas fuisse mentes coelestes ab initio creatas ac post modum propter scelera demissas esse in corpora, supplicii causa. Vigilius Papa, 543, anathemate plectit, «piicuimpie dicit aut sentit, hoc modo præexistere hominum animas1.

Njec etiam sustineri potest sententia Leibnitzii, animas fuisse ab initio creatas et inclusas ‹ orpusculis quibusdam organicis, quæ, dum decursu temporis evolvuntur, animæ fiunt, et ita constituuntur homines2.

Scriptura indicat animam a Deo inspirari, seu creari, quando in corpus immittitur, ita ut simul anima fiat dum fit. homo in animam viventem : « Spiravit in faciem ejus spiraculum vitæ *el /aclus est homo in animam viventem34*»

Traditio autem catholica in hoc effato S. Bernardi resumitur : « *Sed creando immittitur, el immilendo creatur**. »

Huic, concinit concilium Later V. : « *Pro corporum quibus in/undilur multitudine* singulariter multiplicabilis et multiplicata et multiplicanda sit56 » — Licet concilium non intendat hoc punctum definire, conjungit multiplicationem seu productionem animarum cum infusione in corporibus, quasi diceretur : tunc multiplicatur seu creatur ipsa anima, quum in corpore infunditur.

Convincit ratio S. Thomæ. Licet anima humana possit existere post corpus, non tamen debel creari *ante* corpus. Nam Deus non debet inchoare opus suum ab iis quæ sunt præter naturam. Atqui, cum anima sit essentialiter forma corporis, est naturale anima· esse in corpore et præternaturale esse extra corpus5. Ergo non debuit Deus animam ante corpus condere.

1. Denzinger, 203.
2. Leibniz, *Essai de Théodicée,* I I'., η. 91.
3. *Genes.,* π, 7.
4. S. Bernard, Serin. II *I*I Nuliv. Domini,* n. 60; *P. L.,* c l x x x ii, 122.
5. Denzinfer, 738.
6. Cf. *Curs. Philos. Thomisl.,* in, 148 ss.; iv, 141.

VIII Do momento tandem quo anima infunditur libere disputatur. Duplex est sententia : nempe S. Thomæ ‹l Imhi: l i‹-orum, in principio quidem fœtum animari anima inferiori, et postea infundi animam rationalem, quando Itet us est meliori organismo donatus ; et recentiorum, quæ magis communis semper evadit, animam rationalem ab inii io infundi jam embryoni, quia reapse vivit embryo el quia convenit ut anima ab initio informet et aliquatenus elïormct corpus suum. Thesis autem XV inter XXIV a S. Congregatione Studiorum approbatas ab hac disputatione abstrahit et statuit : « Contra, per se subsistit anima humana, quæ, *quum subjecto sufficienter disposito potest infundi, a Deo creatur.* »

IX. Est doctrina omnino tenenda, corpus protoparentum fuisse a Deo immediate formatum (q. xcx).

Ecclesia nihil hac de re proprie definivit ; attamen recolendum est Romanas Congregationes mandasse ut de medio tollerentur opera Leroy et Zahm, qui ut probabilem defendebant opinionem de productione corporis humani e corpore simii, et pariter Commissionem Pontificiam de re biblica, ad dubium : utrum varia systemata exegetica, quæ ad excludendum sensum litteralem historicum trium priorum capitum libri Geneseos excogitata et sciéntiæ fuco propugnata sunt, solido fundamento fulciantur ? » respondit de 30 Junii 1909 : « Negative. »

Si autem sensus litteralis attenditur, Deo ipsi adscribitur productio corporis ex limo terræ sicut et creatio animæ per infusionem : « Formavit igitur Dominus Deus hominem de *limo terræ,* et inspiravit in faciem ejus in spiraculum vitæ et factus est homo in animam viventem[1]. » Exhibetur itaque Deus conditor totius hominis viventis, quia et corpus de limo terrae et animam per infusionem producit. Quapropter scribit Palmieri : « Nolumus simpliciter affirmare quod cx sola inspecta narratione Moysis fiat evidenter manifesta falsilas hujus opinionis; negari tamen nequit hum esse ejusdem obvium sensum, qui, nisi aliqua prudens ratio obstet sequendus est[2]. » Confirmatur interpretatio

1. *(ienes.,* ii, **7.**
2. Pa i.mil'.iii, *l* ›‹ *1C" inante,* Thés. XXV.

ilia obvia ex texl.u simpc citato Eccl. : « Revertatur pulvis *in terram unde erat,* et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illuml. » Idem igitur esi immediatus auctor corporis et animæ et terminus *a quo* Deus cducil corpus est idem ac terminus *ad quem* revertitur, *puteis, terra.*

Nedum sit ratio recedendi a sensu obvio, imo potius ostendit philosophia non posse corpus bclluinum informari ab anima humana, quæ est alterius prorsus ordinis, nisi per actionem Dei specialissimam immutetur el aptetur. De illo porro interventu divino Scriptura, Traditio, scientiæ phÿsicæ omnino silent. Valet igitur ratio S. Thomæ corpus vivens produci vel ex aliquo simili, scilicet a genitoribus in specie similibus, vel ab auctore naturæ, Deo. In prima autem origine non erant parentes similes in specie. Nec poterant angeli corpus efformare. Nam, quum angeli non agant, nisi educendo ex potentia subjecti et applicando activa passivis, non possunt humanum corpus producere nisi utendo humano semine ; quod nullum erat ante primi hominis creationem. Restat ergo ut corpus humanum sit immediate a Deo productum (a. 2). Nec etiam est ratio recedendi a sensu litterali Scripturæ quoad productionem mulieris ex viro et ex costa viri (q.xcn). Imo potius congruebat ut fieret mulier ex viro : 1° ut vir esset principium totius suæ speciei, sicut Deus est principium totius universi ; 2° ut homo magis diligeret uxorem ; 3°propter domesticam societatem, in qua sunt aliqua opera viri et fœminæ ; 4° propter rationem sacramenti, nam sicut mulier est a viro, ita Ecclesia prodivit ex Christo (a. 2).

Quia autem mulier non debet dominari in virum, non est formata de capite, et, quia non est viri serva, non est formata de pedibus, sed, quia est socia, ideo educta est de costa seu latere. Ac demum « propter sacramentum ; quia de latere Christi dormientis in cruce linxerunt sacramenta, id est sanguis et aqua, quibus est Ecclesia constituta (a. 3).» Debuit autem mulier ab ipso Deo immediate formari, quia creatura, etiam angelica, nequii, creaturam producere nisi adhibito medio naturali, scilicet educendo ex semine, seu

1. *Eccle.,* xii, 7.

de poleiilm uni urali. Solus Deus, qui est naturæ institutor, pol···.! prieler naturæ ordinem res in esse producere (a. 4).

\ Est doctrina catholica genus humanum ex uno protoparente Adamo ortum habuisse. — Dogma illud sic breviter resumit, exponit et probat Van Noort : «Communis origo omnium hominum ab uno progenitore Adam defendenda est contra *polygenislas,* præadamitas et eo adamitas. Sæculo xvii medicus quidam Burdigalensis, Isaac de la Peyrère, docebat *Genes.,* i, 27, narrari creationem maris et fœminæ, ex quibus orti essent gentiles (qui tamen in diluvio omnes interiissent) ; *Genes.,* n, 7 seq. vero referri creationem Adæ et Evæ.ex quibus propagati essent Judaei. Inde a fine sæc. xvin multi increduli plurcs familias originarias ponunt, asserendo, homine^ aut nimis inter se differre, aut, attenta generis humani antiquitate, nimis multos esse, quam ut ab uno protoparente oriri quiverint. Hos coadamitas vocare possumus.— Propositio, licet nunquam ex professo definita, de *fide* est ex universali Ecclesiæ prædicatione1.

Probatur. 1° Ea S. Scriptura. Hæc aperte ostendit initio nullos fuisse homines præter Adam et Evam : « Homo non erat qui operaretur terrain... formavit igitur Dominus Deus hominem... Non est bonum hominem esse scium faciamus ei adjutorium simile subi... Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem2. » Quæ ut vera sint, omnino necesse est narrationem *Gen.,* i, 27, 29 de iisdem Adam et Eva, non de aliis intelligere. Deinde ex professo docemur omnes homines *ab uno* aliquo, qui primus et solus creatus sit, ortum ducere. « Hæc (sapientia) eum qui piimus formatus est a Deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus3... » » Fecitque (Deus) ex uno omne genus heminum inhabitare super

1. I'm conc. Vatie, præparatus erat canon : « Si quis universum, genu luinianiiiii ab uno protoparente Adam ortum esse negaverit, A s ipuntnvis non potuerit res in concilio tractari, ipsa præ-ɬɳ i ı Iıı IIo canonis est *tesliinonium* invictum communis fidei in E&c Io h Iii.

2. *(ienex.,* n, 5-7, 18-23.

3. *Sap.,* x, IU.

universam faciem terra'[1]. Unum illum Adamum esse nemo dubitat.

2° Ex Traditione, v. g. S. Augustino : « In ipso exordio Adam et Eva parentes omnium gentium erant, non tantum modo Judaeorum'[2]. »

3° Ex ratione theologica. Postea ostendemus omnes homines nasci infectos culpa originali, quam generatione ex Adam contrahunt. Hæc autem doctrina, quæ fundamentalis est, communem omnium orium ex Adam supponit[3]. »

XI. Difficultates fieri solitæ nihil evincunt.

1° Antiquitas generis Immani non obstat ; nam spatium annorum qui ab Adamo effluxerunt sufficiens prorsus est ut species humana fuerit in varietates et species diversificata.

2° Difficultates ex colore, statura, angulo faciali, non cogunt. Differentia coloris est mere *accidentalis* et repetitur ex *pigmento,* nempe liquido quod cellula; elaborant quodque in quibusdam hominum stirpibus, propter majorem solis influxum, intensius fit et cuti colorem tribuit. Pariter, sicut plantæ et animalia ejusdem speciei subeunt, propter locorum et externarum circumstantiarum mutationem, plures accidentales differentias, ita possunt homines, propter mutata externa adjuncta, plures in sua organica constitutione modificationes suscipere, quin species immutetur.

Demum differentia çx angulo faciali est levis et repetitur ex diversa capitis e.t Ironiis conformatione, quæ ex prædietis adjunctis diversis producitur.

3° Nec etiam valet lilliculias ex eo desumpta, quod non possit explicari qua ratione America et insulæ 0<eaniæ incolas suos acceperint.

« *Besp.* Homines non ita diflii idler ex Asia in Americani pervenire potuerunt trajiciendo fretum sat angustum

1. *Aci.,* xvii, 26.
2. S. Augustin., *Tract. IX in Joan.,* 10; *P. L.,* xxxv 1463.
3. Van Noort, *De Deo Creatore,* p. 122-123.

Behring airual, mit. transeundo per insulas Atlanticas, quæ Anici i· uni et Asiam fere conjungunt. Revera structuræ , (ıı·|ıᴗ›ı .ıl ıη, morum ac traditionum communitas originem Proliant. Insulæ autem Oceaniæ ex Malacca per insulas archipelagi Malaicæ incolas suos accipere potuerunt et accepisse videntur. Ceterum difficultates istæ geographic» vix adhuc moventurl. ».

l *hiem,* op. cit., p. 125. — Consuli possunt : De quatrefages, *I.'espr.ee humaine:* Verneau, *Les Races humaines;* Vigouroux, *Les Llurcs saints el la critique rationaliste,* vol. III, c. v; Guibert, *Les Origines, unité de. l'espèce humaine,* V.

ARTICULUS SECUNDUS

DE HOMINIS EI.EVATIONE

AD ρ. XCV 8. THOM/E

I. De fide est hominem non fuisse relictum in statu naturæ puree, sed elevatum ad ordinem supernaturalem. — Ex tota serie narrationis genesiacæ[1], colligitur Adamum fuisse speciali Dei *amicitia* donatum, positumque in paradiso voluptatis tantaque scientia instructum, ut posset animalibus nomem proprium imponere[2],[3] a concupiscentia immunem, siquidem « erat uterque nudus, Adam scilicet et uxor ejus, et non erubescebant[8] » ; immunem a morte, quam solum ut pœnam peccati Deus minatur ante lapsum et post lapsum imponit[4],[5]

Quæ omnia sunt ordinis gratuiti et supernaturalis...

Hæc igitur dona videntur in his consistere : 1° familiaritate et *amicitia* Dei, quæ idcirco importat *gratiam* sanctificantem; 2° cliaritate et virtutibus quæ ad illam amicitiam spectant et gratiam sanctificantem comitantur ; 3° scientia quæ ab initio exhibetur ut eximia et perfecta ; 4° immunitate a dolore, quia dicitur homo in *paradiso voluptatis;* 5° in immunitate a concupiscentia et 6° immunitate a morte, ut mox vidimus.

Concilia Scripturam interpretantur et docent hominem fuisse in sanctitate et justitia *constitutum**.

Igitur de fide est fuisse hominem *elevatum* ad ordinem supernaturalem, licet non sit de fide elevatum esse *in primo instanti**.

1. *Genes.,* n, 3.
2. « Omne enim quod vocavit Adam animæ viventis est nomen ejus. » *{Genes.,* n, 19).
3. *Ibid.,* 25.
4. n, 17, m, 19.
5. Cone. Trid., Sess. V, can. 5.
6. Ouæstionem illam versamus hi tractatu *de Gratia,* q. 1, art. 3.

II Statui illo merito dicitur rectitudinis et integritatis.

Termiiiologia hæc fundatur in scriptura : « Inveni quod feccril Ileus hominem *reclumd* »; et conciliis : « Natura humana, etiam si in illa *integritate, in qua est condita,* permaneret[1]. »

Habetur *rectitudo* et *integritas,* quando omnia in debito ordine consistunt, inferioraque hominis subduntur superioribus, et ipsa superiora subduntur Deo. Porro in illo statu, qualem ex Scriptura jam descripsimus, pars hominis superior, propter amicitiam cum Deo, ipsi Deo subdebatur, et pars inferior subdebatur superiori, siquidem corpus ita obediebat animæ ut mors removeretur, et appetitus ita rationi subjacebat ut excluderetur inordinata concupiscientia. Ergo fuit vere status rectitudinis et integritatis.

Integritas autem opponitur solutioni partium et idcirco debet excludere *errorem,* qui est malum intellectus, ita quidem, ut primus homo decipi non potuerit ; *concupiscentiam* inordinatam, quæ est malum virium inferiorum ; ac *dolorem el mortem,* quæ sunt malum corporis.

III. **Inter hæc dona quædam sunt supernaturalia quoad essentiam, quædam vero supernaturalia quoad modum tantum**[3]. — Supernaturalis quoad essentiam erat illa ajuicitia cum Deo, importans *gratiam sanctificantem,* quæ est pari icipatio naturæ divinæ, et *virtutes theologicas,* quæ sunt participatio vitæ et operationis Dei propriæ, supernaturalia vero erant *quoad modum* quo fuerunt collata cetera dona, scilicet immunitas a concupiscentia, a dolore, et a morte ; licet enim hæc omnia haberent causam efficientem supernaturalem, et ad finem supernaturalem ordinarentur, in se tamen inspecta remanent ordinis naturalis.

IV. Licet autem potuisset separari præfata integritas a gratia sanctificante/reapse tamen fuit ipsi annexa ;"ita ut gratia sanctificans sit radix et ratio primaria omnium

1. *Ecole,,* vu, 30.
2. Coni'. Anuric., n, can. 19; Denzibgeh, 192.
4. De illa notione supernaturalis, cf. infra ***De Gratta,*** q. i, art. 1.

donorum quæ veniunt nomino *iuslili originalisæl.* — Quum enim illa integritas sit lanium supernaturalis quoad modum, posset haberi absolule vel integritas sine gratia sanctificante, el Ium· essel alnlus *natura· inlegræ lanium,* vel gratia sanctificans sim· integritate, el sic esset status *naluræ simpliciter elevalie.*

v/ At ile facto Deus hæc omnia conjunxit. Nam ex *Genesi* comperimus hominem fuisse ab initio donatum *amicitia* Dei, quæ importat charitatem et gratiam sanctificantem ut ejus radicem, et ex *Eccle.* novimus hominem fuisse *rectum* ab initio[2].

Quæ rectitudo in Scripturis audit sanctitatem et justitiam qua homo est Deo gratus et acceptus ; et idcirco docet concilium Tridentinum, ut modo audivimus, hominem fuisse in *sanctitate* et *justitia* constitutum.

Unde ex Scriptura et Conc iliis hæc statui potest subordinatio et harmonia : quia pars animæ superior est per gratiam gratum facientem Deo perfec te subdita, rationi subduntur vires inferiores, et corpus animæ ; ac proinde radix seu causa prima omnium donorum est gratia sanctificans.

Quocirca *justitia originalis* multa complectitur, et est quid complexum ; at, si consideratur in sua *perfectione primaria,* est habitus simplex, nempe gratia sanctificans, quæ de facto fuit fons aliorum donorum.

S. Thomas id asserit, dum dicit : « Erat enim hæc rectitudo secundum quod ratio subdebatur *Deo,* rationi vero inferiores vires, et anima· corpus. Prima autem subjectio erat *causa el secunda· el lerliæ.*

Addit autem : « Illa prima subjectio, qua ratio *Deo subdebatur* non est secundum naturam, sed secundum *supernalurale donum graliic.* » Et concludit : « *Per gratiam in anima exisienlem* inferiora ei subdebantur[3]. »

1. Terminologia ista jam habetur apud S. Anselmum, qui videtur exhibere aliquam justitium ut debitam naturæ *rationali* : « Ut igitur frustra non sit ralimcalis, simul ad hoc rationalis et justa facta est. » *Cur· Deus homo,* lib. II, c. i. — Cf. P. Kors, O. P., *La Justice primitive et le l't'ché originel,* p. 23 ss.

2. *Eccle.,* vu, 30.

3. I P., q. xvc, a. 1.

Nolcnltir vo< abula quibus utitur Angelicus : 1° *causa,* ergo non mera conditio, ut quidam interpretari conati sunt; '.'° *firuliu in anima exislens,* et non tantum in potentiis est gral ia ipsa qua homo fit coram Deo rectus seu Deo gratus, nempe gratia sanctificans. Ergo constat, ex mente S. Thorn.'··, gratiam sanctificantem esse *causam* seu primariam rationem vel fontem omnium donorum, quæ nomine justitiæ originalis veniunt.

Quum autem agatur de causa qua homo fit permanenter rectus et Deo gratus, intendere debet S. Doctor causam *formalem* quæ sit de ratione constitutiva justitiæ originalis.

Sic ergo potest exstrui argumentum. Loquitur S. Thomas de causa quæ præstat animæ ut permanenter Deo adhæreat ut subdita et grata. Atqui causa quæ facit ut anima permanenter et habitualiter adhæreat Deo ut subdita et grata est causa *formalis,* quæ unionem et amicitiam præstat. Ergo ex mente Angelici gratia sanctificans est causa formalis seu ratio constitutiva in justitia originali.

V. **De quadam recenti controversia.** — Hinc colligitur quid censendum sit de opinione el. Professoris Lovaniensis Bittrémieux, gratiam sanctificantem et justitiam originalem *distinctione adæquala* juxta S. Thomam discriminarii.

Ostendimus, e contra, quomodo ex mente S. Thomæ gratia sanctificans dicatur causa seu radix eætcrorum, et idcirco forma qua homo adhaeret Deo *permanenter.* Quapropter nequit justitia originalis a gratia sanctificante discriminari adæquate aut totaliter præscindi, cum gratia sanctificans sit *perfeclio primaria, causaque formalis,* quæ in justitia originali attenditur, et cætera dona quæ nomine justitiæ originalis veniunt ipsi ceu radici vel fonti nitantur ; et tamquam supernatural *quoad modum* supernaturali *quoad essentiam* addantur.

Contra sententiam Cl. Bittrémieux, scripsit cl. Van der Meersih eruditam ac solidam dissertationem, cujus conclusionem excribimus :

I. Γ.Γ. Ili ii m mu.ex, *Reçue Thomiste,* avril-juin 1921. — Cui sentenlii..... cl. A. Mic h e l l, in eodem periodico, 1921, p. 424 ss.

« Secundum S. Thomam essentia *melaphysica,* ut sic loquar justitiæ originalis est. rectitudo, naturæ possitive indebita, totius hominis ad Ileum : hæc autem rectitudo consistit in triplici subjection··, nempe voluntatis ad Deum et hoc est *formale* in ratione jusi it ia· originalis, deinde in subjectione virium inferior.... ad rationem et corporis ad animam, et hoc esi *materiale* in ratione justitiæ originalis. Essentia autem *physica* justit ia·, originalis est *gratia gratum faciens* (quæ complectitur gratiam sanctificantem et charitatem) qua obtinetur a parte rei *formale* dement,um justitiæ originalis et donum (vel complexus donorum) quo obtinetur subjectio virium inferiorum ad rationem et corporis ad animam, seu integritas naturæ : hoc est materiale elementum justitiæ originalis. Igitur justitiæ originalis distinguitur realiter quidem, sed *inadæquale* a gratia gratum fatiente. « Quoad modum loquendi S. Thomas differt a posterioribus theologis in hoc quod

a) nomine *justitia originali* sæpe designa! solam integritatem naturæ ; *b)* nomine dono *naturæ* designat illud quo humana natura obtinet perfectam harmoniam facultatum naturalium et quod *proinde* formaliter *naturæ* tribuitur tamquam accidens ei superadditum et tamquam accidens *ideo* cum natura transmittendum.

« Quoad doctrinam S. Thomas non differt a posterioribus theologis in re de qua agitur : signanter quia, saltem implicite, docet quod *a) in ratione rectitudinis adaequate spectatæ,* in qua constitutus est a Deo primus homo, continetur *gratia* gratum faciens et ita quidem ul per hanc obtineatur *formale* prædictæ rectitudinis ; *b)* illa red it udo, adæquate spectata, ita fuit a Deo collata primo homini ul ab ipso per generationem et transmissionem naturæ, *pervenire debebat ad omnes qui el quatenus e:r Adamo naturaliter nascerentur*l. »

1. Van der Meersch, *De distinctione inter justitiam originalem et gratiam sanctificantem; extrarium ex,* I. XXII. *Collai. Brug.,* p. 16-17. — Explicabitur infra, de peccatu originali, quomodo fuerit Adam constitutus *caput* naturæ elevatæ, ita ut debuisset transmittere omnia quæ comitantur speciem. Quia vero justitia originalis erat accidens speciei, divinitus concessum toti naturæ, seu proprietas naturæ elevatu*, transmissa fuisset cum natura.

V] Indo quoque intelligitur qua ratione passiones fuerint in protoparente (a. 2). — Passiones circa bonum habitum vel suo tempore habendum fuerunt in Adamo, non vero passiones quæ respiciunt malum, aut bonum nondum habitum et tunc habendum. Prob. Ia pars asserti. Cum Adam fuerit ejusdem naturæ nobiscum, debemus ipsi adseribere actus et motus qui nobis competunt, dummodo perfectioni hujus status non obstent. Jam vero passiones circa bonum habitum vel suo tempore habendum, nedum imperfectionem secundum se dicant, imo potius veritatem naturæ humanæ ostendunt. Ergo protoparenti conveniebant.

Aliter tamen quam nobis, eo quod in nobis judicium rationis aut impediant aut præveniant, dum in protoparente sensus rationi subdebantur.

Declaratur IIa pars. Non erat passio circa malum, quia status innocentiæ malum illud non compatitur, nec circa bonum absens, quia nullum deerat bonum, quod desiderari posset.

VII. Qua ratione fuerint in Adamo virtutes (a. 3). — Primus homo in statu innocentiæ habuit aliqualiter omnes virtutes, quia requirebat ille status ut esset ad omnes operationes viæ bene dispositus ; quæ quidem bona dispositio per virtutes præstatur.

Eas quidem secundum actum et habitum habuit quæ imperfectionem non involvunt, ut est charitas, vel tantum

Cf. S. Thom., I P., q. xcix, a. 1. Erui autem potest ex concilio Tridentino gratiam sanctificatem in Adamo fuisse donum *naturæ* concessum. Definit concilium sess. V, can. 2, Adamum perdidisse *etiam nobis sanctitatem* et justitiam seu gratiam sanctificantem. At, si perdidit *nobis,* habebat etiam *pro nobis* gratiam sanctificantem. Verum <piæ habebat pro nobis non erant donum personæ sed donum naturæ. Ergo gratia sanctificans, ex mente concilii Tridentini, erat naturæ donum.

Pariter el adime clarius in adnotationibus schematis concilii Vaticani 1.ibere peccando (Adam) *gratiam capitis perdidit non solum ul •.ilu personalem sed ut derivandam ex institutione Dei ad omnes* suo·, posteros » ((«kanderath, *Acta et Decreta. S. S. Concilii Calicani,* eoi [>t'.i Ouod omnino significat, gratiam sanctificantem fuisse donum nnlnra·, non lanium personale.

imperfectionem viæ, non autem imperfectionem illi statui repugnantem, ut sunt tides el spes.

Secundum actum minimi· habuit virtutes quæ perfectionem illius stat us dederent, ut sunt pernitentia et misericordia, cum non fuerit culpa et misej'in ; secundum habitum tamen illas habuit., quia sic erat, dispositus ut, si peccatum committeret, dole,rei, et, si miseriam in alio videret, eam pro posse repelleret.

VIII. An et qua ratione opera primi hominis fuerint efficaciora ad merendum quam opera nostra (a. 4). — Si ratio meriti ex parte gratiæ et charitatis vel quantitatis absolutæ pensetur, efficaciora fuissent ; secus vero, si attendatur ex parte quantitatis proportionalis.

Meritum ex duplicité capite consideratur : primo et principaliter ex gradu charitatis, cui respondet præmium *essentielle ;* sêcundo ex operis quantitate, quæ est duplex, vel absoluta, vel relativa, seu proportionalis, et utrique respondet præmium *accidentale.*

Opera porro primi hominis efficaciora fuissent, ex parte gratiæ et charitatis, quæ copiosiores et abundantiores fuissent, nulloque ex parte naturæ impedimento retardatæ, et pariter ex parte quantitatis absolutæ, quia majora fiunt opera ubi major est virtus.

At, si consideretur quantitas proportionalis, efficaciora dici possunt opera nostra, quatenus majorem requirunt conatum.

Imo, attendi debent qua- animadvertit Sylvius : « Quæ doctrina non est intelligenda, quasi nullus in natura lapsa plus meruerit de præmio essentiali quam in natura integra. Non est enim verisimile quod in statu innocentiæ aliquis fuisset evectus ad tantam gratiam vel gloriam ad quantam B. V. Maria fuit evecta, super choros angelorum exaltata. Imo probabile est. Vpostolos et excellentissimos martyres majorem charitatem el gloriam esse consecutos, quam habuissent sancti etiam magni in statu innocentiæ ; non enim tunc fuissent merita Christi. Sed doctrina comparat statum ad statum, considerando conditionem secundum se, non autem all entis meritis Christi ; et etiam comparat modum operandi unius vulgarium fidelium

status (uni modo operandi vulgarium alterius status1. »

Cirtera quæ spectant primum hominem plenius innotescciil ex dicendis mox de-peccato originali, et in Tractatu de Gratia, q. i, art. 3, *de slalibus naturæ.*

IX. Brevis conspectus historicus doctrinæ de justitia originali2.

Jam breviter indicavimus, n. i, quomodo *Genesis* asserat vel discribat elevationem hominis ad ordinem supernaturalem, cum gratia sanctificante, quia exhibetur homo ut Deo amicus et familiaris, et cum donis gratuitis, quæ multiplicem immunitatem important.

Libri *Sapientiales* addunt notionem *rectitudinis,* quam postea concilia et doctores perpolierunt, n. n.

S. Paulus attendit in illo statu *justitiam el sanctitatem veritatis* : « Induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis3. » Alluditur hic ad justitiam originalem, et in qua debemus renovari, ut dicitur superius : « *Renovamini* autem spiritu mentis vestræ. » Porro justitia et *sanctitas veritatis,* important sane *gratiam gratum facientem,* sine qua nemo est vere sanctus.

SS. Patres non concipiunt statum illuni absque gratia sanctificante. Juxta Hieronymum recipimus nunc « *imaginem* et *similitudinem,* ad quam in exordio conditi sumus4. »

Porro hæc imago et similitudo quam nos recipimus est gratia sanctificans. Ergo status originalis in quo fuit conditus Adam importabat gratiam sanctificantem. S. Augustinus magis considerat *rectitudinem,* quam asseruit lib. *Eccle.* : *Deus fecit hominem rectum* (vu, 30). Illa porro rectitudo erat universalis, ita ut inferiora subderentur superioribus, anima Deo, corpus animæ. Quod erat ergo præcipuum in illo statu fuit *voluntatis bonæ* præstantia, et, quia voluntas erat plene recta, nec erat in corpore inordinatio, et idcirco excludebatur *concupiscentia.*

i. Syi.viih, *Ctnnnienl. in* h. l. S. Thomæ.

1. C.f. I' lions, O. P. *La justice primitive el le péché originel;* Cf. J'anhsi'Nh, I. V111.

3. *Ephrs.,* iv, 73-24.

4. S. Huchon. *in Ephes.,* iv, 30; *P. L.,* xxvi, 514.

Quocirca exclusio concupiscenti®, juxta Augustinum, est speciatim attendenda in notione justitiæ originalis, sicut et ipsa concupiscentia in notione originalis peccati. « Faciebat quippe hoc ordo juslitiie, ut quia eorum anima famulum corpus a Domino acceperat, *sicut ipsa eidem Domino suo,* ita illi corpus obediret, atque exhiberet vitæ illi congruum sine resistentia famulatum*... Fecit... hominem *rectum* ac per *hoc voluntatis bonne.* Non enim rectus esset bonam non habens voluntatem'... Cum itaque primorum illorum fuerit prima justitia obedire *Deo,* et hanc in membris adversus legem mentis suæ *legem concupiscentiæ non habere*[3]. »

Dona autem hujusmodi non erant debita naturæ, sed *divinitus* seu *gratia magna* concessa fuerunt : « Cur autem non creditis hominibus in paradiso constitutis ante peccatum *divinitus* potuisse *concedi...* ut... motus nec præcederet nec excederet voluntatem[4] ?... *Gratia Dei magna* ibi erat, ubi terrenum et animale corpus bestialem libidinem non habebat[8]. »

Aliunde tradit Augustinus infusam fuisse cum istis donis gratiam sanctificantem, quia perdidit Adam illam *imaginem* quam nobis reddit Christus, quamque in regeneratione accipimus et quæ idcirco est ipsa imago gratiæ sanctificantis : « *Hanc imaginem in spiritu mentis impressam perdidit Adam per peccatum quam recipimus* per GRATIAM JUSTITIÆ®. »

Utrum vero gratia sanctificans fuerit prima radix et formalis causa omnium cæterorum donorum, non expresse tradit Augustinus, sed ex tota doctrina ipsius colligitur : nam S. Doctor omnia dona ex eo repetit quod voluntas esset bona et Deo famularetur atque obediret, non semel, sed modo permanenti. Atqui voluntas non adhæret Deo permanenter nisi sit Deo amica seu conjuncta per charitatem, ac proinde per gratiam sanctificantem, tamquam

1. *De Peccat. Merit, et Remiss.,* lib. III, c. xxn.
2. *De Civil. Dei,* lib. XIV, c. xi, n. 1.
3. *De Peccat. Merit, et Remiss.,* lib. II, c. χχιπ.
4. *Cont. Julian.,* lib. IV, c. v.
5. *Ibid.,* c. xvi, η. 82.
6. *De Genes, ad litter.,* c. χχνη, η. 38 ; *P. L.,* χχχιν, 355.

per primum i ndicem. Inde recte *infertur* gratiam habitualem ' ment«. Augustini, esse primum fontem seu causam formidem omnium donorum (cf. n. iv et v).

Doctrina apud S. Anselmum perficitur, qui jam utitur verbis *juslitiæ originalis.* Licet autem dicat aliquam justitiam deberi naturæ rationali quia et quatenus rationali, agnoscit tamen justitiam quæ est *universalis rectitudo,* qua nempe et voluntas Deo et inferiores vires voluntati subdantur, esse *donum* de *manu* boni Creatoris acceptum : « Cum harmonia illa *de boni Creatoris manu* bene et decenter aptata adhuc permanente pars parti conveniret, *Deoque anima, animæ vero corpus suum per omnia subditum essetl.* » Unde, juxta S. Anselmum, *justitia est rectitudo voluntatis propter se servata*2.

Honorius Augustodunensis generatim adhæret S. Anselmo. Petrus Lombardus potius Augustinum sequitur et justitiam reponit in rectitudine et bona voluntate : « Homo rectitudinem et bonam voluntatem in creatione accepit3. » Sed vult angelos et hominem creatos esse innocentes absque gratia sanctificante, et postea illa donatos4.*

Quam opinionem deinceps docent Guillelmus Antiosodorensis, Alex. Halensis, Petrus a Tarantasia, S. Bonaventura, etc.6, sicut antea docuerant Hugo Victorious et Rupertus.

S. Thomas, in primis operibus nondum excludit expresse opinionem Magistri, at jam in *Quæslionibus disputatis, de Malo,* docet hominem fuisse conditum in gratia sanctificante, imo gratiam illam gratum facientem includi in *ratione* originalis justitiæ6 ; justitiam vero originalem esse donum *naturæ,* quod idcirco cum natura per generationem fuisset transmissum. « Et hæc quidem justitia ipsam natu-

1. *De. Nuptiis consanguineorum,* c. V.
•2. *De Concept. Virg.,* c. m.
3. *// Seni.,* dist. 24, c. i.
4. C.f. *// Se.nl.,* dist. 5, n. 1.
I, Cf Γ. Koiis, O. P., *La Justice Primitive ci le Pêché originel,* op. cit,, p. 62 ss.
C„ „ *Originalis justitia includit gratiam gratum jacientem,* nec credo verum e se, quod homo sit creatus in naturalibus puris. » *De Malo,* q. iv, u. 2 ad 17.

ram ordinabat in sui primordio ex divino munere ; et ideo talem justitiam in filios Iransfudissel» In *Summa Theologica* tenet omnino primum hominem creatum fuisse in gratia sanctificante[1]2 el llieorinm statuil quæ fuit nis iv et v exposita. Cui sententia· diilnilivæ adhæserunt deinceps Thomistæ aliique plurimi theologi.

Cajetailus explicat quomodo gratia gratum faciens sit *velul radix juslitiæ originalis.* « Et propte.rea facti in justitia originali concluduntur etiam facti in gratia, quaçi justitia originalis fuerit quasi quædam gratia gratis data, fundata super gratiam gratum facientem[3]. »

Redit hæc explicatio ad eam quam tradidimus supra n. iv. Justitia originalis est quid complexum, quod continet plura supematuralia *quod modum* tantum, at, de facto, omnia fundantur super gratiam sanctificantem, tamquam radicem. Quamobrem gratia sanctificans pertinet ad rationem formalem justitiæ originalis, aut saltem necessario cum ipsa connectitur, ut omnes hodie concedere debent.

X. Doctrina hodie certa et tenenda. — Licet nondum sit definita, proponitur in schemate concillii Vaticani : « Si quis dixerit sanctitatem et justitiam, in qua homo ante lapsum constitutus erat, non fuisse supernaturalem, sed ejusmodi ad quam recte vivendo per insitas naturæ facultates pertingere potuisset, anathema sit[4]. »

Et in adnotationibus : « Id quod dicitur pertinere *ad rationem* originalis peccati, non solum est *negative* ut carentia gratiæ sanctificantis, sed est *privatio* gratis, h. e. carentia sanctitatis, quæ secundum *ordinationem Dei, quatenus lotum genus humanum sua in radice el in suo capite primitus elevavit ad supernaturalem ordinem gratiæ,* deberet inesse omnibus Adæ posteris, nunc vero ea privati sunt[5]. »

Jamvero, si privatio gratiæ sanctificantis pertinet ad

1. *II Seni.,* dist. 20, q. n, n. 3.
2. I P., q. xcv, a. 1.
3. Cajtean., *Comm.* in I P., q. xcv, n. 1.
4. Granderath, *Acta et Decreta SS. Concilii Valicani,* coi. 566.
5. *Ibid.,* coi. 549.

rationem pmnli originalis, concludendum est ex opposito gratiam sanctificantem pertinere ad *rationem* formalem seu constitutivam justitiæ originalis, aut saltem esse cum ipsa *necessario connexam,* prout in iisdem adnotationibus explicatur[1]. Salvatur quidem doctrina catholica dum modo admittatur gratiam sanctificantem esse cum justitia originali connexam, at obvia interpretatio dicit pertinere etiam ad *rationem* illius formalem.

Semper præ oculis habendum est quod tradit Scriptura de familiaritate et amicitia Dei in illo statu. Deus porro non fit homini amicus nec homo, qui per naturam est extraneus, non fit Deo familiaris nisi ratione gratiæ sam - tificantis. Amicitia enim requirit veram inter amicos *similitudinem* veramque *communicationem bonorum,* et id importat illam divina: naturæ participationem quæ per gratiam sanctificantem præstatur.

Tractatum de homine complebunt quæ jam dicenda veniunt de *Peccato Originali,* in sequenti volumine.

1. Cf. P. Caiiiuuou Lagrange, O. P., *Angelicum* 1925, fasc. 2.

INDEX HEHUM ΛΝΛΙ,Y'I IU.US

Pr t e f a t io VII

QUÆSTIO PR0ŒMIAL1S

De sacra doctrina atque de ratione theologiæ

ARTICUI.US PRIMUS

De necessitate sacræ doclrinæ

I. Quotuplici sensu accipi possit, sacra doctrina. — II. De ipso Theologiæ vocabulo. — III. Definitio Theologiæ. — IV. Prima conclusio : Si nomine doclrinæ sacræ intelligitur tides, absolute necessaria est omnibus ad salutem. — V. Secunda conclusio : Si nomine doctrinæ sacræ intelligitur revelatio externa, necessaria est in præsenti ordine, sin minus immediate, saltern mediate, omnibus : quoad veritates quidem supernaturales necessitate absoluta, quoad veritates autem religiosas et morales ordinis naturalis quæ per se humanæ rationi imperviæ non sunt, necessitate morali. — VI. Tertia conclusio : Si nomine doctrinæ sacræ intelligitur prophetia, necessaria est, attento præsenti ordine, non quidem singulis, sed quibusdam a Deo electis. — VII. Quarta conclusio : Si nomine doctrinæ sacræ intelligitur Theologia, licet necessaria non sit singulis ad salutem, necessaria tamen est ipsi Kcclesiæ ad fidei conservationem 1

ARTICUI-US SECUNDUS

Utrum theologia sit uera scientia

I. Praenotiones. — Ii. Conclusio : Theologia nostra est veri nominis scientia, sed subalternata sciontlte Dei et beatorum, atque idcirco imperfecta quoad sintum, defectu actualis evidentiae. — III. Hinc etiam liquet cur Theologia non evacuetur in cælo, sicut fides. — IV. Theologia esi scientia tum injiucliva tum deductiva. — V. De principiis el conclusionibus in theologia. — VI. De distinctione scientia· II... logicæ a dogmate. — VII. Unde historia dogmatum non esi proprie historia Theologiæ, licet altera alteram requirat..... 10

ARTICULUS TERTIUS

De theologias unitate et divisionibus

I theologia esi scientia specie etiam atoma una. — 11. Hinc sequitur Theologiam esse unum habitum simplicem, essentialiter quidem naturalem, qui tamen ab aliquo supernatural! originem ducit el dependet. — 111. De praecipuis Theologiae divisionibus. — IV. De divisione Theologiæ in fundamentalem et specialem deque vera indole apologetic». — V. De divisione Theologiae in ascelicam et mysticam. — VI. De quibusdam scientiæ theologieæ proprietatibus. — VII. De subjecto Theologiæ..... 17

ARTICULUS QUARTUS

De divisione theologiæ ratione methodi in positivam et speculativam vel systematicam seu scholasticam

I. Qua ratione Theologia sit argumentative. — 11. Quid nomine Theologiæ positivæ intelligalur. — III. Theologia historica. — IV. Probe distinguenda est Theologia historica ab historia Theologiæ, sicut Theologia patristica a patrologia. — V. De processu Theologiæ positivæ et Theologiæ scholastic®. — VI. Quapropter Theologia simpliciter dicta est quæ utramque methodum amice consociat..... 2&

DIVISIO TOTIUS THEOLOGIÆ

TRACTATUS PRIMUS

DE DEO SECUNDUM ESSENTIAM

QUÆSTIO PRIMA

De existentia Dei

ARTICULUS PRIMUS

De demonstrabililale exisienliæ Dei

I. Duplex errorum vel opinionum classis. — II. Prima conclusio : Exislenfiu Dei, veritas per se nota quoad se, non est per se nola quoad nos; sed indiget demonstratione. — III. De argumento S. Ansehni. — IV. Ceteræ formæ excluduntur. — V. Secunda eonelusio : Existentia Dei naturali rationis lumine

per ea quæ facta sunt certo cognosci atque adeo demonstrari etiam potest. — VI. Documentis ecclesiasticis repugnant tum agnosticismus tum traditiomdlsmus absolutus. — VII. Argumenta scripturisliea. VIII. Testimonia patristica. — IX. Ratio theologica. X. Hinc solvitur quæstio utrum dari possit homo qui plenum rnl Ionis usum adeptus Deum penitus ignoret vera ignorantia Inviclbili. .XI. Impossibile videtur dari hujusmodi totidem Dei ignorantium quæ sit absque culpa. — XII. Nec etiam esi possibile ut adsint homines qui Deum non esse vere convincantur. XIII. Nec admittenda est bona fides eorum qui vel inquisitionem de existentia Dei a priori recusant vel exislcntiam Dei verbis aut scriptis impugnant..... 32

ARTICULUS SECUNDUS

De argumentis quæ existentiam Dei demonstrant

I. De quinque viis S. Thomæ. — 11. Prima via. — III. Explicatur effatum : omne quod movetur ab alio movetur. — IV. Confirmatur ex lege inerliæ. — V. Explicatur aliud principium : In moventibus per se ordinatis non potest fieri processus in infinitum. —- VI. Secunda via. — VII. Tertia via. — VIII. Solvitur objectio. — IX. Quarta via. — X. Explicatur axioma : quod est maxime tale in aliquo genere est causa cælerorum quæ sunt in illo genere. — XI. Quinta via. — XII. Ex ordine cujuslibet rei ad proprium finem. — XIII. Ex ordine omnium rerum ad invicem et in unum finem conspirantium. — XIV. De quibusdam aliis viis. — XV. Concludendum..... 44

QUÆSTIO SECUNDA

De essentia Dei

ARTICULUS PHIMUS

Praecipua capita doctrina' de essentia Dei

1. Notio Dei et naturæ divinæ apud genliles. — II. Notio Dei et naturæ divinæ in S. Scriptura. III. Notio Dei et naturæ divinæ apud SS. Patres. IV. Notio Dei et naturæ divinæ ex declarationibus Ecclesia·. V. Ecclesia, exclusis diversis erroribus, naturam divinam breviter sic describit, ut sit Deus « una, singularis, simplex omnino el '.^commutabilis substantia spiritualis». — VI. DeTheosopldsmo..... 57

ARTICULUS SECUNDUS

Quæstio scholastica de constitutiuo essenliæ divinæ

I. Status quæstionis. — II. Senlentiæ. — III. Conclusio : Essen-

tin divliui constituitur, non per infinitatem, nec per gradum intellectivum, sed per subsistentiam actus essendi, quatenus Hens sit ipsurn esse per se subsistens. — IV. Traditio catholica. V. Solvuntur difficultates. — VI. Hinc confutantur nonnulli recentissinii errores de natura et essentia divina. — VII. Hinc demum intelligitur quid sil proprie ens a se. — VIII. De quibusdam loquendi modis..... 67

QUÆSTIO TERTIA

De divinis attributis et perfectionibus

ARTICULUS PRIMUS

De attributis divinis in communi

I. Notio attributorum in Deo. — II. Quædam principia inconcusa et fundamentalia : in Deo nullam esse compositionem aut distinctionem realem, sive inter Deum el deitatem, sive inter essentiam et existentiam, sive inter essentiam et attributa, sive aliam quamcumque compositionem. — III. Efficacissima pantheismi confutatio. — IV. Necesse tamen est *mente* distinguere in Deo naturam et attributa. — V. Quænam igitur inteliigenda sit distinctio inter Dei essentiam et attributa .. 74

ARTICULUS SECUNDUS

De attributis divinis in speciali

I. Attributorum divisio. — II. De perfectione Dei. — III. De infinitate Dei. — IV. De immensitate et ubiquitate. — Notio utriusque. — V. Errores. — VI. Conclusio : Deus est in omnibus rebus intime et substantialiter præsens. — VII. De ratione præsentiæ Dei in rebus. — VIII. Conclusio : Formalis ratio præsentiæ divinæ in rebus est operatio Dei virtualiter transiens. — IX. Applicat autem Deus non per virtutem a se emissam, sed per infinitam virtutem a se indistinctam. — X. Hinc solvitur quæstio utrum Deus sit in spatiis imaginariis. XI. Cur dicatur Deus esse ubique per essentiam, præsenliain et potentiam. — XII. De speciali præsentia Dei in quibusdam. — XIII. De immutabilitate Dei. — XIV. Pro difllinll al utn solutione. ⊢ XV. De æternitate Dei. — XVI. Ex hoc ‹▮liiiin conceptu IMMUTABILITATIS, quæ est ratio æternltnlls, colligitur differentia inter æternitatem, ævum et tempo». XVII. Hinc demum eruitur Deum solum esse proprie ælermiin a liTiiilate essentiali. — XV11I. De definitione æternitalis. XIX. Compendium totius doctrinæ de essentia et attributis divinis 81

QUÆSTIO QUARTA

Quomodo Deux cognoscatur a nobis

AKTICULUH I'IIIMëK

Utrum aliquis intellectus creatus possit Deum videre per essentiam, seu de veritate et lacto visionis inluilivii·

I. Status quæstionis. — 11. Conclusio : Intellectus creatus potest videre Deum per essentiam et intuitive, imo de facto vident beati in cælo. — III. Argumentum scripturisticum. — IV. Traditio patristica. — V. Ratio theologica. —'VI. Ratio desumpta ex naturali desiderio videndi Deum. — VII. Licet argumenta rationis suadeant possibilitatem visionis intuitives, non tamen demonstrant absolute. — VIII. Discrimen attendendum.... 97

ARTICULUS SECUNDUS

De modo visionis intuitives seu de specie ad visionem intuitivam concurrente.

I. Quæstiones solvendae. — 11. Prima conclusio : Licet ad visionem intuitivam essentiæ divinæ requiratur ex parte potentiæ visivæ aliqua similitudo, quæ est lumen gloriæ, nulla tamen dari potest ex parte objecti species impressa creata. — III. Secunda conclusio : Essentia divina intellectui beato unitur per modum speciei intelligibilis. — IV. Utrum essentia divina prout rationem habet speciei intelligibilis active concurrat ad intellectionem. — V. Tertia conclusio : Essentia divina, intellectui beato unita per modum speciei intelligibilis, active ad ipsam visionem concurrit. VI. Convelluntur alterius sententiæ fundamenta. VIl. Quarta conclusio : Dari nequii verbum mentale seu species expressa iu visione intuitiva. — VIII. Hinc apparet quomodo visio benln sil stricto sensu immediata 107

ARTICULUS TERTIUS

De perfecta spirilualilate visionis intuitives

L De ratione et ordino articulorum. II. Conclusio : Essentia divina corporeis oculis vel aliis sensibus absolute invisibilis est, ita ut oculus etiam glorillcut iis nequeat elevari supernaturaliler ad intuitivam Dei visionem. 111. De sententia SS. Patrum. — IV. De mente S. Augustini. — V. Concludendum impossibilitatem illam posse sola ratione apodictice demonstrari 116

ARTICULUS QUARTUS

De absoluta supernaluralilate visionis intuilivæ

I. Errores et opiniones. — II. Prima conclusio : Nullus intellectus creatus potest per suas naturales vires Deum intuitive videre ut est in se. — III. Ad cujus doctrinæ pleniorem inlelligentiam recolendum est in triplici gradu entis res constitui. — IV. Secunda conclusio : Repugnat ut creetur substantia supernaturalis, vel cui lumen gloriæ aut visio beatifica sint naturales. — V. Ordo ergo supernaturalis creatus in accidentibus consistit..... 120

ARTICULUS QUINTUS

De lumine gloriæ

1. Exislentia luminis gloriæ est dogma fidei. — 11. Ratio theologica. — III. Utrum de potentia Dei absoluta fleri possit ut intellectus creatus videat Deum absque lumine gloriæ per modum habitus vel saltem per modum transeuntis communicato ? — IV. Quid sit proprie lumen gloriæ. — V. De triplici munere quod gerit lumen gloriæ. —VI. Lumen gloriæ cum cæteris habitibus supernaluralibus comparatum..... 126

ARTICULUS SEXTUS

De inæqualilale el gradibus visionis beatificæ

1. Errores. — II. Fides catholica est beatos in cælo pro meritorum diversitate alium alio perfectius intueri divinam essentiam. — III. Rationes theologicæ. — IV. Quæ sil illa inæqualilas. — V. Inæqualitatis ergo causa duplex assignatur : alia moralis, alia physica. — VI. Utrum diversitas visionis provenire etiam aliqualiter possit ex majori intellectus perspicacitate.— VII. Diversitas visionis in diversis non impedii perfectam beatitudinem singulorum. — VIII. Hinc oriri nequit tristitia vel invidia 134

ARTICULUS SEPTIMUS

De incomprehensibililale divinæ essenliæ

I. Notio comprehensionis. — II. Errores. — Fides catholica. — III \n de fide sit Deum esse incomprehensibilem etiam respectu heidorum. — IV. Testimonia scripturistica. — V. Argumenta rationi'·, incomprehensibilitatem absolutam innuunt. — VI. Quomodo ergo videatur lotus nisi comprehendatur 140

ARTICULUM OCTAVUS

De objectu visionis intuition·

1. Status quæslionis. II. ‹'◊■‹-binio : Nullus creatus intellectus videndo Deum videre polesl in eo omnia ; sed plura vel pauciora secundum quod perfectius vel minus perfecte Deum videt.— HI. Quid de facio videant bcnli de objecto primario quod est Deus. IV. De objecto secundario, seu creaturis. — V. Comprehensores sunt vere beat i 144

ARTICULUS NONUS

De medio in ‹μιο visionis bealæ

I. Duplex modus videndi in Deo : formaliter el. causaliter. — II. Conclusio : Quæ a beatis videntur in Verbo *formaliser* non cognoscuntur per eorum species creatas, sed per essentiam divinam intellectui unitam per modum formæ intelligibilis ; quæ autem videntur in Verbo causaliter cognoscuntur per species infusas vel ordinatas. — 111. Illa quæ cognoscunt permanente!· beati de liberis Dei decretis cognoscunt in essentia divina et per lumen gloriæ, non per revelationes extra Verbum. — IV. Quæ vident de creaturis modo permanenti, vident in Deo tamquam in objecto prius cognito. - V. Qua ratione creaturæ videantur in Deo ? Non cognoscuntur tanquam in specie immediate repræsent ante ipsas, sicut inpræsenti species nostra impressa objectum refert; sed tamquam in medio prius cognito, seu tamquam in causa ideali et efficiente, virtualiter— eminenter continente creaturas. — VI. Si autem videntur in ipsa essentia prius cognita, cur aliquæ videantur et non omnes ? — VII. Λη fieri debeant, indefinite revelationes extra Verbum 148

ARTICULUS DECIMUS

De immutabilitate visionis intuition·

I. Conclusio : Quæcumque videntur a beatis in Verbo formaliter simul, non successive, videntur : qua· autem extra Verbum, non simul sed successive videntur. 11. De mensura visionis beatificæ. — III. Non mensuratur tempore. — IV. Non mensuratur ævo. — V. Mensuratur ælernitate, non essentiali, sed participata..... 152

ARTICULI S UNDECIMUS

De incompossibilitale visionis sum præsentis vitee stadio

I. Ordo trium posteriorum articulorum. — II Status quæslionis. — III. Prima conclusio : Non polesl. videri Deus per essentiam

ab homine puro in via constituto, absque speciali miraculo. — IV Socumlu conclusio : Per miraculum tamen id fieri potest, modo transeunti. — V. Ad factum quod attinet, probabile est visionem inluitivam fuisse quibusdam in via concessam per modum transeuntis. — VI. De cognitione Dei quæ naturaliter haberi potest in hac vita. — VII. De perfectiori cognitione quæ in via per gratiam habetur 154

QUÆSTIO QUINTA

De nominibus Dei

ARTICULUS PRIMUS

Utrum possit Deus a nobis nominari

I. Licet non possit a viatoribus Deo imponi nomen quod ipsum quidditative exprimat, possumus tamen ei vera nomina imponere, quæ diversas ejus perfectiones aliquatenus declarent. — II. Ecclesia jure merito prædicat. Deum esse ineffabilem.— III. Qua ratione Deus sit ineffabilis. — IV. Utrum beati possint nomine quidditativo Deum nominare. — V. Utrum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter..... 159

ARTICULUS SECUNDUS

De *modo quo nomina divina significent*

I. Quædam nomina proprie dicuntur de Deo quantum ad rem significatam, nulla vero quoad modum significandi. — II. Varia nomina quæ de Deo dicuntur non sunl mere synonyma. — III. Nomina communia Deo et creaturis non prædicantur de his univoce, nec pure æquivoce, sed analogice. — IV. Nomina quæ de Deo dicuntur metaphorice prius de creaturis quam de Deo dicuntur ; nomina autem quæ de Deo proprie dicuntur prius de illo dicuntur quoad rem significatam, non vero quoad nominis impositionem, nec quoad modum significandi. — V. Quaedam nomina importantia relationem ad creaturas dicuntur de Deo ex tempore et non ab æterno. — VI. De nomine Dei maxime proprio..... 163

QUÆSTIO SEXTA

De Scientia Dei

ARTICULUS PRIMUS

De exislentia aeree scientiae in Deo

1. Doc.trimi lldei simæ esi sunima 11. Fundamentalis ratio scientiæ perfeclissimæ immaterialitas divina. — III. Multiplici

porro acceptione dicitur illiquid immateriale. — IV. Divina cognitio respectu quorniiuliuii objectorum rationem habet scientiæ veræ. V. De qulbusiiiiiii objectis sit in Deo scientia per causas. — VI. I.lcel cognitio Del sit simplicissima, possumus tamen in ea, per modum appropriationis, distinguere intelligentiam, scientium, sapientium, consilium et artem. — VII. Non habet tamen rationem memorial formaliter sumptae 168

ARTICULUS SECUNDUS

De objecto primario scientiæ divinæ

I. Status quæstionis. — II. Deus seipsum per seipsum intelligit. — III. Deus seipsum perfecte comprehendit. — IV. Intelligere in Deo non est accidens, sed ipsa Dei substantia..... 173

ARTICULUS TERTIUS

De objecto secundario scientiæ divinæ

I. Doctrina fidei. — II. Ratio theologica. — III. De formula cognoscere res « in seipsis ». — IV. Praecipuae sententiæ. — V. Conclusio : Deus omnia alia a se cognoscit, non in ipsis nec per propriam eorum speciem, sed in seipso tamquam in causa visa, seu tamquam in medio in quo omnia relucent. — VI. Deus cognoscendo res in se eas videt non in communi tantum sed propria et distincta cognitione. — VII. Scientia Dei esse nequit discursiva sed omnia simul perfecte intelligit 176

ARTICULUS QUARTUS

De causalilate scientiæ divinæ deque præcipuis ejus divisionibus

I. Quanti sit momenti doctrina S. Thomæ in hoc art. 8. — II. Conclusio : Scientia Dei est causa rerum, non quidem se sola, sed prout adjunctam habet voluntatem. — III. Hinc apparet discrimen inter scientiam divinam et scientiam nostram. — IV. Præcipuæ divisiones scientiæ Dei. - V. De scientia simplicis intelligentiæ et scientia visionis. — VI. Conclusio : Etsi scientia simplicis intelligentia· diei possit remote et in actu primo causa rerum, scientia lumen qua Deus res efficit in actu secundo est scientia visionis, non præcise ut visionis, sed ut approbationis. — VII. Hinc resolvitur quæstio : utrum res sint futurae quia sciuntur a Deo, an, e regione, sciantur quia futurae sunt. — VIII. Doctrina patristica. — IX. Hinc colligitur qua ratione Deus cognoscat non entia et mala. — X. De cogni tionsf singularium. — XI. Deus infinita cognoscit etiam

Hi iciillii visionis. — XII. De cognitione infinitorum actu. — XIII i.irlera quaesita de scientia Dei : cognoscit enuntiabilia et est absolute invariabilis..... 182

ARTICULUS QUINTUS

De cognitione /liturorum

I. Definitio futuri. — II. Divisio futuri. — III. Conclusio : Omnia futura absoluta tum necessaria tum contingentia etiam libera Deus ab æterno scientia certa et infallibili cognoscit. — Doctrina fidei. — IV. Rationes theologicæ. — V. De præsentialitate futurorum in aeternitate. — VI. Qua ratione futura dicantur praesentia Deo. — VII. Praesentia physica futurorum in aeternitate est necessaria ut Deus habeat de contingentibus cognitionem immutabilem, intuitivam, certam et infallibilem 193

ARTICULUS SEXTUS

De medio in quo Deus cognoscit futura contingentia et libera

1. Classes generaliores opinionum. — II. Prima conclusio : Futura libera non potest Deus certo cognoscere in voluntatibus creatis et independenter a suo decreto. — III. Secunda conclusio : Nec cognoscit Deus futura in seipsis. — IV. Tertia conclusio : Nequii Deus cognoscere futura libera in eorum veritate sive objectiva sive formali. — V. Quarta conclusio : Futura libera non cognoscit Deus in essentia sua ut habet rationem idcæ vel exemplaris, sive rationem veri independenter ab omni decreto. — VI. Quinta conclusio : Præsentialilas rerum in æternitale non est medium cognoscendi futura libera nisi adjuncto divino decreto. — VII. Sexta conclusio : Deus omnia futura etiam libera cognoscit in libero voluntatis suæ decreto quo ab æterno prædeterminavit futura fore omnia quæ futura sunl. Probationes ex auctoritate. — VIII. Rationes tlieologicæ. — IX. Hinc eruitur peccata quantum ad entitatem physicam cognosci in decreto positivo ; quantum vero ad defectum cognosci in decreto permissive..... 203

ARTICULUS SEPTIMUS

De cognitione futuribilium

I. Notio futuribilium. — II. Sententiæ theologorum. — III. Futuribilia sensu explicato Deus scientia certa et infallibili cognoscit. IV. Cognitio vero futuribilium qualem propugnant adversarii nullatenus probatur. — V. De medio in quo Deus cognoscit futuribilia. — VI. Prima conclusio : Non datur

scientia inedia, sen ‹‹›µuHI‹› tui iiribilium, independenter a libero Dei decreto. VII, De oppositione scientiæ mediæ cum principiis S. Tlioinin VIII. Secunda conclusio : Deus cognoscit futuribilia in suis decretis, subjective absolutis, objective conditione lis. J\. Principia quædam generalia pro solutione difficultatum. X. Difficultates in speciali solvuntur 214

QUÆSTIO SEPTIMA

De ideis divinis

AKTICULUS PRIMUS

De existenlia idearum in Deo

I. Notio idearum. — II. Prima conclusio : Dantur ideæ in mente divina. — III. Quid sint, proprie ideæ divinæ. — IV. Secunda conclusio : Dantur in Deo plures ideæ, non realiler sed formaliter et denominative tantum distinctæ..... 227

ARTICULUS SECUNDUS

Plenior notio idearum divinarum

I. Quid sint illi respectus quibus multiplicantur ideæ divinæ. — II. Licet plures sint in Deo respectus intellecti, non sunt tamen in Deo entia rationis. — III. Deus habet ideam proprie dictam eorum omnium quæ secundum quodcumque tempus ab ipso fiunt ; eorum autem quæ a Deo nullatenus fiunt, ut malorum, non habet ideam nec rationem, sed solum cognitionem ; eorum demum quæ a Deo fiunt non distincta productione sed ad productionem alterius, habet ideam, non lamen distinctam ab idea ejus quocum producuntur. IV. Essentia divina non est idea Filii aut Spiritus Sancti..... 231

QUÆSTIO OCTAVA

Praecipua doctrinae puncta de vita Dei

I. Quid importat vita. — 11. Deo maxime convenit vita. — III. Ratio theologica. — IV. Imo Deus est sua vita. — V. De vita creaturarum in Deo..... 234

QUÆSTIO NONA

De voluntate Dei

ARTICULUS PRIMUS

De voluntatis divinæ existentia et objecto

I. Veritas fidei. — II. Probatio efficax ex eo quod voluntas sequatur intellectum. — III. In Deo voluntas ex parte rei non habet rationem potentiæ. — IV. De objecto divinæ voluntatis. — V. Conclusio : Deus non solum se vult, sed etiam alia a se ; se quidem ut finem, alia vero ut in finem ; se ut objectum primarium et formale suæ voluntatis, alia vero ul objectum secundarium et materiale. — VI. Hinc solvitur quæstio utrum Deus velit el amet mere possibilia..... 238

ARTICULUS SECUNDUS

De modo quo agit voluntas divina

I. Errores. — II. Conclusio : Deus ex necessitate absoluta vult aliquid, videlicet bonitatem suam ; alia vero a se vult libere vel solum de necessitate hypothetica, seu suppositionis. — III. De causalitate voluntatis divinæ. — IV. Utrum voluntatis divinæ sit assignare aliquam causam. — V. Causalitas divinæ voluntatis tanta est ut non solum fiant quæ vult Deus, sed eo modo fiant quo Deus ea fieri vult..... 243

ARTICULUS TERTIUS

De voluntate Dei antecedente
et consequente deque voluntate salvifica

1. Ratio distinguendi multiplicem in Deo voluntatem. — II. Notio voluntatis antecedentis et consequentis. — III. Conclusio : Voluntas Dei consequens et absoluta semper impletur ; voluntas autem antecedens non semper impletur, saltem quoad principale intentum. — IV. De voliintate Dei salvifica. Duo extremi errores. — V. Doctrina catholica. — VI. Hinc intolligitur utrum voluntas Dei sit malorum..... 247

ARTICULUS QUARTUS

De libero arbitrio in Deo

1. Deus liberum arbitrium habet respectu aliorum a se. — II. In quoiuu.insistat actus Dei liber. Sententiæ. — III. Excluduntur priores sententiæ utpote in modo dicendi deficientes. — IV. Actus igitur liber in Deo est ipse actus necessarius et infi-

nitus proul linbcl lermlmdlmicm contingentem, id est prout contingenter ad créai une· terminatur. — V. Utrum potuisset Deus nihil determinare circa creaturas. — VI. De signis liberæ voluntatis Doi... .,..... 256

QUÆSTIO DECIMA

Præclpua capita doctrinæ do amore, de justitia ac misericordia Dei

I. Amor proprie ac formaliter, sed absque passione, est in Deo. — II. De cæteris actibus qui in amore fundantur. — III. De universalitate amoris Dei. — IV. Qua ratione virtutes competant Deo 261

QUÆSTIO UNDECIMA

De Providentia Dei

ARTICULUS PRIMUS

De existentia el extensione providentiae Dei

I. Errores. — II. Vera providentiæ notio. — III. Datur in Deo providentia. — IV. Quomodo se habeat providentia ad prudentiam, scientiam, artem, legem æternam, etc. — V. Providentia Dei ad omnia, etiam minima, se extendit ; speciali tamen modo curam habet creaturarum rationalium et specialissime electorum..... 264

ARTICULUS SECUNDUS

De modo providentiæ divinae

I. Quoad ordinis rationem Deus immediate omnibus rebus providet ; quoad ordinis vero exceeulionem consortium causarum secundarum adhibet. II. Divina providentia non omnibus rebus necessitatem imponit, sed quibusdam tantum, quibus causas necessarias præparavil ; cæteras autem curat et movet intacta earum libertate. Ili. Ex his manifestantur divinæ providentiæ proprietates et dotes. — IV. Pulchrum S. Ephraem testimonium de divina Providentia..... 271

QUÆSTIO DUODECIMA

De Prædestinatione

ARTICULUS PRIMUS

De notione.el existentia prædestinationis

I. De ipso prædestinationis vocabulo. — II. Definitio prædestinationis. — III. De prædestinationis existentia el necessitate. — IV. De actibus in Deo requisitis ad prædestinationem. — V. Conclusio : Præter electionem mediorum ad ordinem intentionis requiritur decretum executivum de' iisdem mediis ab electione distinctum, seu usus, el pariler requiritur imperium. — VI. In quo tandem actu essentialiter et formaliter consistat prædestinatio..... 274

ARTICULUS SECUNDUS

De effectibus prædestinationis

I. Prædestinatio secundum seipsam nihil ponit in prædeslinato sed multa in prædeslinato ponit executio prædestinationis. — II. Quinam sint proprii effectus prædestinationis. — III. De vocatione. — IV. De justificatione. — V. De glorificatione. — VI. De effectibus naturalibus, qui per accidens ducunt ad vitam æternam 281

ARTICULUS TERTIUS

De reprobatione

I. Notio reprobationis. — II. Prima conclusio : Datur in Deo reprobatio ; ita quidem ut nemo ad pœnam damnetur nisi prævisa culpa. — 111. Quæstio scholastica de reprobatione negativa. — IV. Secunda conclusio : Datur aliqua reprobatio negativa, quæ tamen nullam importat injustitiam nec ullatenus excludit voluntatem salvificam antecedentem. — V. Tertia conclusio : Reprobatio negativa non consistit in mera non electione, seu omissione electionis. — VI. De actibus in quibus reponitur reprobatio. — VII. De duplici explicatione Thomistarum. — VIII. De inotivo reprobationis. — IX. De effeci ibus reprobationis.....'... 28&

ARTICULUS QUARTUS

In gratuita Dei electione in praedestinatis

1. Omnes prindestiiuil i sunt a Deo electi et dilecti. — II. Quid certum, quidve controversum. — III. Prima conclusio : Elee-

tio discrelivn salvandorum a reprobis gratuita omnino est omnemquo meritorum pn....lentium antecedit. Probationes ex Script urii. I\ Probiil Iones ex Traditione. — V. Rationes theologica·. - VI. Ite gralultnlo priedeslinalionis contra quosdam congruisliis. VII. Secumlii ....iclusio : Prædestinatio sumpta pro pncpai:itIone ail gloriam in ordine intentionis est omnino gratuita, iu ordine nutem exacutionis confertur propter merita. VIII. Propius ad Tliomislas accedit Suarez, qui tamen graluitatem stricte dictam non valet efficaciter defendere.— IX. Pro solui ione difficultatum..... 295

ARTICULUS QUINTUS

De certitudine prædestinationis

I. Multiplex quæstio solvenda. — II. Ex parte Dei prædestinatio est omnino certa et infallibilis quoad consecutionem sui effectus ; nec tamen ullam imponit necessitatem. — 111. Certitudo prædestinationis non est tantum certitudo cognitionis et præscientiæ, sedeliam certitudo ordinis et causalilatis. -— IV. De certitudine prædestinationis cx parte prædestinati. — V. De signis prædestinationis. VI. Numerus prædestinatorum Deo certus est, non solum materialiter, sed etiam formaliter; imo non tantum ut præcognitus, sed etiam ul electus et prædefinitus. — VII. Quantus demum sit numerus electorum. — VIII. Prima conclusio : Majorem hominum partem non salvari est fere communis theologorum sententia. — IX. Secunda conclusio : Salvari majorem baplizatorum partem, prout hæc infantes et adultos complectitur, est sententia sat probanda. - X. Tertia conclusio : Majorem autem baptizatorum adulterum non catholicorum partem salvari valde dubium est. — XI. Quarta conclusio : Majorem tandem adultorum catholicorum partem salvari est valde probabile. — XIl. Prædestinatio quoad ipsam Dei præordimd ionem nullo modo juvatur precibus sanctorum ; juvatur tamen quoad effectum ad extra ... 309

QUÆSTIO DECIMA TERTIA

Praecipua capita doctrinæ de libro vitae, de potentia et beatitudine Dei

I. Notio libri vilæ. — II. Liber vilæ proprie respicit vilain gloriæ. — III. De libro vita· proprie sumpto nullus deleri potest ; de libro autem vilæ secundum quid potest aliquis deleri. — IV. De Dei potentia seu omnipotentia. — V. De divina beat.iludine..... 319

I RACTATUS SECUNDUS

DE SANCTISSIMA TRINITATE

QUÆSTIO PRIMA

De existentia SS. Trinitatis

ARTICULUS PRIMUS

Quomodo Sacra Scriptura teslelur existenliam SS. Trinitatis

I. De ipso vocabulo Trinitatis. — II. De ipsa re. — III. De revelatione mysterii Trinitatis in Veteri Testamento tria versari possunt. — IV. Communis est hodie sententia mysterium SS. Trinitatis non fuisse in Veteri Testamento omnibus propositum ut publice credendum. — V. Quibusdam tamen ex speciali privilegio potuit mysterium Trinitatis revelari. — Vi. Textus autem Veteris Testamenti qui SS. Trinitatem insinuare videntur ad quatuor classes revocari possunt. — VII. Discrimen est attendendum inter manifestationem Filii et manifestationem Spiritus Sancti in Veteri Testamento. — VIII. Ad Filium porro quod attinet, probari potest ex Veteri Testamento esse personam distinctam a Patre, imo et personam divinam, sed accedente lumine Novi Testamenti et Catholicæ Traditionis. — IX. Ex Scripturis Novi Testamenti Trinitas personarum certissime probatur. — X. Distinctio personarum in libris Novi Testamenti. — XI. Consubstantialitas seu divinitas Filii asseritur in libris Novi Testamenti. — XII. Evangelia synoptica. — XIII. S. Joannes. — XIV. S. Paulus. — XV. Consubstantialitas, seu divinitas Spiritus Sancti asseritur in libris Novi Testamenti..... 323·

ARTICULUS SECUNDUS

Probatur existentia Trinitatis ex traditione antenicæna el ex tota vita Ecclesiæ catholicæ

1. Difficultates fieri solitæ. — II. Concedi nequit Patres antenicænos vel Ecclesiam antenicænam circa substantiam mysterii defecisse HI. Testimonia Patrum Apostolicorum. — IV. Testimonia Patrum apologetarum. — V. Insigne testimonium S. Dionysii Papa·, an. 259. — VI. Quædam principia et regulæ ad solvendas difficultates quæ ex scriptis antenicænis depromuntur. — VII. Insipor testimonium apud S. Ephraein Syrum. — VIII. Dogma Trinil.di probatur ex tota vita Ecclesiæ, seu ex indefessa vigilantia qua Ecclesia impugnavit et damnavit oppo-

sitos errores. lie ριΐιηιι erroris forma. — IX. De altera erroris forma. X. Do tertia erroris forma. — XI. Præcipuæ declarationes Eit Ichlih 340

QUÆSTIO SECUNDA

De Processione divinarum Personarum

ARTICULUS PRIMUS

De existentia processionis in Deo

I. Notio processionis. — II. Errores. — III. Conclusio :JDatur in Deo vera ac realis processio ad intra. — IV. Rationes theologicae. — V. Quid sint proprie processiones in Deo..... 352

S

ARTICULUS SECUNDUS

Utrum aliqua processio in divinis
I *generatio dici possit*

I. Duplex quæstio — II. De fide est processionem Verbi esse veram generationem et Verbum esse proprie Filium Dei. — III. Cur processio Verbi sit generatio : explicatio quam tradunt Patres Græci et explicatio quæ a Latinis evolvitur. — IV. Vera et propria ratio theologica desumitur ex natura intellectionis, quatenus processio Verbi omnes habet veræ generationis dotes. — V. De differentia generationis in creatis et in Deo. — VI. De differentia verbi divini et humani..... 358

ARTICULUS TERTIUS

De processione amoris

I. Triplex quæstio hic iterum ponitur. — II. De fide est esse in divinis processionem amoris, quæ est ipsa processio Spiritus Sancti, distinctam a processione Verbi. — III. De fide est processionem amoris in divinis non esse generationem et id quod procedit non esse genitum aut Filium, sed Spiritum. — IV. Cur processio Spiritus Sancti non sil generatio. — V. Vera igitur ratio theologica desumitur ex natura ipsa processionis amoris. — VI. Hinc intelligitur quomodo nominari debeat tertia persona et quæ sit operatio produciiva tcrliæ personæ. — VII. De fide est esse in Deo duas tantum processiones, et tres tantum personas. — VIII. Quomodo tamen hæc conciliari possint, tres personas intelligerc el esse unum Verbum, 1res personas amare et esse unum Spiritum..... 364

QUÆSTIO TERTIA

De Relationibus divinis

ARTICULUS PRIMUS

De notione et existentia relationum in Deo

I. Notio generica relationis. — II. Dogma fidei est reales esse in divinis relationes. — III. Rationes theologicæ. — IV. Notandum. — V. Quæ sit habitudo inter relationes divinas et essentiam divinam. — VI. Relationes in Deo non distinguuntur realiter ab essentia, sed ratione tantum et quatenus considerantur ex parte AD..... 372

ARTICULUS SECUNDUS

De distinctione el numero relationum divinarum

I. Relationes inter quas est oppositio realiter distinguuntur in Deo ; relationes autem quæ non opponuntur, sed sunt disparatae, non discriminantur a se invicem realiter. — II. Quomodo explicari possit relationes oppositas distingui realiter inter se et esse tamen unum cum essentia. — III. Quatuor sunt in Deo relationes reales. — IV. Propria nomina relationum divinarum. — V. At, si sunt quatuor relationes reales in Deo, cur sint tres tantum personæ. — VI. Quanti ergo sit momenti doctrina de relationibus ad mysterium SS. Trinitatis explicandum 378

QUÆSTIO QUARTA

Praecipua capita doctrinae de notione et applicatione vocis « personæ » in divinis

I. De personæ definitione. — II. De hypostasi. — III. Nomen personæ Deo vere et proprie convenit, excellentius tamen quam creaturis. — IV. Persona communiter sumpta non significat aliquid relativum, sed aliquid absolutum ; in divinis autem signifient relationem, non formaliter quidem ut relationem, sed ul esi ros subsistens. — V. De pluralitate personarum. — VI. Nomen personæ est commune tribus personis secundum rationem, non quidem sicut genus, el species, sed sicut individuum vagum. Vil. Quædam loquendi regulæ..... 385

QUÆSTIO QUINTA

De divinarum personarum cognitione

ARTICULUS PHIMUS

Quid non posuit uri possit ratio respectu mysterii SS. Trinitatis cognoscendi

I. Duplex errorum classis. — II. De prima theoria. — III. De altera theoria. — IV. Doctrina autem catholica hæc est : Trinitas divinarum personarum vim rationis sic excedit ut citra revelationem non possit cognosci, nec, supposita revelatione, possit ex solis principiis rationalibus demonstrari. — V. Solvuntur difficultates. — VI. Nec etiam potest ratio humana probare positive et apodictice mysterii possibilitatem. — VII. Ratio tamen plura subsidia præbet fidei ; quadruplexque præsertim habet munus circa mysterium Trinitatis 391

ARTICULUS SECUNDUS

Doctrina theologica de notionibus

I. De notionibus in divinis. — II. Necesse est ponere in divinis notiones, nec ullatenus divinæ simplicitati id officit. — III. Quinque sunt notiones in divinis, nec plures nec pauciores. — IV. Actus notionales. — V. Proprietates. — VI. Differentia inter notiones, proprietates et relationes, non est nisi rationis, secundum modum significandi. — VII. Generalis conspectus..... 400

QUÆSTIO SEXTA

De Persona Patris ejusque nominibus

1. Nomen « Principii » sumptum notionaliter est Patri proprium. — II. Licet Pater dicatur principium, non tamen Filius et Spiritus Sanctus dici possunt principiala, nec Pater dici potest causa Filii et Spiritus Sancti: HI. Qua ratione Paler dicatur principium totius Deitatis. IV. An nomen principii convenire etiam possit. Filio et Spiritui Sancto. — V. Nomen « Pater » notionaliter accepi uni est proprium primæ personæ. — VI. Nomen « Pater » personaliter acceptum per prius dicitur in divinis quam essentialiter acceptum. — VII. Esse « ingenitum », prout vocabulum significat id quod nullo modo est ab alio, proprium est Patri..... 104

QUÆSTIO SEPTIMA

De Persona Filii ejusque nominibus

I. Nomen Verbi in divinis est personale, non essentiale. — II. De intellectione, dictione et Verbo in divinis. — III. Veibi nomen est secundæ personæ proprium, ita quidem ne debeat excludere nomen Filii. — IV. In nomine Verbi importatur etiam respectus ad creaturas. — V. Nomen imaginis proprie acceptum est nomen personale. — VI. Nomen imaginis ita est Filio proprium ut neque Patri neque Spiritui Sancto convenire possit. — VII. De aliis nominibus secundæ personæ..... ?..... 410

QUÆSTIO OCTAVA

De persona Spiritus Sancti ejusque nominibus

I. Ex usu Scripturæ et consuetudine Ecclcsiæ nomen « Spiritus Sancti » est tertiæ personæ proprium. — II. Utrum Spiritus Sanctus procedat a Filio. Status quæstionis. — III. Ex Scriptura probatur Spiritum Sanctum a Filio procedere. — IV. Traditio patristica. —V. Insigne testimonium Ecclesiæ Orientalis de processione Spiritus a Patre et Filio. — VI. Documenta ecclesiastica. — VII. Rationes theologicæ. — VIII. De additione « Filioque » in symbolo. — IX. De formula : Utrum Spiritus Sanctus procedat a Patre per Filium. — X. Pater et Filius sunt unum principium Spiritus Sancti. — XI. De nomino Amoris. Utrum sit nomen proprium Spiritus Sancti. — XII. Quonam sensu dici possit Patrem et Filium diligere se Spiritu Sancto. — XIII. De nomine Doni. — XIV. De cæteris nominibus tertiæ personæ..... 417

QUÆSTIO NONA

Præcipua capita doctrinæ de personis comparatis ad essentiam, proprietates, relationes et inter se

I. Personæ et essentia. — IL De prædicatione nominum in divinis. — III. De appropriatione. — IV. De quatuor formulis quibus sancti Doctores exprimunt praecipuas appropriationes. — V. Relationes ac proprietates et in personis sunt et personæ ipsæ sunt. — VI. Personæ divinæ potius per relationes quam per origines distinguuntur el. constituuntur. — VII. Utrum abstractis per intellectum relationibus adhuc remaneant hypostases. — VIII. De actibus notionalibus. — IX. De æqualitate et similitudine divinarum personarum ad invicem. — X. De circuminsessione seu circumincessione 433

QU/ESTIO DECIMA

Do Mlsslono divinarum personarum

ARTICULUS PHIMUS

De *operibun ad extra*

I. Omnia opera ad extra sunt loti Trinitati communia. — II. Testimonia S. Scripturæ. — 111. Doctrina Patrum. — IV. Doctrina theologica..... 445

ARTICULUS SECUNDUS

De ipsis missionibus

I. Notio missionis personarum. — II. Hinc quædam loquendi regulæ. — III. Tandem requiritur ad missionem ut effectus ille temporalis sit distinctus a creatione. — IV. Missio invisibilis divinæ personæ fit per infusionem gratiæ sanctificantis eamque solam. — V. Confirmatur et ostenditur alia dona supernaturalia seclusa charitate non sufficere ad missionem invisibilem personæ divinæ. — VI. Quænam persona possit mitti et quænam possit mittere. — VII. Missio invisibilis fit ad omnes qui sunt participes gratiæ sanctificantis. — VIII. Hinc quædam corollaria maxime notanda. — IX. De missione visibili. — X. Duplex est species missionis visibilis, scilicet visibilis substantialiter et visibilis repræsentative. — XI. Quatuor recensentur missiones visibiles repræsentativæ, Spiritui Sancto propriæ. — XII. Devotio erga SS. Trinitatem. 450

QUÆT1O UNDECIMA

Conspectus syntheticus fundamentalium principiorum vel conclusionum de Trinitate, In quibus comparantur doctores Ecclesiæ Orientalis et doctores Ecclesiæ Latinæ.

I. In quibus fieri debeat comparatio. — II. De ipsa notione Trinitatis. — III. De processionibus divinis. — IV. De relationibus divinis. — V. De circumincossione vel circuminsessione. — VI. De appropriatione. - VIl. De operibus ad extra. — VIII. Concludendum. — IX. Theologi veteres ante S. Thomam. — X. Finis Tractatus..... 461

TRACTATUS DE DEO CREATORE ET GUBERNATORE

QUÆSTIO PRIMA

De Deo Prima omnium Causa

ARTICULUS PRIMUS

De Deo prima causa omnium efficiente

I. Sensus quæsiti.— II. Errores. — III. Testimonia scripturistica.. — IV. Testimonia patristica. — V. Documenta ecclesiastica. — VI. Argumenta quæ demonstrant omne ens, quod quocumque modo est, a Deo causari. — VII. Solvitur difficultas. — VIII. Argumenta quæ probant materiam esse a Deo creatam. — IX. SS. Patres arguunt ex conditione materiæ et ex natura Dei..... 469

ARTICULUS SECUNDUS

De Deo prima causa omnium exemplari

I. Triplex conclusio stabilienda. — II. De exemplarismo platonico. — III. Vera notio causæ exemplaris. — IV. Prima conclusio : Deus est prima causa exemplaris omnium rerum. — V. Hinc sequitur illa exemplaria esse ipsam divinam essentiam cognitam ut imitabilem et participabilem ad extra. — VI. Secunda conclusio : Licet Deus sit primum exemplar, sunt tamen in creatis quædam exemplaria rerum..... 480

ARTICULUS TERTIUS

De Deo causa omnium finali

I. Principium S. Thomæ, quo varii errores excluduntur. — II. Prima conclusio : Deus mundum condidit non ex indigentia vel necessitate, sed liberrime, ad bonitatem suam communicandam ; ita ut bonitas divina sil finis omnium. — III. Hinc, colligitur Deum esse maxime liberalem. — IV. Secunda conclusio : Duplex fuit in rerum productione finis : unus principalis el ultimus, qui est gloria Dei externa, alter vero secundarius el proximus, qui est perfectio creaturæ, ac signanter folirllas creaturæ rationalis. — V. Inde solvitur difficultas el eruitur Deum non posse egoismi seu philautiæ

argui. VI, Indo quoquo liquet finem croiitionis ultimum, scilicet Dei gloriam, e|. llnimi priixlniiini, nempe creatura; rationalis felicitatem, iir<4e ‹4 Intime eminoel ı. VII. Inde tandem eruitur requiri nd eroni louis llninn ut adsint in mundo creaturæ rationales..... 484

QUÆSTIO SECUNDA

De modo emanationis rerum a. primo Principio seu de Creatione

ARTICULUS PRIMUS

De ipso creationis dogmate

I. De genuino creationis conceptu. — II. Notio creationis ex concilio Vaticano. — III. Apud Patres. — IV. Probationes quæ ostendunt ipsum creationis factum. — V. Hinc sequitur creationem non esse mutationem, licet intelligatur et significetur ut mutatio. — VI. Inde quoque colligitur creationem active sumptam esse actionem divinam, passive autem sumptam esse relationem realem ac prædicamentalem, quæ creaturam refert ad Deum ut ad principium sui esse. — VII. Quapropter creatio passive sumpta est in creatura et est creatura. — VIII. Inde tandem concluditur ea quæ proprie creantur esse subsistentia..... 489

ARTICULUS SECUNDUS

Cui competat creare

I. Triplex quæstio. — 11. Prima conclusio : De tide est solum Deum esse creatorem. – III. Secunda conclusio : Intrinsece repugnat ut creaturæ communicetur virtus creandi per modum causæ principalis. — IV. Tertia conclusio : Implicat quoque creaturam creare posse etiam ut causam instrumentaient. — V. Utrum creare sit alicui personæ divinæ proprium, an Loti Trinitati commune. -- VI. Creatio est communis tribus personis. VII. Creatio convenit personis secundum id quod est essentiale et. commune. — VIII. Creatio tamen personis convenit ordino quodam. IX. Processiones personarum necessaria· sunt ut Deus creet. — X. Hinc intelligitur qua ratione creatio per appropriationem unicuique personæ specialiter attribuatur. XI. Ex his principiis colligitur quomodo in omnibie. creaturis inveniatur aliqua SS. Trinitatis repraesentatio : In creaturis quidem irrationalibus per modum *vestigii,* in creat uris autem rationalibus per modum *imaginis.* — XII. Hinc demum concluditur creationem non admisceri operibus naturæ nec a fortiori operibus artis 497

QUÆSTIO TERTIA

De Principio durationis rerum creatarum

ARTICULUS PRIMUS

Ulruin universitas crelurarurn semper fuerit

I. Errores. — II. Fides catholica. — III. Rationes theologicae. — IV. Quo sensu dicatur Deus creasse in principio..... 506·

ARTICULUS SECUNDUS

De possibilitate creationis ab æterno

I. Quo sensu concedi debeat : « mundum incepisse est articulus fidei ». — II. De quaestione autem controversa, an possit ratio demonstrare repugnantiam creationis ab æterno, neque Scriptura neque Patres aliquid certi decernunt. — III. Theologi priores vel coævi S. Thomæ. — IV. Theologi post S. Thomam.—V. Quid concludendum..... 510

QUÆSTIO QUARTA

De rerum distinctione

ARTICULUS PRIMUS

De ipsa rerum distinctione el inaequalitate ac mundi unitate

I. Quadruplex errorum classis. — II. Fides catholica. — III. Rationes theologicæ. — IV. Sicut distinctionis, ita et inæqualitatis rerum causa est Deus. — V. De mundi unitate. — Mundus est unus, non quidem unitate substantiæ, sed unitate ordinis. — VI. Licet autem Deus crearet alios et innumeros mundos, nostro perfectiores, haberent semper aliquam unitatem ordinis..... 515

ARTICULUS SECUNDUS

De malo

I. Quæstio dogmatica. — II. Definitio mali ex ratione boni accipitur. III. Bonum et malum in moralibus. — IV. Hinc omnino liquet bonum non esse naturam, sed omnem naturam esse bonam. V. Inde etiam apparet qua ratione bonum dicatur agere. VI. Malum existit realiter in mundo non ut ens quoddum positivum, sed ut realis privatio seu realis

corruptio. VII Ia ipilbus Iterum sequitur malum esse in bono tainqiiiiin In ••iil»j···'Io. VIII. Malum non potest tolaliter destruere bonum , svd, licet removeat totaliter bonum sibi oppositum, nimqmim liinicn destruit subjectum in quo est, neque totaliter doslrult habilitatem subjecti ad bonum tametsi minuat. IX. In prtesenli statu naturæ lapsæ malum creaturæ rationalis est poena vel culpa. — X. Plura notatu digna. XI. Culpa plus habet de ratione mali quam pœna..... 520

ARTICULUS TERTIUS

De causa inali

I. Malum nonnisi a bono causatur. — II. Bonum potest esse mali causa materialis, seu subjectum ; causa autem efficiens, non per se, sed per accidens ; causam vero formalem et finalem malum non habet. — III. Deus nullo modo est causa mali culpæ ; est autem causa mali physici et pœnæ non per se, sed per accidens. – IV. Corollaria. — V. Bepugnat existere summum malum quod sit malorum omnium causa prima... 528

QUÆSTIO QUINTA

Conspectus syntheticus totius doctrinæ catholicae de Creatione

I. De fide est Deum esse unum universorum *principium* a mundo distinctum. — II. De Fide est Deum esse mundi conditorem per creationem stricte dictam. — III. De fide est non dari materiam improductam et Deo coæternam. — IV. De fide est Deum creasse non ex *necessitate,* sed liberrimo consilio. — V. De fide est Deum creasse non ex indigentia, non ad augendam suam beatitudinem, nec ad acquirendam, sed ad *manifestandam* perfectionem suam per bona quæ creaturis impertitur. — VI. Esi do llde *solum* Deum esse creatorem; est doctrina certa, liccl non definita, nullam creaturam posse adhiberi a Deo ut causam creationis principalem ; est doctrina communior créai uram non posse adhiberi ul instrumentum creationis. VII. Esi de fide mundum non esse ab æterno, sed incepisse, seu conditum esse in principio temporis; licet de possibilitate irleniæ creationis libere disputetur. — VIII. De fide est Deum esse auctorem distinctionis et inæqualitatis rerum. IX. De fide est omnem creaturam esse bonam, Deumque nullatenus esse posse auctorem mali culpæ, sed solum mali physici et pœnæ, quod tamen ad finem altiorem ordinat. — X. Quid vero dicendum de cognoscibilitate creationis. — XI. At, si cognoscibilitas non est definita,

eruit ni' tu n ex concilio, ut conclusio certa. — XII. Est doctrina Ei i lesia? angelos el mundum corporeum conditos fuisse *simul.* XIII. Quæstionem de diebus genesiacis Ecclesia non solvit, sed libertatem concedit exegetis qui vciiinl.eni Scripturae inconcussam tenent. — XIV. Nec etiam qiiæsl ionem de origine specierum solvit fides, quæ tamen excludit evolutionem mere passivam, cum naturali tantum causarum irrationalium et fortuitarum concursu. — XV. Ad hominem quod attinet, evolutio absoluta repugnat doctrinæ catholicae. — XVI. De antiquitate mundi Ecclesia nihil determinavit, sed non sinit antiquitatem hominis indefinite augere..... 533

QUÆSTIO SEXTA

De Deo Gubernatore

ARTICULUS PRIMUS

De gubernatione rerum in communi

I. Notio et definitio. — 11. Errores. — Doctrina fidei.— III. Prima conclusio : Deus mundum quem condidit sapientissime gubernat. — IV. Hinc pietatis corolla ium. V. Secunda conclusio : Finis ultimus gubernationis mundi est aliquid mundo extrinsecum, licet fines intermedii sint aliquid intrinsecum. — VI. Tertia conclusio : Unus est mundi rector et gubernator. — VII. Quarta conclusio : Gubernationis effectus principalis est unus, scilicet assimilatio ad bonum divinum ; effectus autem generales sunt duo, nempe conservatio et motio ad bonum ; effectus demum in particulari sunt nobis innumerabiles. — VIII. Quinta conclusio : Omnia etiam infima et minima divinæ gubernationi subduntur. — IX. Sexta conclusio : Omnia immediate gubernantur a Deo quantum ad rationem gubernationis : sed quoad gubernationis executionem, etiam causarum secundarum consortium Deus adhibet. — X. Septima conclusio : Nihil potest evenire præter ordinem gubernationis generalis qua Deus ad finem ultimum omnia disponit : aliquid tamen potest contingere præter ordinem gubernationis particularis, qua Deus causas particulares ad finem particularem dirigit. — XI. Octava conclusio : Nihil renititur, seu obedit quasi reluctans, ordini gubernat ionis divinæ in communi ; sed tantum in speciali..... 540

ARTICULUS SECUNDUS

De conservatione rerum

I. Notio. — II. Quæstiones solvendæ. — III. Prima conclusio :

Creatura· jugi rl dircclo m positivo influxu Dei conservantis indigent, ul in ncccplo ı·i·..· perseverent. — IV. Secunda conclusio : Conservatio rerum n Deo non est per aliquam novam actionem, sed per coni Innui ionem actionis qua dat esse. — V. Tertia conclusio : ‹ Himin conservantur immediate a Deo in esse; quædam quidem n Deo solo, quædam vero mediantibus causis secundis. VI. Qunrlii conclusio : Licet possit Deus omnia in nihilum redigere, nihil tamen unquam in nihilum rediget.— VIII. Corollarium..... 548

ARTICULUS TERTIUS

De mutatione creaturarum a Deo

I. Ordo quæsitorum. — II. Prima conclusio : Potest Deus immediate movere materiam ad formam. — III. Secunda conclusio : Deus potest quocumque motu corpora immediate movere. — IV. Tertia conclusio : Deus movet immediate intellectum creatum. — V. Quarta conclusio : Proprium est Dei movere efficaciter voluntatem, sive moraliter, per modum objecti, sive efficienter, interius eam inclinando. — VI. Solvitur difficultas de motore exlrinseco 554

ARTICULUS QUARTUS

Utrum Deus operetur in omni operante

I. Duo extremi errores. — II. Prima conclusio : Occasionalismus est omnino rejiciendus. — III. Secunda conclusio : Præter creationem et conservationem, admittendus est *immediatus* Dei influxus in causis secundis, quoties aclu operantur. — IV. Qualis autem debeat esse influxus, an prævius an vero simultaneus tantum ? - Exponuntur senlentiæ. — V. Tertia conclusio : Influxus divinus quo indigent causæ secundæ ad operandum est prævius et physicus, qui creaturam etiam liberam præmoveal el prædeterminet ad singulos actus, secundum modum qui creaturæ convenit, et intacta libertate. — Probatur ex S. Thoma. VI. Probatur ex Catechismo Concilii Tridentini. VII. Probatur argumentis metaphysicis. — VIII. XI. — Aliae probationes..... 558

TRACTATUS DE ANGELIS

QUÆSTIO PRIMA

De substantia Angelorum absolute

ARTICULUS PRIMUS

De angelorum exislenlia

I. De ipso vocabulo. — II. Errores de angelorum existenlia. — III. De triplici via qua possit angelorum existentia demonstrari. — IV. Argumentum scripturisticum. — VI. Traditio patristica et declarationes Ecclesiae. — VII. Argumenta metaphy sica. 1° Quoad possibilitatem. — VIII. 2° Ad factum quod attinet, existentiam substantiarum spiritualium completarum, seu angelorum, optime suadent, licet non apodictice demonstrent, argumenta a priori. — IX. Argumenta a posteriori et quasi historica, ex manifestatione virtutis angelicae..... 570

ARTICULUS SECUNDUS

De absoluta spiritualilale angelorum

I. Opiniones. — II. Doctrina S. Scripturae. — III. Declarationes Ecclesiae. — IV. Rationes theologicae. — V. Solvuntur difficultates el dubia elucidantur. — VI. Hinc apparet pulchritudo et excellentia doctrinae S. Thomæ..... 579

ARTICULUS TERTIUS

De numero angelorum

I. Opiniones. — II. Prima conclusio : Ingens est angelorum multitudo, quæ nulla certa ratione definiri potest. — III. Secunda conclusio : Rationabiliter dici potest angelorum multitudinem excedere numerum substantiarum materialium quasi incomparabiliter. — IV. Præfatum axioma experientia quadantenus comprobatur..... 585

ARTICULUS QUARTUS

(Juomodo angeli ab inuicem differani

1. Quid certum, quid Hibere controversum. — II. Præcipuæ theologorum sententia·. — III. Conclusio : Omnes angeli specie

differunt. — IV. Quid ‹ >n>.imdmn de sententia quæ tenet angelos, Heel de ΓιкΙ.ο dlffonml >qiecie, POSSE tamen ABSOLUTE esse solo numero dihlIιкΊομ V. Concludendum.... 588

AUTICUI.U» QUINTII»

De incorruptibilitate ▮•ευ immortalitate angelorum

I. Notiones præviæ. - II. Doctrina ciithollcii III Demonstratur angelorum immortalitas ab intrinseco. IV. Demonstratur immortalitas ab extrinscco. V. Qua ratione diei possint angeli corruptibiles, seu defectibiles 592

QUÆSTIO SECUNDA

De comparatione angelorum ad corpora

ARTICULUS PRIMUS

Ulrilm angeli habeant corpora sibi naturaliter unita

I. Ratio articuli. — II. Veterum opiniones. — III. Doctrina catholica. — IV. Rationes theologicæ. — V. Cur angelus non vivificet corpora 595

ARTICULUS SECUNDUS

De apparitionibus angelorum in corporibus assumptis

I. Quæstiones solvendæ. — II. Angeli assumunt quandoque corpora ; ita nempe ut eoruin apparitiones contingant, non secundum imaginationem tantum, sed secundum corpora realiter assumpta. - III. De conditionibus ad assumptionem requisitis. — IV. De modo quo liat assumptio. — V. Utrum omnes apparitiones Dei fuctæ fuerint per angelos. — VI. De apparitionibus Christi. VII. De apparitionibus B. Mariæ Virginis et sanctorum. VIII. De apparitionibus dæmonum. — IX. Angeli in corporibus assumptis veras exercent operationes ; quæ non sunt tamen vitales proprie et intrinsece, sed similitudinarie vel extrinsece dumtaxat. — X. De symbolica ratione corporis assumpti..... 599-

QUÆSTIO TERTIA

De loco et motu locali angelorum '

ARTICULUS PRIMUS

De ipso loco angelorum

I. Doctrina catholica de loco angelorum. — 11. De ratione formali qua angeli sunt in loco : variæ sententiæ. — III. Conclusio : Angeli sunt in loco, non ratione ipsius substantiæ, nec ratione alicujus modi intrinseci aut physici, sed per applicationem virtutis proprie dictam, quæ est ipsa operatio — IV. Solvitur difficultas. — V. De præsentia angelorum in loco violento. — VI. Secunda conclusio : Angelus non potest esse naturaliter in pluribus locis adæquatis simul ; bene tamen esse potest simul in pluribus locis inadæquatis, etiam distantibus intra sphæram suæ activitatis. — VII. Tertia conclusio : Plures angeli non possunt esse in eodem loco formali et adæquato ; bene tamen in eodem loco materiali, vel etiam formali inadæquato.. 606

ARTICULUS SECUNDUS

De motu locali angelorum

I. Ratio el utilitas hujus quæstionis. — II. Angeli moveri possunt localiter, motu sive continuo, sive discreto, sive per accidens, sive per se. — III. Quando angelus movetur motu continuo, necessario transit per medium ; quando autem movetur motu discreto, potest vel per medium, vel non per medium transire. — IV. Si tamen angelus movet corpus de loco in locum,debet moveri motu continuo et transire per medium. — V. Motu sive continuo sive discreto nequit angelus in instanti moveri. — VI. Quanam duratione mensurentur angeli motus. — VII. De facultate motiva in angelis..... 611

QUÆSTIO QUARTA

De cognitione Angelorum

ARTICULUS PRIMUS

De cognitione angelorum in seipsa

1. De distinctione inter substantiam angeli et ejus intellectionem. — 11. De distinctione inter intelligere angeli et ejus esse. — 111. De distinctione inter intellectum angeli et ejus essentiam. — IV. Facultas Intellectiva in angelis non dividitur in intellec-

tum agentem et pi»·· ilnleiii V. In angelis non est alia cognitio præter intellectivum. VI. Nec est concipienda in angelis virtus motiva ab Intellectu el voluntate distincta. — VII. Compendium ImjiiH duel rhui' 615

a inicui.us sr«;un dus

De medio cognitionis angelicæ

1. Ordo tractationis. · II. Necessitas et existentia specierum intelligibilium in angelis. 111. Utrum angeli intelligent per species a rebus acceptas. Sententiæ. — IV. Conclusio : Species intelligibiles angelorum non sunt a rebus acceplæ, sed a Deo cum natura inditæ. — V. Nec etiam a rebus spiritualibus possunt angeli species intelligibiles recipere. — VI. Species itaque angelicæ non sunt Λ rebus sed dici possunt esse AD res. — · VII. Quo sensu species angelicæ dici possint proprietates. — VIII. Difficultas maxima est quomodo species angelicæ, si sint ab initio infusæ, non repræsentent ab initio futura. — IX. Censendum est aliquid novi concurrere in præfala cognitione ; non quidem ex parte speciei, sed ex parte luminis, quod de novo adjuvat et illustrat intellectum actu cognoscentem. — X. De speciebus universalioribus pro dignitate angelorum. - XI. Conclusio : Angeli inlelligunt per species universales, et quanto superiores sunt tanto pauciores et universaliores species suscipiunt. — XII. Hinc iterum innotescit pulchritudo, decor et. harmonia doctrinæ thomisticæ..... 622

ARTICULUS TERTIUS

De objecto spirituali cognitionis angelicae

1. Ordo tractationis. — II. Angelus cognoscit se per suam substantiam gerentem vices speciei inlelligibilis. — III. Indiget tamen angelus ad se cognoscendum specie expressa, seu verbo mentali. — IV. Quilibet angelus alios cognoscit per species in sua creatione a Deo inditas. — VI. Ut autem angelus inferior superiorem comprehendat, requiritur quædam in speciebus illuminatio. — VI. Per suas naturales vires angeli aliquam habent Dei notitiam, non quidem immediatam et propriam, sed imperfectam el mediatam, nostra tamen præstantiorem. — VII. Sic igitur institui potest analysis hujus cognitionis 633

ARTICULUS QUARTUS

De allero objecto cognitionis angelicæ

I. Angeli cognoscunt res materiales per species intelligibiles a Deo sibi inditas. — II. De illo effato S. Doctoris : « Quod in inferioribus continetur delicient er et partialiter et multipliciter,

in superioribus continetur eminenter et per quamdam totalitnteni nt simplicitatem. » — III. De cognitione singularium IV. Conclusio : Angelus cognoscit singularia per species n Deo inditas, quæ repræsentant res non solum quoad naturam universalem, sed etiam quod eorum singularitatem ; ita ut eadem species perfecte exhibeat et naturam specificam et omnia singularia et accidentia. — V. Hinc innotescit differentia inter modum divinum, modumque angelicum et modum humanum quo cognoscuntur singularia. — VI. Futura necessaria et ea quæ ut in pluribus eveniunt possunt angeli naturaliter cognoscere, certo vel conjecturaliter ; futura autem contingentia et libera naturaliter non cognoscunt ; sed cognoscere hujusmodi futura in seipsis est solius Dei. — VII. Cur in speciebus ab initio infusis non cognoscantur actu futura. — VIII. De cognitione præteritorum. — IX. Secreta cordium non possunt angeli naturali virtute cognoscere, nisi externe illa manifestentur. — X. De manifestatione secretorum cordis quæ fleri potest per signa externa, sensus externos, vel internos, appetitum vel species acquisitas. — XI. Mysteria gratiæ angeli cognitione naturali non cognoscunt ; cognitione autem supernatural!, sive inchoata viæ sive perfecta patriæ, cognoverunt atque cognoscunt mysteria gratiæ, non tamen omnia, sed prout voluerit Deus revelare. — XII. De medio in quo angeli beati cognoscunt mysteria gratiæ..... 638

ARTICULUS QUINTUS

De modo cognitionis angelicæ

1. Angeli nunquam sunt in potentia ad actum primum relate ad res quas naturaliter cognoscunt ; licet autem sint in potentia ad actum secundum, relate tamen ad visionem in Verbo et ad naturalem sui cognitionem, sunt semper in actu secundo. — II. Quænam ergo angelus videat semper in actu secundo. — III. Suntne in angelis habitus. — IV. Angeli possunt illa SIMUL intelligere quæ per modum UNIUS et unica specie intelligunt, non vero quæ per diversas species inditas repræsentantur. — V. Angeli non intelligunt discurrendo. — VI. Angeli non intelligunt componendo et dividendo. — VII. In intellectu angelico non potest esse falsitas per se, sed per accidens dumtaxat, non quoad naturalia, sed quoad supernaturalia. — VIII. Ex doctrina S. Augustini cognitio angelica potest dividi in matutinam et vespertinam. — IX. Cognitio matutina et cognitio vespertina sensu proprio accept» differunt..... 649

QUÆSTIO QUINTA

De voluntate Angelorum ojusque actu

articulus phimus

De ipsa l'ohtnlale uni/rlorum

I. Esse in angelis voluntatem et tide et ratione constat. II. Voluntas angelorum realiler differt ab eorum essentia et intellectu. — III. Invenitur in angelis liberum arbitrium. — IV. Voluntas angelorum, sicul generatim appetitus rationalis, non dividitur in irascibilem et concupiscibilem. — V. Quinam motus et virtutes possint esse in angelis 655

articulus secundus

De amore seu dilectione angelorum

I. Praenotanda. — II. In angelis est amor naturalis circa quaedam objecta. — III. Præter dilectionem naturalem invenitur in angelis etiam dilectio electiva, quæ a dilectione naturali tamquam a suo principio derivatur. IV. Seipsum autem diligit angelus dilectione tum naturali tum electiva. V. Unus angelus naturali dilectione alium diligit sicut seipsum, in quantum convenit in natura; at vero in quantum convenit in aliis quam natura vel differt, amat libero, imo potest odio habere. — VI. Deum consideratum ut bonum commune omnium quælibet creatura, el idcirco angelus, hoc modo naturaliter, seu necessario, plus diligit quam seipsam implicite ; dilectione autem explicita quælibet creatura rationalis potest et tenetur diligere Deum plus quam seipsam..... 659

QUÆSTIO SEXTA

De his quæ pertinent ad creationem Angelorum

ARTICULUS PRIMUS

De productione angelorum in esse naturæ

I. Errores de creatione angelorum. 11. De fide est angelos omnes fuisse immediate ex nihilo conditos. III. Tenendum est angelos omnes creatos fuisse simul, non successive. — IV. Angeli non sunt creati ab irterno, scii initio temporis. — V. Utrum angeli sint creati ante mundum corporeum. Sententiae Patrum — VI. Conclusio : Angeli non fuerunt creati ante mundum corporeum, sed cum eo imul. VII. Probabile esi angelos fuisse in cœlo conditos 667

ARTICULUS SECUNDUS

Dr perfectione angelorum in esse gratiæ et gloriæ

I. lie beatitudine angelorum naturali. — II. Angeli non fuerunt creati in beatitudine supernaturali. — III. Indiguerunt angeli gratia ut converterentur in Deum prout est objectum beatitudinis supernaturalis. — IV. Utrum angeli sint creati in gratia. — V. Prima conclusio : Omnes angeli habuerunt gratiam sanctificantem in via antequam ad terminum beatitudinis vel damnationis pervenerint. — VI. Secunda conclusio : Omnes angeli a primo suæ creationis instanti gratiam sanctificantem acceperunt. — VII. Simul cum gratia infusas habuerunt virtutes quæ gratiam comitantur et substantiæ spirituali conveniunt. — VIII. Receperunt autem gratiam per propriam dispositionem ; seu per actum liberum quoad exercitium, licet necessarium quoad specificationem. — IX. Utrum et quomodo angelus beatus suam beatiludinem meruerit. — X. Conclusio: Angeli beatiludinem supernaturalem debuerunt mereri et de facto meruerunt actibus illam etiam duratione precedent ibus. — XI. Angelus post unum perfectum charitatis actum beatitudinem habuit. — XII. Quot igitur fuerint instantia viæ angelorum. — XIII. Quantum duraverint illa instantia. — XIV. Gratiam el gloriam receperunt angeli cum proportione ad perfectionem nature, ita videlicet ut qui perfectiorem habebant naturam, majorem quoque reciperent gratiam et gloriam. — XV. Remanet in angelis tam cognitio quam dilectio naturalis. XVI. Angelus beatus nullo prorsus modo, ne venialiter quidem, potest peccare. — XVII. Angeli non possunt proficere in beatitudine essentiali sed tantum in accidentali 669

QUÆSTIO SEPTIMA

De Angelorum malitia quoa'1 culpam

ARTICULUS PRIMUS

De naturali cujusvis creaturae de/eclibilitale

1. Plura certe de fide. — II. Plures hypotheses de quibus plena esse delict inter theologos consensio. III. Quæstio proprie controversa. IV. Prima conclusio : Repugnat creatura simpliciter el absolute impeccabilis. · V. Secunda conclusio : Non est improbabile dari posse creaturam quæ non possit peccare directe lonlru legem naturalem; cujusmodi esset angelus in statu natura' pure conditus. — VI. Tertia conclusio : Potest angelus indirecte contra legem naturalem peccare, legem super-

naturalem viu'ii ido, mil legem ordinis naturalis, sed positivam, qua: Idcirco importet prieeepliim novum legi naturali superadditum. \ II. Solvitur illllllcullas et explicatur quomodo possit i.....catum in mentes angelicas subrepere. — VIII. Sic ergo institui potest brevis analysis lapsus, seu peccati angelorum..... 686

ARTICULUS SECUNDUS

De *primo angelorum peccato*

1. Opiniones præcipuæ recensentur. II. Prima conclusio : Licet omnia peccata secundum reatum sint in daemonibus, secundum affectum tamen non possunt esse nisi superbia et invidia et ea quae ex superbia et invidia consequuntur. III. Secunda conclusio : Primum diaboli peccatum fuit superbia, non invidia, vel inobedienlia.— IV. Tertia conclusio : Peccatum superbiae in angelis malis reponitur in eo quod appetierint esse ut Deus; non quidem per æquiparantiam, nec per unionem hypostaticam ; sed per quamdam similitudinem, appetendo ut finem ultimum quod propria virtute consequi poterant, vel beatiludinem supernaturalem per virtutem suæ naturæ. — V. Corollaria 692

ARTICULUS TERTIUS

Plura elucidantur de angelorum lapsu

I. Dæmones non sunt naturaliter mali, sed propria voluntate facti sunt mali. — 11. Diabolus nec fuit nec potuit esse malus in primo instanli per culpam propriæ voluntatis. — III. Probabilior sententia est post primum instans suæ creationis diabolum peccasse. IV. Utrum angelus supremus inter peccantes fuerit supremus inter omnes. — V. Peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi, non quidem cogens, sed inducens. — VI. Plures angeli permanserunt quam ceciderunt. — VII. Probabile est de quolibet ordine aliquos cecidisse..... 698

ARTICULIS QUARTUS

De poena daemonum

1. Ex duplici capite attendi potest perna in dæmonibus. — II. Intellectus in dæmonibus non est ita obtenebratus ut remaneat omni cognitione veritatis privatus. — III. De obstinatione voluntatis in dæmonibus. IV. Conclusio : Post primum peccatum dæmones perfecte sunl obstinai i in malo, cx ipsa liberi arbitrii inflexibilitate, ita ul nec tempus nec locum habeant pœnitentiæ. — V. Corollarium respectu animæ separulu·.

VI. Dolor i·· l in dæinonibus ; non quidem ut est passio sed ut désignai act uni voluntatis. — VII. Quomodo ignis torquent dæmones. — VIH. De loco poenali angelorum. — IX. Quæstio connexa de, certa cognitione suæ damnationis, quam habent dæmones. — X. Pietatis corollarium..... 703

QUÆSTIO OCTAVA

De ministerio Angelorum

ARTICULUS PHIMUS

De illuminatione angelorum

I. Notio illuminationis et locutionis. — 11. Doctrina de angelorum illuminatione. — III. Datio theologica. IV. De modo quo fiat illuminatio variæ sententliæ. V. Duæ priores sententiæ sunt excludendæ. — VI. Eligitur tertia sententia. — VII. Unus angelus potest aliqualiter voluntatem alterius movere ex parte objecti, non tamen efficaciter: ex parte vero potentiæ nullo modo potest. — VIII. Angelus inferior superiorem non illuminat. — IX. Angelus superior inferiorem illuminat de omnibus sibi notis. X. Triplex attenditur in illa operatione respectus : purgatio, illuminatio, perfectio..... 713

ARTICULUS SECUNDUS

De locutionibus angelorum

I. 'Angelos sibi invicem loqui et testantur Scripturæ et ostendit ratio. — II. De modo quo fiat locutio. — III. Rejiciuntur priores sententliæ. — IV. Probatur et explicatur sententia D. Thomæ — V. Hinc eruitur posse angelum malum in loquendo mentiri. — VI. Licet angelus inferior nequeat superiorem illuminare, potest tamen superiori loqui. — VII. Angelus Deo loquitur, non quidem active aliquid ignoti communicando, sed quasi passive, vel divinam voluntatem consulendo, vel Dei excellentiam admirando. — VIII. In locutione angelica nullum impedimentum præslat distantia loci. — IX. Locutionem angeli potest unus percipere quin omnes cognoscant 721

ARTICULUS TERTIUS

De angelorum hierarchiis el ordinibus

I. Notio hiernrchia'. II. Dari inter angelos quamdam superiorum el inferiorum ordinationem, vel hierarehiam sensu quodam vero, est doctrina lidei. — III. Licet fides non determinet QUID et QUO l' sint liierarchiæ et ordines, doctrina tamen de

tribus liiiH'ui(hi in d novem choris, seu ordinibus, est omnino fundatu <l retliiendii IV. Tres in angelis esse hierarchia· suadent congrua· rnliones. - V. De ordinibus angelorum. VI. Fundament n positiva hujus divisionis. — VII. Quid concludendum. VIII. Cad era quæsita de ordinibus. — IX. I ><· hicrarchiis el ordinibus in dæmonibus..... 73b

ARTICULUS QUARTUS

De ani/elorum præsidenlia super enaturam corporalem el actione in homines

I. Constans omnium populorum traditio. 11. Testimonia scrip turistica. Ill. Testimonia SS. Patrum. — IV. Quousque extendatur angelorum regimen circa creaturam corporalem. — Qua ratione angeli agant in materiam. ' VI. Corpora pos sunt ab angelis moveri quoad metum localem. — VII. Mira cula facere non possunt angeli virlule propria: sed solum ul instrumenta divinæ potentiæ. - VIII. Homines per angelo· illuminantur. IX. In voluntatem directe agere non possunt angeli, illam interius inclinando : sed aliqualiter possunl il lam movero, sive proponendo objectum, sive suadendo, sive passiones concitando ; quin tamen possint efficaciter illam trahere. — X. Imaginationem hominis potest angelus, sive bonus sive malus, virtute sua naturali movere. — XI. Sensus humanos possunt angeli virtute sua immutare..... 7 1'.'

articulus quintus

De missione angelroum

I. Doctrina lidei. — II. Ratio theologica. III. Utrum omne angeli mittantur. Diversa' Patrum et l heologorum sentent lie. — IV. Rationes quibus vindicari possil prima sententia. V. De assistent ibus el ministrantibus. VI. Ad quem ordinem pertineant Michael, Gabriel cl Raphael. — VII. Ordines -e cundæ hierarchise mittuntur in ministerium externum, prtider Dominationes. — V1H. Plures sunt assistentes quam minis trantes ..... 7-1 i

articui i s sia i is

De custodia bonorum amjelorum

I. Dogma catholicum est saucios angelos ineffabili Dei providentia ad hominum custodiam depulari. —' II. Singulis hominibus singuli præflciunl ur angeli custodes. — III. Singulorum hominum custodia particularis ad infimos angelos special: generalis vero ad alios ordine IV. Omnibus hominibus in via, non solum electis vel lldelilms, sed et infidelibus vel re

probis adest angelus custos.— V. De Adamo el Eva, de Christo el B. Virgine. VI. De angelis custodibus Ecclesiarum, regnorum, etc VII. Quid angeli praestent clientibus. — VIII. An deputentur daemones. — IX. Quandonam deputetur angelus custos. X. An angelus custos deserat hominem. — XI. An dolere possit. — XII. An sit pugna inter angelos sanctos 748

ARTICULUS SEPTIMUS

De dæmonum impugnatione

I. Tria ad fidem spectantia. — II. Homines a dæmonibus impugnantur.— III. Impugnatio ipsa est a dæmone, ordo vero tentationis est a Deo.— IV. Proprium diaboli est tentare.— V. Qua notione diabolus sit causa peccatorum. — VI. An possint dæmones vera miracula patrare. — VII. An diabolus victus recedat ab homine. — VIII. De obsessione et possessione diabolica. — IX. Tractatus conclusio..... 759

TRACTATUS DE HOMINE

QUÆSTIO PRIMA

De Hominis Natura

ARTICULUS PRIMUS

Doctrina catholica el theologica de vera natura animæ humanæ

I. Doctrina catholica supponit animam non esse accidens aut potentiam corporis, aut complexionem virium, sed substantiam singularem ac simplicem, a corpore et corporum viribus plane diversam. — II. Est dogma catholicum animam humanam esse proprie spiritualem seu subsistentem. — Testimonium Scripturæ. — II). Traditio catholica semper fuit constans el unanimis. — IV. Probatio autem illa evidens multipliciter ellleilur. - V. De lide est animam humanam esse incorruptibilem et immortalem. — VI. Imo sola ratio potest apodiclice demonstrare animam immortalem esse. — VII. Ex doctrina catholica colligitur animam non esse ipsum hominem, nec ejusdem esse speciei cum angelo 768

AKTILI'I HS SECUNDUS

Doctrina catholica el theologica de uniome animæ et corporis

I. Qua ratione possil hæc quæstio ad fidem referri. — II. Fundamenta scripturislica el palristica. — III. Definitiones el declarationes Ecclesiæ. IV. Ex quibus documentis colligi debent plura. V. Quin un errores his documentis excludantur. VI. Rationes lheologieæ. — VIII. Pro solutione difficultatum. IX. Dogma catholicum est animam intellectivam multiplicari secundum multiplicationem corporum, seu tot animas esse quot corpora. — X. De fide est non esse in homine nisi *unam* animam intellectivam ; est autem doctrina cum dogmate ita conjuncta ut hujus videatur legitima solaque interpretatio, esse in horiiine unum vitæ principium, animam scilicet rationalem, a quo corpus quoque el motum et vitam omnem et sensum accipiat. XI. Est doctrina S. Thomæ, quæ veluti *norma tuta* esi proponenda, unam esse in homine formam substantialem, scilicet animam rationalem, per quam habe! homo ul sil homo el animal et vivens et corpus el substantia el ens..... 779

ARTICULUS TERTIUS

Doctrina catholica el theologica de potentiis animæ

I. Sententia quæ tenet reale vigore discrimen inter animæ essentiam et facultates, non solum fidei congruit, sed et necessaria videtur ad explicandam catholicam doctrinam de ordine supernatural!. — II. Traditio catholica. — III. Ratio autem et ipsum discrimen probal et modum quo facultates procedant congruenter explicat. IV. Ad originem idearum quod attinet, Ecclesia, licet non imponat doctrinam aristotelico-thomislicam, illam tamen maxime commendat et e regione plura systemata ideologicu tamquam falsa reprobat. — V. De voluntate autem humana, Ecclesia profitetur ipsam vera libertate gaudere : quæ libertas tum Scriptura Ium ratione probari potest. VI. Argumenta porro quibus ratio probat libertatem sunt triplicis generis..... 789

QUÆSTIO SECUNDA

De Hominis Productione et Elevatione

ARTICULUS PHIMUS

Doctrina catholica el theologica de hominis productione

I. Sententiæ de origine nnirmiruni. II. De fide est animum humanam non esse emanat innem divinæ substantia'. III.

« Hœrelicum esi dicere quod anima intellectiva traducatur cum semine. » — IV. Doctrinam quoque catholicam lædit traducianismus spiritualis, seu generationismus, quacumque forma proponatur. — V. De mente sanctorum Patrum. — VI. Est doctrina vere catholica animam humanam a solo Deo immediate creari. — VII. De tempore autem quo anima producitur, certum est ipsam non exstitisse ante corpus, sed tunc a Deo creari quando corpori infunditur. — VIII. De momento tandem quo anima infunditur libere disputatur. — IX. Est doctrina omnino tenenda, corpus protoparentum fuisse a Deo immediate formatum. — X. Est doctrina catholica genus humanum ex uno protoparente Adamo ortum habuisse. — XI. Difficultates fieri solitæ nihil evincunt 795

ARTICULUS SECUNDUS

De hominis elevatione

I. De Gde est hominem non fuisse relictum in statu naturae purae, sed elevatum esse ad ordinem supernaturalem. — II. Rectitudo et integritas. — III. Dona supernaturalia quoad essentiam et quoad modum. IV. Gratia sanctificans fuit radix et ratio primaria omnium. — V. De quadam recenti coritroversio. — VI. De passionibus in protoparente. — Vil. De virtutibus. — VIII. An et qua ratione opera primi hominis fuerint. efflcacioria ad merendum quam opera nostra. — IX. Brevis conspectus historicus.— X. Doctrina hodie certa et teneada..... 807

BIBUOiü^CA
FRATERNITAS SACERDOTALIS SANCTI PETRI